f Roff. f Suspensio temporalis, relegationi: depositio, perpetuæ deportationi: degradatio capitis diminutioni, vt extra de accus. qualiter. 2. Quid autem sit relegatio, quid deportatio, uide, q̃ no. Insti. quib. modis ius pat. pot. sol. §. relegati. Itẽ qualiter pœnæ canonicæ succedant, seu comparẽtur legalibus, plene prosequere,
g secundum Inno. IIII. in præ. c. qualiter & quando, 2. g
h & fin Vincen. h extra de renun. ex transmissa. † Et no-
3 ta, q clericus quandoque suspenditur, quandoq; deponit. & quandoq; degradatur, ex̃ de iu. at si clerici, ext. de crim. fal. ad falsariorũ. de verb. sig. nouimus, 30. q. j. si quis, 2. & no. ex. de of. or. ad repimẽdã. Suspendit qñ q; ad tps, qñq; in perpetuum: item suspenditur qñq; ab of. quandoque a beneficio, qñq; ab vtroq;: vt puta pp fornicationẽ, & hmõi, vt ext. de cohab. cle. & mul. c. clericos, & ca. seq. & 32. dist. nullus. Suspensus tamẽ ab

ADDITIONES.

a Circa hoc. *Alias quoq; secundum Rof. ubi supra ti. præfato, & ad libellos criminales.*

b 40. d. homo. *& inf. eo. §. in fi.*

*ADDE tu, quod pœna possit augeri, uel minui ex causa per iudicem, hoc tenet Abb. Sic. in c. fi. in ult. col. extra de consti. & idem dicit esse etiam in statuto municipali in c. vt mensura ext. de emptio. & uendi. Itẽ adde q pœna diminuĩt ratione adiuncti gl. no. in c. si uir. 27. d. & hoc etiam in pœnitentia, ut ibi.*

*ADDITIO. Adde tu omnino uidendum Io. de Turecrem. in c. oĩs, qui iudicat. d. 45. ubi pulchre. & plenissimè tradit, an iudex possit pęna diminuere, uel augere, uel totaliter relaxare? et vide Car. in c. 1. de const. ubi an in extraordinarijs criminib. & etiam ordinarijs possit iudex ex causa temperare? Hen. Fer.*

c Ea, quæ. in prin. *Ibi soluitur in 3. gl. & de tem. ord. sane. etiam in 3. gl.*

*ADDE, q etiam si iurant iudex seruare statuta, potest ex ea minuere pœnam, ut consuluit Ro. con. 429.*

d De fur. l. fi. *Vide, quod dicam inf. de acc. super fi.*

e Q. 6. delatori. *Solue, ut ibi, & in præalle. decre. 2. in ult. gl.*

*ADDE tu, & dic, quod illa uerba, morte moriatur, de quib. in iurib. contrarium allegatis, intelliguntur de morte animæ, ut per Archid. in c. eccl. de pœn. d. 1. unde intelligitur de excommunicatione sta. Abb. in c. per uenerabilem, extra qui fil. sint leg. idem in c. 1. extra de hom. idem in c. 1. extra de furtis, ubi ponit hanc doctrinam.*

f Secundum Rof. *Cuius quasi ad literam fuerunt uerba superiora ubi dixi in prin. §.*

g Qualiter & quando. 2. *Vbi scripsi super uerb. diminutionem capitis.*

h Et secundum. Vi. *Hoc solum no. ibi Vin. differentiã inter relegationẽ et remotionẽ ab ordine, quia si uterque restituatur, sine noua electione nõ recuperat primus locũ suũ, sed s fi., inuenit locum*

*locum uacantem, ff. de decur. l. 2. & l. generaliter. Est aūt remo motus, q ad tēpus remouetur, sed pęna non additur. Relegato autem post remotionem additur ipsa pęna relegationis. Est autem hoc utiq; cōe, q si ad nouū honorē aspirāt, tāto tēpore abstinebit uterq;, quato fuit i pęna, ff. ad mu. l. ordine. & q ibi ī prin. no.*

*ADDE de æquiparatione pœnarum iuris ciuilis & canonici Pet. de Anc. consi. 157.*

ab officio vr̄ p consequens suspēsus a beneficio, ar. 81.
dist. eos. de quo d. c. vt no. ext. de cleric. excom. latores.
Diuersas autem suspensiones no. Papa extra de appel.
ad hęc quoniam [a]. Quandoque vero neutra prædicta-
rum pœnarum quis punitur, vt si semel inebrietur, vt
4 35. di. episcopus. † Deponitur aūt quis solo verbo, qñ
videlicet ob crimen aliquod sñia depositionis in eum
profertur, sicut dñs Clem. Papa IIII. publice tulit in
palatio suo Viterbii sñiam depositionis in undecim
episcopos tunc ibi præsentes, pro eo quòd adhæserāt
Manfredo principi Tarentino, qui regnum Siciliç oc
cupauerat & eius coronationi interfuerāt. Formam
huius sñię vide infra versi. item quæritur. Degradatur
vero, qñ post sententiam depositionis insignia, quę rè
cepit, cum ordinaretur, ei solenniter detrahuntur, &
hæc vocatur solennis depositio, de qua tāgitur 11. q. 3.
ēps. Quæ fiet hoc modo: nam ēps quasi exequendo sē
tentiam depositionis præsente iudice seculari, cui de
gradādus dēt relinqui, publice abradit illi cum uitro,
vel alio hmōi loca capitis & manuū, in quibus in col-
b latione ordinū inunctio facta fuit [b]: consequenter au-
tem sigillatim detrahit illi omnia insignia, quæ in su-
sceptione ordinum recepit: & demum exuit eum ha-
bitu clericali, & induit laicali, dicens iudici, vt illum
depositum & spoliatum in suum forū recipiat, vt ex
5 tra de verb. sig. nouimus, & præalleg. c. episcopus. † Et
est notandū, q in hac sñię executione non est necessa-
ria episcoporum præsentia, quæ est, necessaria in sñiæ
c prolatione [c]. Item nō est vis, siue hoc fiat in ecclesia, si
ue extra. Non est etiam vis, sit episcopus indutus pon-
tificalib. siue non, cum hmōi degradationē facit. Vel
dici pōt, q proprie deponi dr̄ quis a dignitatib. & ho-
norib. degradari uero ab ordinib. & tunc in degrada-
tione necessaria est episcoporum pręsentia, & aliæ so-
lennitates. Et scias, q ęque deponitur quis a minorib.
vt a maiorib. ordinib. ar. præall. c. ēps. & 33. di. c. §. 27. q.
d 1. si quis ēpus [d]. Licet sit ar. cont. 30. d. c. fi. Veruntñ in
terest, quia in solēni depositione plures ēpi sunt neces
sarii in vno ordine, q̄ in alio, vt patet ĩ. §. 4. ver. illud. &
ver. cęterum. & ver. si porro. Vbi quis nō solenniter de
ponitur, pōt hoc per solum ēpm cum capitulo suo fie
ri. Pōt ēt solus cum suo capitulo suos clericos a benefi
ciis suspendere, deponere, & excōicare: quæ dic, vt ibi
6 dem. † Sed quero, quæ sit differentia inter solēnem de
positionem, id est degradationem, & non solennē. &
dicunt qdam, q nulla, quantum ad effectum. Tu dic,
quod in maioribus criminib. solennitas adhibetur, quia
insignia sibi auferunt, vt præmissum est. & etiā ubi in
corrigibilis apparet, & in pr[illegible] malorum perue
nit, vt in præall. c. cum non ab homine & 17. dist. nec li
cuit, & in casib. in quib qs tradi tur curię seculari, quos
vide sup. de cōpet. iu adit. §. 1. ver. 2. alias autem nō, sed
est incarcerandus, vel etiam, si sit spes de correctione,
vt ext. de ver. sig. nouimus. Itē cum deposito solenni-
ter et iuste solus Papa dispēsat: cum deposito vero nō
solenniter ēps dispensat. de quo no. su. de legato. §. nūc
ostendendum, ver. 9. & ex. de cler. excom. cleri. 15. q. 2.
c. 1. Vtrū aūt degradatus fiat de foro seculari, & uiuet
7 seculariter, dic, vt in pręall. ver. 1. † Item quæritur, quę
sit differentia inter perpetuā suspensionem, & depo-
sitionem, sine solennitate. Vin. not. ex. de transla. inter
e corporalia, q nulla [e]. Tu dic, q depositus, qñ ab eccle-
siastica militia dimittitur, perdit priuilegiū & ordinē
clericalem, vnde episcopus in sua sententia dicit sic:

FORMA. Quia nobis euidenter & legitime constat
te, tale crimen, seu flagitium commisisse, quod non so
lum graue, verum etiam damnabile est & dānosū, id-
circo te sentētialiter ob omni priuilegio & ordine cle
ricali ducimus deponendum, vt in pręall. c. nouimus,
& 81. d. dictum. 50. d. accedens. 11. q. 3. ēps. Habes etiam
exemplum & formam huius sententiæ ext. de do. &
cōtu. veritati, de acc. qualiter. 2. & dēt in sñia declarari
qualitas cōmissi criminis, 3. q. 8. §. porro. Qñq; tamen
8 non declarātur. † Quia militi detrahūtur insignia mi
litię, causa non expressa, ff. de his, qui no. infa. l. 2. §. 1. su
f spensus uero non perdit [f]. Præterea suspensum potest
suspendens restituere, depositum vero non pōt sem-
per restituere, qui deponit, ut prædixi. Circa quod ta-
men scire oportet, q suspensus, sicut uerbis, sñialiter
fuit suspensus, sic etiam uerbis restituitur, nisi perpe
tuo, vel simpliciter, videlicet q tm̄ fuit suspensus, 50.
g d. c. ex. de const. ex par. [g] vel lapsu tpis, vbi ad tps, 81. d.
si qui sunt. ff. de postu. l. Imperator. C. de iur. & fa. ig.
l. 3. Idem ēt est in deposito nō solenniter, qui sicut ver
bis. uidelicet per sñiam depositus est, sic ēt per uerbū
restitui potest, ff. de reg. iur. nihil tñ. & ext. co. ti. c. 1. 46.
9 d. omnes ad fi. Verum vbi quis solenniter depositus,
id est degradatus est, ut sup. dictū est, hoc qdem casu, si
prius q̄ secularis iudex in illum animaduertat, contin
gat eum restitui, quia forte sententia depositionis iniu
sta inuenitur, uel nulla, non fiet restitutio uerbo tātū:
imo sigillatim & solenniter insignia sibi detracta corā
altari restituentur: ut si sit ēps, recuperabit orariū, siue
stolam, baculum, annulum, sandalia, mitram, & alia in
signia pontificalia. si presbyter, orarium, & planetā, si
ue casulam, si diaconus, orariū & albam, siue dalmati
cā: si subdiaconus, patinam & calicem. sic & reliq gra
dus in reparationem suam recuperent ea, quę, cum or
dinarentur, receperāt, & hæc leguntur 11. q. 3. ēps. Qui
āt istos gradus debeāt recipere, habes 23. d. ecclesiasti
ca. & c. seq. & c. subdiaconus, & c. seq. & 25. d. plectis. &
22. d. cleros. Veruntñ dñs Papa in hoc casu potest resti
tuere solo verbo, vt 9. q. 3. fratres, alius uero nō sine ei⁹
10 auctoritate, ut in præ. c. ēps. & ĩ. & §. 4. in fi. † Sed nūqd
tot ēpi sunt necessarii in restitutione, quot fuerunt in
depositione. Vr̄, qd sic, ut in concor. quæ sunt s̄. ibi. Idē
etiam est in depositione, quia par est ius ligādi & sol-
di, ut de pæ. d. 1. uerbum, ff. de uerb. ob. inter stipulantē.
§. sacra. Dic, q ubi sñia depositionis ualet & tenet, tūc
est hoc in arbitrio domini Papæ, q solus restituit tales,
ut sup. dixi. Vbi uero nō tenet, ēps solus, & de hoc co-
gnoscere & restituere potest, ut probatur & no. in p̄d.
c. episcopus. Sed & ubi quis non solenniter est deposi
tus, solus episcop⁹ eū restituit, siue teneat sñia, siue nō
ut s̄. ver sed q̄ro. Quod aūt p̄. dicit, corā altari, hoc iō
dicit. qa causæ ecclesiasticæ debēt in ecclesia tractari,
sm Host. argu. 2. q. 2. præceptum. 23. qō. 8. conuenior.

ADDITIONES.

a Ad hęc qm̄ extra *Xxv. suspēsionis species notaui in Cl. de pœnis, cupientes ĩ gl. nouā. & ibi in fi. gl. satis de eo, q hic pxime procedit.*
b Inūctio facta fuit. *Facta fuit decr. noua de pęnis, degradatio, li. 6. de tali abrasione locorū inunctorum nil dicit, sed de abrasione, uel tonsione capitis tantum, ut ibi scripsi in gl. remotis.*
c Sententiæ prolatione. *De hoc uide, quod multum plene scripsi in præal. dec. degradatio. in gl. notandum, & de duobus, quæ sequuntur, ibi scripsi in gl. non dicitur.*
d Si qs episcopus. *Et hoc patet expresse in p̄. dec. degr. in prin. & ī uer. clerici. Ad cōtrariū, q sequitur, resp. q. non sequtur, si clericus in minoribus uerberari pōt, ergo non est locus degradationi, nā etiā constituti in sacris pro culpis grauib⁹ 45. d. cū beatus.*
e Corporalia, quod nulla. *Hoc non fateor, ut ibi in prin. scripsi super uerbo, auferre.*
e Non perdit. *Supple priuilegium clericale, de quo premisit.*
g Ex parte. *Allegare uoluit c. ex literis quod illico precedit.*

extra de immu.eccleſ.in decret.Greg.X.decr.§.ceſsēt.&duobus.§§.ſeq.a cōtrario ſenſu.Vel intellige, vt corā altari reddātur inſignia.quod eſt honeſtum, qm̄ ibi
11 illa in ordinatione recepit. † Vtrū epiſcopus poſſit, in perpetuum,vel longum tempus valde ſuſpēdere clericos,& vtrum ad modicum tempus poſſit eos ſuſpendere,vel eccleſias interdicere ſine monitione & cāę cognitione,not.ſecundum Papam,extra de exceſ. prelat.
a c.1.a qualiter,& quando,& quis cum accuſatis,ſeu condemnatus valeat diſpenſare,vide ſ̄ de lega.§.nūc de ipſorum.verſic.ſed pone,& ſeq.in Repertorio in titu. de
12 diſpenſat.& ĩ.de abſolu.†In ſumma not.ꝙ quādoque plures ſimul vnum delictum committunt,& tñ iudex diſſimiliter eos punit, puta vnum in 5.& alium in 10. nec mirū, nā licet omnes deliquerint, tñ vnus potuit magis alio delinquere,l.diſt.contumaces,& 32.diſ.omnium,& argu.ad hoc C.de inof.teſt.l.cum duobus hæredib.ff.ad l.Cor.de ſicar.in fi.40.diſt. homo Chriſtia-
b nus.& 22.diſt.c.1.b in prin.14.q.vlt.c.fi.& ext.de homi. ſicut dignum.Nam & dicit lex,ꝙ prætor nūc hāc,nūc aliam eliget ſnīam,vt ff.de dam.infect.ſi finita,§.illud. Quare ſecundum qualitas delinquentium ſunt pœnæ moderandæ,de pe.diſt.1.aut facta.verſi.perſona duplici.de conſec.diſt.4.de pœnitentibus,extra de offici. de-
c leg.paſtoralis,in prin.c Quæ autem ſint crimina,in quibus ſine accuſatore proceditur,not.extra vt eccleſ. be-
b neſi.cap.vnico.d

ADDITIONES.

a c.1.*Vbi ſcrpſi ſuper 4.glo.& ſuper glo.& ita.*
b c.1.in prin.*Hic deficit auctor,quia hoc eſt illud c.omnium, quod ſupra allegauerat.*
c Paſtoralis.in prin.*Alleg.concor.vide ſupra ebd.§.poſt princ. verſic. ordinariam.*
d c.vnico.*Plenius remiſit ſup.§.prox. vlt.colu.verſi.itē quærit.*

*SVMMARIVM.*

Accuſatio criminum a quibus fieri permittat.

1 *Crimen priuatum imponere non poteſt niſi is,cuius intereſt.*
2 *Clericus accuſari non poteſt niſi a clerico,vel ab eo,quid cuius ordinis eſſe poteſt.*
3 *Laici quo pacto poſſint clericos accuſare.*
4 *Accuſatio,ordo,& teſtimonium paribus paſſibus ambulant, & qui non admittitur ad vnum nec ad reliquum.*

3.§. Tertiò videndum occurrit,qui ad accuſationē criminum admittantur, ſed
1 de hoc plene dixi ſ.in ti.de accu.†Ex hoc no.breuiter.a
2 ꝙ ſi crimen ſit priuatum,non admittitur,niſi is, cuius intereſt,vt ff.de priuat.deli.l.1.& 2 Si vero,ſit publicū tunc quilibet de populo,qui tñ ſit integrę famę,admittur,vt Inſtit.de pub.iud.Infamis aūt & criminoſus ab omni accuſatione ſm canones repellitur,vt 2.q.7.quærēdum & c.ſi qui ſunt,& 6.q.1.infames,&c.qui crimē. 2,q.1.in primis,verſus fi.3.q.5.canonica. & c.ſimiliter. & c.ſeq.& q.4 c.pe.C.de acc.qui de crimine,& hoc verum eſt, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam pſequatur,vt 4.q.vlti.ca.omnibus,ext.de teſti.de cætero.Suorū autē iniuriam proſequitur, qui proſequitur iniuriam illorum,qui pro eo teſtimonium dicere non poſſunt, qui ſunt ſm leges vſque ad 7.gradum,vt eſt ſobrinus,& ex eo natus,ff.de teſt.l.tertia,& l.le.Iul.ſm Accur.qui hoc
b not.C.ad ſenatuſc.Turp.ſi fœmina.in gl.noua,b & niſi in criminalibus exceptis.In illis enim laici ꝯ laicos admittuntur indiſt.nctè, nec repelluntur obiectu criminis,vel infamiæ,niſi ſint conſpiratores, vel inimici capitales, qui in nullo caſu audiuntur, nec ꝯ laicos, nec contra clericos,vt ext.de re iudica.cum I.& A.extr. de ſimon.licet Heli.& c.per tuas. Quę autem ſint excepta crimina,vide ſupra de acc.prope fi. verſi.in ſumma. & de hoc eod.ti.ver.item ꝙ eſt infamis.Et not.ꝙ accuſatus de graui & maniſeſto crimine nō admittitur ad re accuſandum,ſecus,ſi ſit graue,& non manifeſtum,vel
c econuerſo,extra de appe.propoſuit.c 3.q.5. quia ſuſpe-
2 cti.& q.11.c.1.ff.de pub.iudic.l.is,qui. † In clericorū aūt accuſatione excluſis varijs opinionib. dic, ꝙ nullus ad hanc admittit̄,niſi ſit clericus, & niſi ſit, vel eſſe poſſit
d illius ordinis, cui⁹ eſt accuſatus.d Hinc eſt,ꝙ bigami,criminoſi,irregulares,infames,et cæteri, q ſacerdotes fieri nequeūt,eos accuſare nō pñt,vt 2.q.7.c.1.2.et 3.etc.ipſi apoſtoli.& c.teſtes,6.q.1.oēs.& c.q crimē.Qui autem, promoueri prohibentur,in noſtro Repertorio ſub tit. de tempor.or.in tit.extraordinarijs,plene poteris repe-
3 rire.† Sed nec laici eos accuſant niſi ſuam, vel ſuorum iniuriā proſequant̄, vt in præ.c.de cætero,vel niſi in exceptis criminib.in quibus laicus bonæ famæ & vitæ & perſonæ legitimæ admittitur ꝯtra eos.Si vero laicus ſit criminoſus,irregularis,vel infamis,tunc non admittit̄, niſi clerici ſint mala fama reſperſi: tunc ſic, extra de ſimon.c.tanta,& c.per tuas,extra de accuſ.cum P. vbi de hoc,2.q.1.in primis.eo.tñ ſaluo, ꝙ conſpiratores & capitales inimici nunquā ꝯtra eos admittūt̄,vt dixi.Quæ aūt dixi de clericis, intellige & in monachis obtinere,
e ſecundum tit.e extra de accuſ.meminimus.† Et no. ꝙ
4 accuſatio, ordo, & teſtimonium paribus paſſibus ambulant: qui nō admittitur ad vnū,nec ad reliquum,qđ plene dic,vt not.2.q.7.ipſi apoſtoli.& 1.qō.1.ſi quis epiſcopus & extra de teſt c.fi.Qualiter aūt regularis cōtra abbatem admittatur ad accuſationem,& an & quādo accuſatus ſibi dabit expēſas,dicam infra de inquiſ.§.fi.

ADDITIONES.

a No.breuiter.*Secundum Tancre.cuius quaſi ad literam fuit totus iſte §.in ſuo opere tit.de criminibus,verſi.ſequitur uidera.*
b In glo.noua.*Lex pe.eſt quod dico,quia ſic allegaui in decr. de cætero.de teſtib.vbi poſui dictū Hoſ.qui dicit,ſuos dici eos, de quibus ff.de accuſ.l.1.& 1,2.rñ.Gui.de Suz in L.iniquum. C.qui ac cu.non poſſ.iungit alia duo,ſ.ponens illos,pro quibus agere poſſumus ſine mandato,ff.de proc.ſed & ha.Itē illos, pro quibus poſtulare poſſunt hi,qui ſunt de tertio ordine non poſtulantiū enumerati ff.de poſtu.l 1.in fi.cum legib.ſeq.Ego vero puto de enumeratis in fi.pen.legis,præter vltimos duos caſus, de quibus & de ſimilibus non puto verum,& uide,quod no.C.qui accuſ. non poſſ.l.neganda,in 1.glo.*

*ADDE,appellatione ſuorum qui veniant do.de Ro.dec.460. in nouo,de renuncia. Et an conſpiratores ad teſtificandum,vide Oldra.conſi.278.*

c De app.propoſuit.*Non ponit caſum iſtū,ſed facit in argu.ſecundum lecturam Inno.quam ibi ſcripſi ſuper vlt.glo.*
d Eſt accuſatus.*Vide de accuſatore,verſi item quod laicus,et verſic.ſeq.*
e Secundum tit.*Vbi.in prin.dixi.*

*SVMMARIVM.*

Accuſatio criminalis coram quibus ſit facienda.

1 *Iudex ordinarius an poſſit ſolus cās criminales clericorum tractare.*
2 *Verbum Quicunque,neminem excludit.*
3 *Accuſatio criminalis diuerſimode conſideratur.*
4 *Crimina ſubdiaconorum,ſeu inferiorū,a quibus cognoſci debeāt.*
5 *Quod principi placet,legis habet vigorem.*

4.§. Quartò loco dicendū eſt nobis,coram quibus ſit criminalis accuſatio faciēda: & quidem corā iudicib. ordinarijs. hmōi n.cāę nō delegātur,niſi a principe,niſi in caſibus,qđ dic, ut ſ.de
1 off.deleg.§.excipit̄,uer.itē ꝙ eſt delegatus in cā.† Illud aūt nō eſt omittendū,ꝙ vnus ſolus iudex ordinari⁹,ſeu delegatus cās crīales clericorum tractare nō ualet, ſed
2 in cā criminali epī,exigunt̄ duodecim epiſcopi, a ꝑter

ADDITIO.

a Duodecim epiſcopi.*Vide,quod ſtatim ſubdā verſic.ſed Ioan de*

*de Deo.et quod statim subdit de diacono,idem dic de subdiacono de hoc infra in fi. Quo tamen ad istos tres ordines sacros non est hodie necessarius iste numerus,cum deponuntur propter hæresim,quod hodie dic,ut de hæretic.c.i.lib.6.*

proprium metropolitanum · in cā presbyteri sex,præter proprium : in cā diaconi tres ad minus,præter proprium, vt 15.q.7.si qs timidus, & c.felix,& c. si autem. & q.5.c.i.l.dist studeat.9.3.saluo.ext.de transl.inter.Sed nunquid debent oēs prædicti cōcordare in vnā sniam, ad hoc vt teneat sniā vē,ꝙ sic,vt extra de re iud.nō pōt. Sed d.c sufficere maioris partis cōcordiam,75.dist.c.1. 2.& 3.ff.ad municip.quod maior.extra de his,quæ fi. à maio.parte cap.1.In causa tñ episcopi non valet sententia,nisi oēs iudices concordent , quibus cā per Papam est commissa,6.q.4.c.1.2.3.& 4.& est speciale in cā episcopi,vt tunc non teneat snia plurium. a Est & alius casus,in quo non tenet snia plurium in iudicibus delegatis a principe , vt C.de appe.in offerendis. b & Iubemus. Alius C.ad Tur.l.fin.in Auth.defuncto. Alius extra de rescr.pastoralis,in prin.& ibi alij casus no. Quod aūt dixi de episcopo,obtinet in cognoscendo de ipsius crimine.nam episcopus non pōt condemnari, nisi per solum Papam,vt 3.q.6.quamuis,& c.multum,& c.dudum,licet sit ꝯ argu.eadem q.hoc quippe. c & extra de iudic.c.1.Sed in presbytero & diacono dixerunt quidā quibus Io.Fauē.assensit,ꝙ solus eps̄,seu archieps̄ solus cum suo clero,siue in sua synodo,pōt de generali con suetudine eos cōdemnare sine prædicto numero episcoporum,vbi de crimine confessus,seu conuictus est, arg.pro eis 15.q.2.si quid de quocunque,&c.† Dicēdo

2 enim Quocunque,nullum excepit,vt extra de cohab. c.e.& mal.c.2.71.dist.si quid vero,ext.de sim.licet Heli.ver.nam iuxta.& arg.ad hoc 81.disti.sacerdos, & c.dictum,extra de cler.excom.latores, & hoc no.idem Io. 15.q.7.in summa.Sed Io.de Deo contra,dicens,ꝙ talis snia non valet,qꝛ talis non est a suo iudice condemnatus extra de iudic.at si clerici.nā episcopus, seu archiepiscopus non est in hoc casu suus iudex,seu cōiudex, d vt 15.q.7.c.1.& in p̄missis concor.& dicit,ꝙ in præ. calatores.dispositio pro suspensione ponitur. Et narrat idem Io.ꝙ eps̄ Vlisbon.in casu præ.c.latores, solus deposuit tres clericos per ipsam decretalem,quam no.Inno.IIII.in concilio generali derisit,dicens,ꝙ nō bene intellexerat dec.& dicit idem Ioan. ꝙ ipse vidit illum episcopum & ēt clericos depositos restitutos,argu.ad

3 hoc 15.q.7.c.1.† Tu aūt distingue circa hāc materiam, nam qn̄que agit de crimine ad depositionem ordinis, quādoque ad depositionem beneficii,qn̄que agitur in modum exceptionis, qn̄que ad excōicationem , puta pp contumaciā,qn̄que ad suspensionē.Cæterum cum agitur ad depositionem ordinis,qn̄q; deponit cum solēnitate,qꝛ sibi insignia detrahūtur, de quo dix. s̄ §.2. ver.& no.quo casu necessarius est p̄dictus epōrum numerus,& hoc casu intelliguntur iura inducta s̄.ver. illud,& opi.Io.de Deo.Qn̄q; vero qs absque hmōi solēnitate per sniam tantūmodo verbaliter deponi,et tūc vbi agitur cā presbyteri,vel diaconi,eps̄ cum suo capitulo pōt cognoscere & deponere absq; aliorū p̄sentia epōrum,vt in præ.c.latores,& ext.de iudi. cum non ab homine,& c.at si.86.dist.si qui. 11.q.3.si qs eps̄ damnatur.Et hoc casu p̄ intelligi dictū Io.Fa. & iura pro eo facientia.Alii aūt dixit,ꝙ nullo mō pt solus eps̄ sine aliis epis deponere,arg.ex de sni 1 & re iud.no.pt.& in p̄.c. inter corporalia.& 15.q.6.c.1.de ꝯsuetudine tñ epi, audiunt per se , vel per officiales suos cās criminales clericorum suorum. Cū aūt agit ad depositionē beneficii seu priuationē,tunc solus eps̄ cum suo clero id pōt, vt ext.de cohab.cler.& mul.sicut,& c.si aūt,ext.de iudic. at si.& sic intelligit 18.q.2.si qs abbas,& 16 q.7. inuētū. 2.q.1.notū,11.q.3.si qs eps̄ damnat,cū multis similibus qꝛ in talib.nil dēt sine consensu sui capituli agere.ext. de his,quæ fiunt a præla.sine cōsensu c.c.nouit.24. dis. eps̄.& in p̄.c.si qd̄ vero. Si uero agit in modū exceptionis,& tūc solus cognoscere pōt,vt extra de accu.super his,Itē ēt solus pōt clericū excōicare,ex.de cohab.cler. & mul.clericos,& presbyterū suspēdere,& ad tps,& in perpetuū sine aliis epis,vt 2.q.5.presbyter si , & in præ. c.latores,vt c.ti.sicut.& 15.q.82.& qui,& gñaliter de cā ciuili inter suos clericos cognoscere , 10.qua.l.3. quia.

4 † Quid de subdiacono & inferiorib.Resp Io.Fauen.et H.no.15.q.7.in summa,& 28.dist.presbyter solū epum posse cū suo clero de eorū criminibus cognoscere, argu.optimum pro eis eadem q.si autem, ibi , reliquorū vero clericorum causas etiā solus eps loci agnoscat & finiat, & §.seq.& ca.eps̄.Sed licet illud verum sit in his qui sunt infra subdiaconū,causam tñ subdiaconi tractabit,sicut & causam diaconi,arg.extra de seruis non.or. miramur,de ætate,& qualit.a multis,32.distin. erube-

e scant,& c.seq.e At.tñ contra,& in inferioribus eum so

f lū non posse cognoscere,15.quæ.7.eps̄.si.q.7.eps̄ pres-

5 byter.in fin.† Præmissa autem vera sunt, nisi causa sit a principe delegata,quia tunc quod principi placuit,legis habet vigorē,Inst.de iur.nat.gen.& ci.§. sed quod principi.nam tunc solus poterit cognoscere,argum 6.

g quæst.4.Osius.g

ADDITIONES.

a Sententia plurium. *Ad literam fuit hæc glo. vnica super dec. præ.non potest, & adde,quod super ea scripsi.*

*ADDE,quæ in dicta decre.non pōt.plene dicuntur per Abb. post do.Ant.de But.& nuperrime per do.Fel.Item adde,quod delegatus non pōt deponere episcopum,licet possit renunciare eum deponendum fore,vt not.in c.frater noster.16.q.1.& Bal.in l.si quis filio.§.eius,ff.de iniust.et rup.testa.quia hoc per solum Papam hodie faciendum est,vt hic statim sequitur,*

b In offerenedis. *In discordantibus pari numero loquitur,& l.sequens,quando pari,vel impari numero discordantes non pronunciant,sed propter discordiam referunt.*

c Hoc quippe. *Solutio tibi patet in §.1.& seq.& in decre.quæ sequitur,si dicis causam fuisse criminalem, non pronunciauerunt*

d Coniudex. *Aliorum episcoporum,quos tamen aliqui dicūt proprie non coniudices,sed assidentes.de hoc,& an episcopi continue in processu sint necessarij ad oēs actus,uide quod scripsi de presb. c.graue.in glo.ad quod episcopi. De capitulo etiam,cum quo episcopus audit causas minorum clericorum,an etiam sint coniudices,nu.15.q.7.episcopus,& de offi.ord.irrefragabili.*

e Et c.seq. *Bene facit præ.decre.1.de hæret.lib.6.*

f 15.q.7.Episcopus. *Secundo de constitutis in sacris loquitur, qd̄ clare patet ex primo c.ipsius q̄nis,in quo certum est illud capit. Ad c.seq.respōde,quod facit pro,qui diuisim de minoribus loquitur.Item ex eius verbis non taxatur episcoporum numerus.*

g Osius. *Idem not.in præ.glo.ad quod episcopi.iuxta finē,& inducitur de dolo & contum.veritatis,de accus.cum dilecti.*

*SVMMARIVM.*

1 *Accusator non veniens in termino ad probandum assignato,qua pœna teneatur.*

2 *Accusator contumax qualiter,& quando veniat puniendum.*

3 *Pœna duplex an possit pro vno & eodem delicto infligi.*

4 *Pœna maior,uel minor,quæ dicatur.*

5 *Recedere a lite an,& quando,& in qua causa liceat.*

1 5.§. Quintò tractādū est,qd iuris sit , † si accusator absens sit p cōtumaciā. Et q dē si accusato veniente in termino accusator nō cōparet,fm canonē accusator excōicabit, nec post audiet, nisi doceat se fuisse iusto īpedimēto detētū.& reus est absolued', vt 4.q.5.qsqs,& 11.q.1.Chr̄ianus,et C.de iud. pperādū,§.si.qa magis offendit nō veniēdo,ꝙ reus,qd̄ dic,ut sup.de cōtumacia,§.nunc nobis,in princ. vbi de hoc plene no.In cā ciuili ego credo accusatorē citādū

prius

prius,quam accuſatus abſoluaẽ,arg.5,q.ult.Epihaniũ.
C.qui accu.nõ poſ.qui crimen.Nec obſt.ext.de accuſ.
licet.quia ibi pręſentes erant illi, a quorũ accuſatione
archiepſ abſoluitur,& niſi accuſator abſẽs ꝓponat, &
probet iuſtam cãm abſentiæ, imponetur ei perpetuũ
a ſilentium,ut in præ.c licet.& 4.q.5.quiſquis.a infi.Se-
cundum leges uero citandus eſt per tria edicta, uel ꝑ
unũ peremptorium,ut ueniat ad perãgẽdã accuſatio-
nem,& ſi non uenerit,punietur extra ordinẽ,et in oẽs
ſumptus,quos fecerit accuſatus,ↄdemnabitur,ut in p̃.
l.qui crimen,nec poſt illud perẽptoriũ audieẽ,ut eo.ti.
ſi ea.Sed ↄ̃,quia imo uẽ puniendus in quarta parte bo
norũ,vt C.ut intra certum tẽpus cri.quę.termin.l.1.Itẽ
alibi dr̃, ꝙ in publicis criminibus punitur pęna Turp.
quæ eſt duarũ librarũ auri,ut ff. de p̄naric.l.3. et 2.q.3.
ſi quẽ,& §.notãdũ.Sed ꝙ Turp.locum hẽt,qñ qs deſi-
ſtit in publicis criminibus,no.C.ad Turp.l.j.Sed in pri
uatis locũ nõ hẽt Turpil.nec eius pęna,ſed extraordi-
naria,ut ff.ad Tur.ſi quis repetere,§.ſi ſtellionatus, &
l.in priuatis.C.eo.l.2.Nec.n accuſatos grauius puniẽ,
q̃ ꝑ Turpi.ff.ad Turpil.abſentẽ,§.in accuſatore. Itẽ ali
bi uẽ,ꝙ ↄtumacia accuſatoris nõ puniatur, C.de adul.
quãuis.Ad hoc reſpõ.aliis remotis ambagibus, & di-
2 co,† ꝙ hæc iura in uariis loquunẽ caſibus de punienda
accuſatoris cõtumacia.Si.n.contumax ante litis cõte-
ſtationẽ ſit,locũ hẽt p̄d.l.qui crimẽ.& ſi terminus ſit a
iudice p̄fixus,additur plus loco cuiuſdã pęna, q̃a poſt-
ea nõ auditur,vt dicit prę.l.ſi ea,q̃ deſtitiſſe vẽ, ex quo
reum in termino à iudice prę̄fixo non ꝓſequitur,vt ff.
ad Turp.ab accuſatione,§.deſtitiſſe.Arg.tñ cõtra, 2.q.
b 3.§.notandũ,ver.deſtitiſſe.b Si aũt poſt litẽ conteſtatã
cõtumax ſit,tunc punietur pęna Turpiliani. Et ſic in-
tellige C.ad Turp.l.1.alioqn per ſolam libelli oblatio-
nem,ſi ante litem ↄteſtatam eſſet contumax,nõ puni-
retur,q̃ tũc põt ſine pœna ab accuſatione diſcedere,
vt ff.eod.l.quæſitũ,ff.de in ius voc.libertus. C.de adul.
ſine metu.2.q.6.ſi quis libellos.Sed hæc iura non vidẽ
tur poſſe ad hãc materiam adaptari: nam in l.quęſitũ.
& in l.libertus,nõ fuit parti, ſed principi libellus por-
rectus merito igiẽ ibi releuatur,q̃ non accuſauit, ſed
accuſare voluit,ſicut & alias in ciuili ei,qui non petiit,
ſed petere voluit,ff.rem ratã haberi, l.amplius nõ pe-
ti.Item in l.ſine metu.quod cõtingit ꝑꝑ fauorẽ matri-
monij,q̃ maritus reperit,ꝙ fuerat deceptus,vt dicunt
ſequentia,& probatur 2.q.4.Paulum.Itẽ præ.l.ſi qs. lo
c quiẽ in libello appellatorio.& ideo quidam,vt Roſ.c ſo
luuntur,ꝙ in l.qui crimen,punitur extra ordinem, &
3 nihilominus pęna Turpiliani locum habet. † Sed cer-
te durum vẽ,vt pro eodem delicto duplex pœna infli-
gatur ↄ̃ iura,ff.de pęnis,ſanctio.81.diſt.presbiter, & ext.
de iud.at ſi clerici.in fi.q̃a de eodem delicto vnius ho-
minis non eſt ſæpe quęrẽdũ.ff.nau.cau.ſtab.licet. ideo
que Azo approbat primã reſponſionẽ vt no. in Sum-
d ma C.ad Turp.in prin.d Ioan.vero dixit, ꝙ ẽt ante litẽ
ↄteſtatam,ſi poſt libellum porrectũ accuſator deſiſtit,
incidit in Turpilianum.Nec obſtat ff.eo.in ſenatus,1§.
qui poſt inſcriptionẽ.nam ibi nõ incidit ꝑꝑ iuſtũ me-
tum,2.q.3.Paulũ,alias.n.incideret, vt ff.de col. fallaci-
ter.Quomodo ergo ad iura ↄ̃tia reſpondebis?Dici põt
e & nõ ĩſubtiliter,e ꝙ l.qui crimen.loquitur, qñ accuſa
tor fuit contumax poſt datum libellũ, & poſt fideiuſ-
ſorem datũ ex parte ſua, reus aũt nec fideiuſſorem de
derat,nec in aliquo contra eum proceſſum fuerat,niſi
ad citationem Item l.1 C.ad Tur. & prę.l. in ſenatus,
& l. faliciter,loquunẽ,quãdo accuſator eſt contumax
etiam ante litem conteſtatam,ſed tamẽ poſtquã reus
libellum receperat, & fideiuſſorem dederat, uel forte
detentus erat in carcere. Vnde nõ eſt mirum,ſi locum
hẽt Turpilianum. Et hoc ex dictis legib.colligitur,ſm
Roſ.qui reprobat eos,qui dicunt,ꝙ utraque pęna cõ-
petit,ſed tamen altera debet eſſe contentus accuſatus.
Hoc.n.non eſt verum,quia ſi vtraque ſimul compete
ret,& ĩ eodem caſu vtraque imponereẽ,vt C.de ſepul.
viol.qui ſepulchrum,& arg.ff.de act.& obl.quoties,Si
autem poſt litem conteſtatam ſit cõtumax accuſator
ita ꝙ vltima die biẽnij,quod tp̄s per legem inducitur,
fuerit abſens,punitur in quarta parte bonorum, ut in
præal.l.1. C.ut intra cert.tẽp. uel ibi loquitur ante litẽ
conteſtatam poſt datum libellum non inſtante reo, ꝙ
accuſator citaretur,nec reus dederat fideiuſſorẽ, nec
in aliquo fuerat grauatus, niſi quia citatus accuſator
tantum diſtulit, ꝙ totum biennium flueret.tũc.n. illa
4 pęna quartę partis bonorum locum habet.† Et ſi quæ
ras,quæ ſit maior pęna,uel minor?reſpon.ſm qualita-
tem perſonæ accuſatoris, & eius conditionem id con
ſiderari. Nam in paupere maior eſt pęna Turpiliani, q̃
amiſſio quartæ partis bonorũ,in diuite uero eſt ↄ̃ arg.
de pę.diſt.j.medicina,& c.quamobrem.in prin. Item
uilis & ignobilis non curat de extraordinaria pœna
Turpiliani,honeſtus uero & diues ſic: nam maior eſ
ſet ſibi illa extraordinaria corporalis, modicus enim
ictus maior eſt ei,quam q̃libet pecuniaria pęna, ff.de
poe.in ſeruorum,§.ſi. Et ſecũdum hoc intellige extra
de

## ADDITIONES.

a Quiſquis. *Totum,quod ſequitur ad literam uſque ad fi.uerſi.uerum,fuit Roſ.rub.qualiter puniatur accuſatoris contumacia.*

b Ver.deſtitiſſe. *Dic ut ibi no.ff.de iud.deſtitiſſe.*

c Quidam,ut Roſ. *Non puto bñ ſcriptum,quia Roſ.ponẽs hoc dictũ dixit,unde Roſ.noluit ita ſoluere. Azo vero dixit in Sũma C.ad Turp.in prin.quod do.ſuus tenebat hanc opinionem,itẽ infra patet,quod Roſ.tenuit opinionem illi contrariam.*

d Turp.in pr. *Vides,q̃ opinio.auctor cũ Roſ.attribuit Azo. quod parat materiam admirandã de Cyn.qui hanc materiã plene tractans C.ad Turp.l.1.dicit ibi,quod ſunt duæ gl.cõtrarię,et una ff.de adulter.l.miles.§ ſocer.q̃ uult ante litem conteſtatã nõ eſſe locũ Turpiliano,alia ↄ̃ria in prę.l.1.Sed de hoc miror,quod opi. gl.3.l.1.dicit fuiſſe Azonis; primã dicit fuiſſe Hug. De Azo n. non plus ſcio,niſi quod prędixi,et quod in Sũma perlegi. nec video plus de eo ſciuiſſe Roſ.vel auctorẽ,vel Hoſt.ut infra dicam. Itẽ ipſe auctor ponens in hoc ſenatuſcõſulto libellũ, infra de cal. præ.uerſi.propoſuit.in eo litẽ conteſt.forte,& uẽ,ſ ꝯr quod iuſte ex benigna interpretatione in pęnis facienda,ut ibi dixi;et interpretationem faciendo,ideo,quia ibi & alibi Cy.ſæpe no. Accur. quod gl.diuerſorũ doctorum ẽt ſententium contraria ponebat, ut inueniebat,& pro tanto gl.apparẽt qñque contrariæ. Ad excuſationem Accurſii et aliorũ antiquorum gloſſatorũ hoc ſcias ꝙ ſemper,quandoque ponebãt gloſſellam in puncto notabilem, ponebant ſignũ illius,cuius fuerat gl.per quod breue ſignum inſinuabant opinionem,vel dictum fuiſſe ſignati ſine protelatione ſermonis. Sed ſic eſt,quod in libris modernis iſta ſigna ante finẽ gloſſarum reſeruata fuit;ſed in fine quaſi abolita,q̃ ſi duraſſent,ſicut in libris primis antiquis adhuc habentur,ceſſaret reprehenſio; et hoc ſiue alibi ipſe teneret cõtrarium, ſiue alterius doctoris gl.contrariam alibi poſitã cum ipſius ſigno deſcriberet. ad prędicta facit,quod ſcripſi poſt Tanc.ext.de verb.ſig. abbate ſuper ul.gl.in fi. Ad principale redeundo ſatis poſſet teneri quod ibi dicit Cy poſt Dyn & Iaſ.ſ.quod mens Turpiliani locum habeat ante litẽ conteſtatã, verba vero ſolum poſt litem conteſtatam. Scire tamen debes,quod Hoſtien.in Sum.de cal.§.pe. verſi.ſic patet.ponit prędictã opi. Azo.contrariam. Io.autẽ dicit ibi quod decre.licet.in fi.ext.de accuſ.ubi ut eius uerbis utar, Innoc. 4.in illa uidetur hoc diffiniſſe,dum dicit,quod circa uinculum inſcriptionis licuit illis deſiſtere ſine pęna. Nota igitur a cõtrario, quod poſtea non liceret,quamuis lis conteſtata non eſſet, & in hoc reſidet. Sed ſi opi. Azo.bene probaretur,ceſſaret illud argu. a contrario,de quo ſup.de diſput.& alleg.§. poſt hæc autem.circa medium,uerſi.uel non ob.*

*ADDE,ut per Bar.in l.quęſitum,ff.ad Tur. Ang.in rub.C.de in ius uocan.Bal.in l.1.& in l.accuſationibus.C. qui accuſ. non poſſunt,per Cano.in c.licet,ext.de accu.*

e Non inſubtiliter. *Verbum Roſ.*

de elec. uenera. §. 1. in fi. & facit ext. de off. deleg. pastora
lis, respon. 1. in fi. Caeterum si sit contumax die senten-
tiae, tunc in nullo punitur. nam tunc si de causa liquet
feretur sntia, & tunc satis punitur eius contumacia, qa
non audietur appellans. Sic intellige C. de adul. quamu-
uis, ff. de re iud. contumacia. 2. q. 6. et, qui §. sunt et quo-
rum, & 24. q. 3. de illicita, & in nullo tunc impedit con-
tumacia processum iudicis, quare aliter non punit. Vel
dic, quod in l. quamuis. statuitur vnum pro illo contu-
mace, vt s. non puniatur, aliud contra eum. vt. s. eo ab-
sente procedatur, & hoc pp publicum officium, ne ab
a excubiis reuocetur, ut ibidem in fi. a † Vtrum autem, &
5 qn, & in qua causa liceat a lite recedere per transactio-
nem, vel gratiam, seu per pecuniam, no. plene extra de-
collusione, c. 1. & 2. q. 1. §. notandum, uersic. in omnibus
causis, & infra de abolit. Regulariter autem nemo sine
accusatore dānatur, ut supra de accu. uersi. item nemo.

### ADDITIO.

a Ibidem in fin. *Hinc finita sunt verba Ros.*

### SVMMARIVM.

1 *Accusati contumacia multipliciter consideratur.*
2 *Accusatus cōtumax intelligēdus est iuris iterpretatione cōfessus.*
3 *Excōicatus propter contumaciam celebrās an possit iuste deponi.*
4 *Priuilegio . l. quo gaudere non debet, qui suos contubernales ma-*
*le administrando afflixit.*
6 *Accusatus & citatus nō cōparens, qualiter veniat cōdemnādus.*
7 *Annotatio bonorū alicuius qualiter, & quare fieri debeat, & nu*
*mero 8.*
9 *Infamis non dicitur per sententiā, nisi de crimine fuerit conuictus.*
10 *Alienatio bonorū ante commissionem maleficij facta, an teneat*
11 *Alienans fraudulenter bona sua, si postea maleficiū commiserit,*
*an talia bona possint annotari.*
12 *Pauper maleficus qualiter sit puniendus.*
13 *Corpus est rebus praferendum.*
14 *Contra reū post litem contestatam qualiter sit procedendum.*
15 *Reo dante fideiussorem, an contra ipsum fideiussorē procedetur.*
16 *Fideiussor non petens reum, seu accusatum exhibere, an possit in*
*se iudicium suscipere.*
17 *Fideiussor alicuius accusati quibus exceptionibus vti possit.*
18 *Bannum in locis & casibus, in quibus accusator absens punitur,*
*qualiter sit formandum.*
19 *Citatus non comparens an possit excusatorem mittere.*
20 *Cum bona cancellantur, debet scribi in causa, quare cancellan-*
*tur, & cuius mandato fiat.*
21 *Fuga reddit fugientem suspectum.*
22 *Opem & consilium furi praestans, an actione furti teneatur, si*
*furtum non sit commissum.*
23 *Infamatus non potest amplius infamari.*
24 *Accusatus deficiens in probatione, eo ipso calūniari praesumitur.*

1 6. §. Sequitur † videre de contumacia accu-
sati, & qualiter contra eum
a procedetur. a Et quidem si is, qui de crimine accusatur
contumax sit, vr fictione iuris de crimine confiteri, ut
3. q. 9. decernimus. Sed ad huius rei notitiā pleniorem
distingue: quia aut est contumax ante litem contesta-
tam, aut post. Si ante, sm leges bona eius annotantur,
& describuntur, ut j. uersic. ut aut. Sed si intra annū ue
nerit, & iur. paruerit, praestita satisdatione de sñdendo
ea recuperat, & super crimine auditur. Post annū uero
omnia confiscantur, & si postea iuri pariturus uenerit
auditur super crimine, bona aūt non recuperat, ut ff. de
requi. reis, l. fi. C. eo. quicunq;. C. de accus. absentem, et l.
qui de crimine. Et sm leges nunquam super crimine ꝯ
absentem proceditur lite non contestata, ut in prae. con
cor. ff. de accus. absentem, nisi in casu, s. contra apparito
res, C. de poenis, ne diu. Verum tñ de consuetudine ple-
runque locorum absens ꝯtumaciter pro confesso hr.
argu. C. de assessor. l. 3. C. ubi de cri. agi opor. Aut. qua in
prouincia. ibi qa contumacia eius, & c. ff. de iu. f. s. sena-
tus. § diuus. & in prae. c. decernimus & 11. q. rursus. & c.
quicunque. & C. de exac. trib. l. 3. C. de iur. cal. l. 2. §. qp si
actor. & §. sin aūt reus. C. lib. 11. de omni argo deser. l. lo-
corum. in Auth. Collat. 5. de exhib. & intro. reis, §. sanci-
b mus. ff. de suspec. tu. impuberibus b. ff. de iure f. l. edictio.
§. si. ext. de praesump. nullus. & in prę. c. decernimus. Lau
c darem tñ in talib. c qp prius testes reciperentur, q aliqd
definiret, argu. C. de accu. l. absentem, & in prę. cōcor.
Si vero est lis contestata, & liquet de causa, vel liquere
pōt, nunquam in maioribus criminibus proceditur cō
tra absentem. imo audietur, qñcunque venerit, sic intel
ligitur ff. de requ. reis, annus. Sed in minorib. quae poe-
nam relegationis, uel damnum aestimationis ꝯtinent,
bene proceditur ꝯ absentem, ff. de poenis, l. absentem,
et in prę. c. decernimus, & accusator dēt esse psens, qñ
ꝯ reum proceditur, nisi in casu, ut C. de adult. quamuis,
2 j. & uide j. uer. sed pone, v. † Pone sedm Cano. si nō est
lis ꝯtestata, uel est contestata, sed non liquet de cā, nec li
quere pōt, excōicatur, vt 4. q. 5. quisquis, & 8. praesenti,
& in prę. c. rursus, & c. quicunque, & si intra annum ve-
nerit, absoluitur, & auditur super crimine illo, post an-
num vero super crimine illo non audietur. Nam intel-
ligitur iuris interpretatione confessus, vt in c. rursus &
c. quicunque ext. de praesumpti. nullus, & post annum
hmōi excōicationis snia potest aggrauari, vt proceda-
tur ad suspensionem, vel perpetuam priuationem of-
ficii et beneficii. Quid autē de forma excōicationis &
absolutionis? Dic vt s. de sententia, §. vt autem. versicu
iuxta. & seq. vel ad religionem, vt j. versi. cęterum. quae
suspensioni comparatur, vt dixi supra §. 2. versic. item
criminum. Si aūt lis est contestata, possunt testes recipi
ꝯ eum, & si de causa liquet, snia diffinitiua proferri pōt.
sic intelligo prę. c. decernimus, q. 24 q. 4. de illicita. Host.
aūt non curabat, an lis sit contestata, vel non, sed distin
guebat solum, an liqueat de causa, vel non, quod non
admitto, quia nunquam proceditur ꝯ absentem lite
non contestata. Arg. tñ contra, ext. de dolo et contu. ve-
ritatis. vbi testes ꝯ absentem lite non contestata super
crimine recipiuntur, & snia profertur. Sed pōt rñderi,
qp ibi absens non condemnatur lite non contestata de
crimine, de quo ꝯtra eū agebatur, s. homicidij, incestus,
3 & dilapidationis. † sed Papa illum deposuit ex eo solo,
qp pp contumaciam excōmicatus celebrauit, vt ibi dr in
verb. nos agitur, quod potuit iuste fieri, vt 24. q. 3. de illis
4 ext. de cle. excom. latores & sic non est ꝯ. † Vel dic, si pla
cet, si speciale est in dilapidatione, de qua ibi loquitur, vt
in ea lite non contestata procedatur, & testes recipian-
tur. Et est rō, qa in ea publica commoda periclitantur,
vt 3. q. 2. qa ea. C. de pęn. ne diu. Nullo. n. priuilegio gau-
dere dēt, qui male administrando suos contubernales
afflixit, vt C. vbi de crim. agi opor. l. 2. Vel ibi loquit, in
cā inquisitionis, vt lit. non cōtest. qm, §. sunt et alii. Vel
secundum alios, speciale est, vt contra quemlibet prae-
latum & clericum contumacem procedatur lite non
contestata ad depositionem, vt ibi, & ext. de clericis nō
resi. in ec. vel praeb. ex tuae. Primū verius. Vel dic, vt not.
d in pal c. veritatis. d Item qbusdā quoq; aliis casib. lite nō
5 ꝯtest. pcedit, quos dixi s. de teste, §. nūc tractemus. † Vt
autem

### ADDITIONES.

a Procedet. *Ros, hunc tractatum continuauit sup. proxime ponēs rubricam de contum. rei, accusator autem ad eius uerba praemittit no. 2. q. 9. in summa in 1. parte gl. & in c. ueritatis. ut ibi dicetur.*
b Impuberib. *Vber. dicit hanc l. §. 2. multum facere ad hanc partem, ad idem l. 3. e. tt. §. tutor, qui ad alimenta. & Inst. eo. tit. §. si quis tutor. ad contrarium allegat decr. de constit. ex literis. cū suis gloss.*
c In talib. *Verbum Vber. de Bob. in char. 7. ubi tractat de pęna contumaciae.*
d In prae. c. ueritatis. *In gl. hic patet. ubi est mens superiorum.*

autem in hac materia doctrinam habeas clariorem ad huc præmissa, alio tamen ordine, & magis ad unguem
a prosequamur. Distingue a ergo iterum. Nam aut accusatus est absens ante litem contestatã, aut postea, aut ꝑ pe sñiam. Si ante litem contestatam, tunc præstita cautione ab accusatore citabit, & quæret ibi, vbi erit: quæ dic, ut s. §. 1. in prin. & uer. qualiter aũt. & sequit, ẽt si in alterius iurisdictione, degat, ut ibi dixi in uers. sed nunquid. ꝙ si non uenerit, bona eius annotabunt: quia dicet iudex, oĩa bona talis, qui citatus non uenit, pono in banno fisci nisi uenerit intra ann. im ff. de requir. re. l. 1. §. 1. Tñ ab hac sñia conditionali appellari põt, C. si pẽ. ap. l. eius ext. de ap. præterea. & describentur eius bona, ff. de dequir. reis, l. fi. quę qualiter fiant, j. subiiciam. Tñ fiscus de facto ea nõ occupat, nisi post annum, ut eo. ti. l. 2. & l. fi. post hoc iterũ per edicta requiretur, & citans mittet lr̃as suas iudici, seu rectori eius loci, in quo dget accusatus, ut per illum citatio innotescat se accusatũ, & citatũ, bonaq; eius ob hoc annotata fore, ut in prędicto. §. pręsides. Harum autẽ literarum forma talis erit.
6 FORMA. † Talis iudex, seu rector, siue præses tali locis, tali iudici, rectori, seu præsidi talis loci salutẽ in domino b. Cum in nostro auditorio T, de tali crimine accuset, seu accusare intendat. P. qui in nostra iurisdõne, seu magistratu moratur, egoq; ipsum edictis & aliter citauerim, ut ueniret super accusatione hmõi rñsurus bonaq; ipsius ob eius cõtumaciã annotauerim, uestrã discretionẽ deprecor, quatenus ipsi P. innotescere, seu significare curetis, ꝙ eit annotatus, quodq; eum requiro & cito, ut tali die coram me compareat, eiusdem T.
c responsurus obiectis c. hæc probantur in præ. §. pręsides. Quod prius fiat annotatio, q̃ hmõi literæ dirigãtur, colligit in præ. §. præsides. uer. secundũ literas. † Sed quali
7 ter fiet hęc annotatio? Rñdeo, sic: Præses. n. seu iudex, uel officialis ueniet cum tabellione ad domum accusati, & inquiret, quot domos, quot prędia rustica, & quot iugera terræ sunt in bonis accusati, & quid sit in uineis quid in oliuis, quid in prædiis, quid in mancipiis, quid in colonis, quid in reditibus, quid in mobilibus: & sic cuncta describet per ordinem, sicut describũtur bona alicuius, cũ proscribunt. quod qualiter fiat, dic, ut C. de bo. proscr. l. si quis intra prouinciã. sicut ẽt denotantur bona, que dant incensum, ut ff. de censi. l. forma. sic ẽt denotant bona, cũ hæres, uel tutor faciunt inuentariũ, ut C. de iu. del. l. sancimus. §. licẽtia. & Carb. tut. l. ij. & de
q̃ his fiet publicũ instrm. † Fit aũt annotatio, ne ulla fraᵃ possit in reb. illis adhiberi, siue illa bona debeant confiscari, siue absenti restitui. nam alterum de his duobus fiet ut j. iam dicetur. ar. ad hoc 27. q. 2. oẽs fæminæ. & 20. q. 1. uidua: Nam licet pręmissa oĩa sic interueniant accusatus tñ in nullo grauatur. Nã si uenerit paratus accusatorib. rñdere, & satisdet, omnia bona, quæ fuerant annotata denotabunt, & ei in solidum restituent, qñcũque uenerit intra annum continuum, ut s. Qui annus, quoad hoc, incipit computari, ex quo edictis, seu lr̃is iudicis illi innotuerit, seu innotuisse potuerit se accusatum & citatum, & bona fore annotata: non aũt a die factę annotationis, ut prę §. præsides, in fi. & e. ti. l. annus. Quinimo si intra annum accusatus mori, uel intra annum satisdõnem offert, ꝙ accusatori rñdebit, bona recuperat, & ad hęredes trãsmittit, ut d. l. 1. §. fi. Si aũt non uenerit, tunc incipit eius contumacia puniri, hoc modo: nã si annus lapsus est bona illa sic annotata confiscantur, ff. e. l. 1. & fi. & fit infamis, ut ibi, non ipso iu-
9 re. † Cum. n. nõ fuerit de aliquo crimine ꝯdẽnatus, nõ
d fit infamis per sñiam, sed ipso facto, secundũ Azo. ᵈ & Rof. ff. de his, q no. inf. l. 1. & l. athletas. Opinio. n. eius grauat, & lædit apud bonos & graues, ut ext. de accu. oĩpotẽs. ex. de test. c. fi. & ca. testim. 81. d. tãtis. 2. q. 3. Euphemiũ. Idẽ quoq; est ĩ ciuili cã: nã passus missionẽ, ueniẽs intra annũ, recuperat possessionẽ, & non post, ut ext. ut lit. non. cõtest. qm̃. §. in aliis. & de eo, qui mit. in pos. cã rei ser. ca. 1. & 2. de offic. ord. pastoralis. in fi. & C. de pręscrip. 30. ann. si quis emptionis. qđ dic, vt sup. de primo decreto, §. iam de effectu. ver. si vero. Sed & licet sic bona ꝯficient, & fiat infamis de facto, tñ ad defendendũ se audit omni tpe, vt ff. de requir. reos, annus. Itẽ ita demũ confiscant, si a procuratore fisci capiant, alioquin licet sint annotata, nisi fiscus ea petat vsq; ad 20. annos, postea non poterit petere, vt eo. ti. l. anni spaciũ. & ff. de diuer. & temp. præscrip. in omnibus Hodie forte bona eius seruarent filiis eius, & descendẽtib. & ascendẽtib. vsq; ad tertiũ gradum, ut in Auth. ut nulli iud. §. 1. C. 9.
e ᵉ † Quid si post maleficiũ commissum alienauerit bo
10 na? Vr, ꝙ tenet alięnatio, nisi bona sint annotata, & nisi in crimine lęsę maiestatis, ut ff. de do. post contractũ. ff. de sol. reum. ff. de requi. re. l. fin. in fi. C. ad leg. Iul maiest. l. pe. & fi. ff. de accus. l. ex iudiciorũ. C. de bon. dam. si qñ. Quid si añ maleficiũ commissũ bona sua alienauit in fraudẽ? de hoc j. de do. ver. itẽ panc. † Quid si ac-
11 cusatus ante litem ꝯtestatã sit contumax, nec habet bona, quæ possint annotari? Respon. forte indicet ei mulcta per illud edictũ, si quis ius dic. nõ ob. arg. ex his, quę no. s. de contumacia, §. fi. uer. sed nũquid facta. Sed qđ
f si pauper sit? nihil. n. tunc ad eũ de mulcta f. quia eius
g nihil habet, nullũ periculũ esse põt, ff. de fur. l. itaq; fullo. & inanis est actio, q̃ inopia debitoris excludit, vt
g extra de rest. spo. olim nobis. iuxta illud g,

*Cantabit vacuus coram latrone viator.*

12 † nã & paupertas proficit, ut C. de ep. & cler. si quis ad declinandã. & l. id, qđ pauperib. & ff. qui, & a quib. ma. lib. non fi. l. si quis. & ff. de excus. tut. paupertas. & l. post
h susceptum. & in p. c. olim & ibi ʰ, Beati pauperes spiritu, &c. Tu dic, ꝙ multum spectat ad eum, quia si capiatur, in corpus torquebit. regulariter. n. qui pp paupertatẽ pecuniariã pęnã eludũt, in corpus torquent, ut ff. de pæ. l. j. ĩ fi. & 23. q. 4. ne admisso. C. de ser. fug. q̃cunq;. & sic paupertas nocet, ut in q. 1. paup. & 2 q. i. phibeat. uer.
i nõ nulli. & ĩ c. ĩ primis. uer. deinde cãnũ. Nec credo ⁱ eũ ĩ bãno ponendũ: durũ. n. eẽt hoc, ut forte a quolibet puniret, & offenderet sic bãnitus. Cautius igit faciet accusatus,

## ADDITIO.

a Distingue. *Hic quasi ad literã ponit totam rub. Roff. de contu. rei, & hoc usque ad uer. item quæritur, ecce T. promisit. supra §. 1. & uers. sed nunquid sufficit.*

b Salutem in domino. *Honestius ponit Roff. præmittendo cum cui scribitur.*

c Responsurus obiectis. *Si reo scriberet, forte occultaret citatiõnẽ, & ideo cõmendat Rof. hanc formã. uide, quod plene dixi sup. de foro comp. Romana. §. contrahentes. super uers. citati lib. 6.*

d Secundum Azo. *In Sum. de requi. re. uer. & est notandũ. sequitur, ꝙ ita annotatione grauatur opinio amotati; non dico eũ infamem fieri, qa non est dãnatus de crimine publico, uel priuato famoso, quod lex requirit ad infamiam; idem Acc. in l. vlt. C. de requ. re. per hoc patet, quod vera litera superior habet Non: & sic est ĩ Rof. uñ hęc sumpta fuere, ut præ dixi. & tñ utraq; saluatur.*

e Col. 9. *Et dotes uxorib. reseruantur, ut ibi Rof. qui in hoc continuat uer. tertium, duos medios interposuit auctor.*

f De mulcta. *Continuauit Rof. inf. tu dic, me ita addit auctor.*

g Iuxta illud. *Iuuenal. 10. Satyra.*

h Et ibi. *Matth. 5. in prin. Circa priuilegia paupertatis uide t. io. de Turre cremata post Arc. in c. pauper. 11. q. 3. ubi plene enumerat priuilegia paupertatis. ab his tñ priuilegiis liberet nos Dñs.*
*ADDITIO. Adde tu. Alex. cons. 48. inci circa hanc dubitationã. col. pe. uer. pręterea. in 4. uol. ubiq; paupertate sordescimus & dicimur de primo ob paupertatem, ut in c. si qui testium. de testib. in uer. paupertate, de pręscr. & etiam dignitas ecclesiastica ob paupertatem uilescit, ut in cle. in plerisque. de ele. nam dignitas & honestas absque diuitiis non seruatur, l. ab omnibus circa prin. ff. de leg. 1. Hen. Fer.*

i Nec credo. *Secundum Roff.*

ſatus,ſi ueniat,& bona ſic annotata recuperet,præſtita
13 cautione de iuri parēdo.† Quid ſi nō pt fideiuſſorem
hīre,uel eſt talis accuſatus,q̄ fideiuſſori nō eſt cōmittē
dus,ut ſupra § ſ.uer.ſi aūt accuſatus ſit.qa timet uenire
uel forte cōſcientia eū remorderet de cōmiſſo malefi
cio?Certe tūc ſat.ec faceret,ſi ueniret:imo potius patia
tur bonorū annotatiōnē,q̄ ſe exponat periculo corpo
rali.corpus.n.p̄ferēdū eſt reb.vt C.de ſac.ſan.eccl.ſan
cimus.in princ.&c arg.ext.de pœn.& re.cum infirmi-
tas.§.cæterum.cum ſuis concor.& de don.inter uir.&
14 ux.p ueſtras.† Cæterum ſi reus ſit contumax poſt litē
conteſtatam,non requiretur, nec bona annotabūtur,
ſicut ſupra ante litem ꝯteſtatam dictū eſt, ſed alio mo
a do contra eum procedetur, ſecundum Roſ.[a] puta pe-
cuniahter a iudice mulctabit, uel ſi in ꝯtumacia perſi-
a Dicunt. *Pro quib. multum facit de iur. cal. c. 2. in prin. lib. 6.*
b Raynaldus. *Ibi in §. dilectus, in 1. gl. sup. ca. & in canone statim alle. ui te de hoc.*
c Concordari. *Quæ concordarentur opiniones conuertendo, quod plus placet, ut scripsi in prę. decr. Raynald. uer. dilectus, super gl. & ita.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus a quo, & cui sit offerendus.*
2 *Actor offerre debet libellum, etiam reo non petente.*
3 *Libellus an sit coram arbitrio offerendus.*
4 *Arbitri & iudices æquiparantur.*
5 *Agentis petitio semper est in scriptis offerenda.*

a 10. §. Restat videre, a quo & cui offeratur libellus 1, & quidem offertur libellus ab actore tam in ciuili cã, quam in criminali, ff. de
a eden. l. 1. §. 1. ext. eo. c. 1 & s § prox. in prin. † Sed cui offertur? & dr, q reo, vt in præ. Auth. offeratur, in prin. eo. tit. & Auth. libellum, & sic in plerisq; locis seruat. Dicendum tñ est, q iudici debet porrigi, ext. de li. obl. c. 1. ibi, in synodo Pon. Et hoc parte aduersa præsente, vidente, & intelligente, vt 2. q. 2. in primis, ad princ. 11. q. 3. corũ, ff. de uerb. signi. coram, deinde iudex porriget eam reo, C. de litig. Auth. litigiosa, infra §. prox. Et sic intellige p. Auth. offeratur ex de obla. c. 1. C. de epis. & cle. Auth. generaliter. Principaliter. n. datur iudici, cuius officiũ, tanquam mercenarium, semper imploratur, vt C. de pos. l. 4. uel etiam quasi principaliter, ut in restitutione in integrum, ut extra de offi. iudic. c. fin. & ff. de mino. l. quod si minor. §. fin. Secundario uero parti quod apparet, dum ibi dr, coram uobis domino tali, &c. Si n. parti exhibeatur, posset aliquid addere malitiosè, uel detra-
b here, sicut quandoque fieri uidi b. Iudici ergo datur, & ipse facit parti copiam, originali penes eum remanente, ut nil ualeat immutari, ext. de prob. c. fi. Libello, n. ori
c ginali creditur, ut 81. dist. Maximianus. † Offert autem actor libellum etiam reo hoc non petente, 3. q. 1. ca. induciæ. 2. §. offeratur. ext. eo. c. 1. Quidam tñ 9, ff. de iurei. iusiurandum. & ff. de no. ope. nun. pupillus. qui opus, Et br scias, q libellus offertur corã quolibet iudice ordinario, seu delegato, minore, uel superiore, arg. C. de litig. Auth. litigiosa. & generaliter coram quocunque iu
3 risdictionem habente, ut in præd. Auth. offeratur. † Sed nun quid coram arbitro debet offerri non vr, arg. C. de
c epis. & cle. Auth. generaliter, in fi. Sed Accur. Ia. Roff.[c] & etiam lex dicunt, dandum esse, vt C. de arb. l. pe. §. & licet. vt sciatur, an competens actio, vel petitio proponatur, vel non, ex. de iud. examinata, ff. si mens. fal. mo. dix. l. 1. Mihi vr distinguendum inter arbitros & arbitratores. vt in arbitro habeat locum, quod iam dictum est. cũ n. arbitria sint ad instar iudiciorum redacta, vt ff. de arbit. l. 1. sicut coram iudice, sic & corã arbitro offeretur,
4 arg etiã ad hoc C. de iud. rem non nouam. † vbi arbitri, & iudices æquiparantur, arg. etiam ad hoc ex. de prob. qm 9, vbi dr, petitionem debere offerri tam in ordinario, q in extraordinario iudicio, quale est arbitrium. Nec obstat præ. Auth. generaliter, in fi. ibi, nisi cã, &c. quia illud
d ad cautionem tantum, de qua præmisit, refertur.[d] Porro si sit arbitrator, qui non habet cognoscere secundũ iuris ordinem, sed solum componere, vt ex de iureiur. c. Quintauallis. & 2. q. 6. c. a iudicibus, §. quod de arbitris
5 coram eo non offertur libellus. † licet petitio sit offerẽda in scriptis, vt in præ. c. qm. & s. §. proxi. ver. sed si petit. & in aliis ver. vt secundum eam sentẽtia dictetur, vt ex
e tra de sim. licet, & ego sic seruo,[e] vt quãdo casus imminet, in quo non sit admittendus libellus, facio mihi dari ad meã instructionem intentionem actoris scriptã, non pro libello, sed ut appareat, quid fuerit petitũ, præmissa tamen protestatione, quod pro libello non offertur. Item coram non iudice non est libellus offerendus, vt infra §. sequitur.

ADDITIONES.

a Libellus. *De hoc Rof. rub. 15.*
b Vide idem *Roffre. vbi supra.*
c Roff. *Sub. rub. 14. apud quos offeratur libellus, & rationem, quæ sequitur ibi, posuit in fi. ad soluendam obiectionem, quæ videtur non dandus, cum iam deliberauit reus concedere compromittendo, & libellus datur ad talẽ deliberationẽ, ff. de eden. l. 1. in princ. & in Auth. offeratur.*
d Refertur. *Vt scilicet illa de consensu partium remitti possit, ut ibi no. in vltima glo.*
e Sic seruo. *Et sic seruandum est in causis, in quibus proceditur simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij, ut in Clemen. de verbo. signif. sæpe.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus quando, & ubi sit offerendus.*
2 *Libellus in loco, ubi ius redditur, est offerendus.*

11. §. Nunc videamus, quando, & vbi sit libel-
1 lus offerendus. † Et quidem offerẽ
a dus[a] est ante litis contestationem, cum sit fundamentum causæ, vt extra de proba. quoniam, & de sim. licet. & vbi fundamentum non est, superædificari non potest, vt extra de presbytero non bapt. veniens, & 1. q. 1. sũ Paulus, 48. dist. sicut. Sed & die feriato potest offerri quãdo iudicium non exercetur, vt ff. de adult. miles § sexa-
b ginta.[b] sed tunc datur iudici, & non parti, quæ non tenetur tunc adesse, reo vero non offertur, nisi in iudicio, arg. in Authent. offeratur, & 3. quæstione 9. charte; & 11. q. 3. eorum, argum. C. de adul. iure mariti. ibi, quibus in publico eius facultas fuerit, &c. & ff. quis ordin. in albo.

ADDITIONES.

a Offerendus. *De hoc tractat Rof. rub. 13.*
b §. sexaginta. *Idẽ no. de de iu. l. c. fi. in ult. glo. & sup. de fer. §. quitur, ultra prin. Sed illud intellige, ut subdit hic auctor. §. vt detur iudici, nec procedit, ut dixit Io. d. 15. q. 4. placita, ubi dicit, citari posse partem. ut ueniat die feriata ad recipiendũ libellũ. Cui glo. contradixit ibi text. unde, quod plene scripsi de fer. c. fi. in glo. non solũ & de hoc sup. de fer. ca. fi. uersi. item excipitur, quod citatio fit ad diem, & ut ibi dixi in prin. distinguendi sunt casus permissi a nõ pmissis, pp quod dici gl. in §. sexaginta illud speciale, & túc, qd specialitas illa est gñalis in actione, uel priuilegio perituro l ipsis tpis, ut ibi. loquitur enim de tẽpore, quo maritus accusat iure ma-*

*riti, sed illo lapso accusare possit iure cōi vt ibi. Et ex his insurgit illa qō, si sunt plures iudices, in quibus locum haberet præuentio, an facta intelligatur per libelli oblationē factam die feriato, & nulla dubitatio de illa, quę fit iudici, p q nec præueniretur ē si fuisset facta die iuridic. Citationi tali præuentione est necessaria, ext. de foro comp. c. pe. cum conc. in gl. quæ gl. præuentionē & perpetuationem æquiparat, & per id, quod ibi dixi super verbo Legitime, soluitur, an citatio, quæ non tenet, perpetuet, & de off. dele. cū plures, in vltima glo.*

*ADDE, an per citationem non legitima factam sit locus præuentioni, Ro. consi. 412.*

a bo. pos. fer. utile. §. dies autem. a † Sed ubi offeratur, iam
2 dictum est, offertur enim in iudicio, id est, in loco, ubi ius redditur, ut in Authē. offeratur. ff. de iust. & iur. l. pe.
b ext. de libel. ob. c. 1. & sic ubique seruatur. b Non ergo, iudice procedente, sed sedente, ut C. de dila. a procedēte, quæ est 3. q. 3. ca. induciæ. §. spatium. Item coram suo iudice, non coram alio, ext. de iudic. c. at si clerici. C. si a
c non compe. iud. per totum. c

ADDITIONES.

a §. dies autem. *Non obstat, quod l no. de dila. c. 2. in glo. 2. vbi dr̄ q cautum est in citatione rei ponere libellum actoris, & idem no. in clemen. vt lit. pe. c. 2. in vlt. glo. quia, ut super proxi. gl. scripsi, licet missio talis valeat ad denegandas dilationes, non tamen sufficit ad iudicium ordinarium finiēdum, nisi & in iudicio per iudicem detur, & tunc lis contestetur, per l. vnicam C. de lit. cōtest. & per autem offeratur, multum tamen in hoc insistat Cy in Auth. offeratur. 3. q. 2. & Io. de Bla. de hoc rub. 2.*

b Et sic ubique seruatur. *Roffr. dicit, quod non est in Apulo, nisi in Beneuentano.*

c Per totum. *Et infra §. sequitur, post princ.*

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter, & sub quibus verbis concipiatur.*
2 *Libellus qualiter, & quibus verbis in curia Romana cōcipiatur.*
3 *Forma libelli coram episcopo Cardinali qualis esse debeat.*
4 *Libellus qualiter sit corā episcopo vel archiepiscopo formandus.*
5 *Libellus qualiter coram auditore generali palatij domini Papæ sit formandus.*
6 *Auditor generalis palatij domini Papę potest sine speciali cōmissione de causis appellationis totius mundi cognoscere.*
7 *Cardinales nullam causam audire possunt.*
8 *Agens coram auditore alicuius Cardinalis qualiter libellum formabit.*
9 *Agens coram ordinario cuius formę libellum faciet.*
10 *Agens contra pupillum, uel minorem, diuersimode se pōt habere.*
11 *Furiosus, aut mente captus nec pro se, nec pro aliis agere potest.*
12 *Filiusfamilias agere volens debet patris consensum habere.*
13 *Petens aliquid à seruo qualiter libellum concipiet.*
14 *Prælatus, syndicus, vel actor ecclesiæ petens res ecclesiæ, formabit libellum nomine ecclesiæ, & nu. 16.*
15 *Libellus qualiter contra procuratorem concipiatur.*
17 *Reus debet esse certus, an cedat, uel contendat.*
18 *Agi an possit de pluribus rebus in eodem libello.*
19 *Libellus qualiter formetur, ubi alternatio admittitur lege, uel pacto, aut conuentione.*
20 *Petitio restitutionis de damnis datis absque specificatione, an sit sufficiens.*
21 *Cōdēnatio qualiter fieri debeat, vbi petitur per verba generalia.*
22 *Pater potest agere per se, vel per procuratorem in rebus filio acquisitis.*

a I. 2. §. Iam nunc Videndum occurrit, qualiter libelli concipiuntur. a † Sciendum est
1 igitur, quod diuersimode & sub uerbis diuersis s'm ua
b rietatem regionū cōcipiūtur. b Alibi enim sic dicitur.

FORMA. Deo & uobis. Alibi uero sic: Coram uobis, domine tali iudice, uel nobili uiro rectore, uel potestate talis loci, conqueror ego talis de tali, a quo peto 10. certi conditione, quæ oritur ex mutuo uel locato uel ex uendito. & sic in aliis personalibus. In realibus uero sic.

FORMA. Deo & vobis domine, &c. supra vsq; de tali. iūge, qui iniustè possidet talē fundū in tali loco sitū, cuius cōfines tales sūt. quē dico ad me pertinere ex cā emptionis, & me dñm assero. vnde fundū illū peto rei vendicatione, vel quasi, sed s'm canones, non est nomen actionis specificādum, quod dic, vt supra de actio.
3 seu peti. §. 1. † In curia autem Romana talis mos obseruatur, si enim fueris coram Papa, dices sic:
c FORMA c. Sanctitati vestræ Pater clementissime significo & humiliter propono ego talis, quod talis tantam summam pecuniæ a me extorsit indebitè per vsurariam prauitatem, vnde, &c. vt infra de vsuris. Si vero fueris coram episcopo Cardinali, sic dices.
4 FORMA. † Coram vobis reuerendo in Christo patre dño, Dei gratia Host. & Belletren. episcopo partib. à domino Papa auditore cōcesso, ego ppono, &c. & sup
d primes tit. d & nomen etiam proprium, si volueris. Si
e fuerit coram presbytero Cardinali e, &c. sic dices:

FORMA. Coram vobis reuerendo patre in Christo domino. P. Dei gratia tit. Basilicæ 12. Apostolorum presbytero Cardinali, & c. presbyteri enim titulos habēt. Si uero coram diacono Cardinali, sic dices:

FORMA. Corā vobis reuerēdo in Christo patre dño Vberto Dei grā S. Eustachii diacono Cardinali, diaconi enim

ADDITIONES.

a Concipiuntur. *De hoc Roff. rub. 22. Scire debes, quod quidam aduocati reorum, si gerundia ponantur in libello ciuili, vel criminali, opponunt libellum non procedere, cum gerundiū nil ponat, sed posita determinet inducūt tex. ff. si vsusfruc. petit. l. 2. ibi, seruitutes imponendo, aut vicinorum prædia liberando, quæ determinent, quod præcedit, deteriorem vsumfructum fecisse, ut ff. de pig. l. si is, qui, vbi verbum fructus percipiat, determinatur, dum sub lit locando, aut ipse percipiendo, uel habitando, ad idem C. de adul. l. si qui adulteri, in fi. ibi, fidem crimini derogando, & de transac. l. si quis maior. ibi, interpellando iudicem, uel supplicando, determinant verbū præcedens, & ff. de vi & vi. ar. l. iam facit, ubi ēt plura gerundia propositionē determinant præcedentē. Si ergo libellus in ciuili dicat, peto 10. q mihi Titius testādo reliqt, in criminali accuso T. qui me insultauit veniēdo cont. me cum armis proijciēdo contra me lanceam, uel similia, volunt dicere, et male, q his probatis sequetur absolutio, sed veritas est, qd gerundia ponunt & resoluuntur in uerbum, ut no. super ut ff. & C. de edendo, & bene patet C. de dona. quisquis, in prin. Est ergo idem dicere, fecit insultum proijciendo, & c. ac si diceret, insultauit & proiecit, uide in dec. quoniam frequenter. vt lite non contest. quæ de contumace & non contumace ponit exēpla, quæ per gerundiū dici poterant, & sonarent idem. De primo in § porro, ibi, si contumax apparuerit contemnendo venire, uel se occultando, vel impediendo & c. quæ ponuntur per alia uerba idē sonantia. Idē dico de exemplis non contumacis, in §. si autem. facit de excess. præl. tanta. ibi, ea seruis, & c. & cōsimi. Idē fit in sentētijs ponunt gerūdia, quare non in libellis? patet primū de sent. & re iu. ad apostolicæ. li. 9. ad fi. ibi, auctoritate apostolica firmiter inhibēdo, & c. & decernendo quoslibet, & c. & in tractio ie ibi idē in ver. deieruāt. ad idem de elect. venerabilē, in fi. facit ad pdicta, qd in cāæ in prin. fauemus actori, ff. de iud. l. si quis intentione, & uide no. de rest. spo. cum sedem in gl. 2. & de spō. ex literis, inf. in ult. glos.*

*ADDE de gerundio ultra loca all. Alex. consi. 8. 4. li.*

b Concipiuntur. *Quę consuetudo in his sup. §. nunc dicendum. ver. 3. uer. 21. Hinc est, quod ea lingua scribetur, quā habet illius fori consuetudo facit ff. de testamen l. 1. in fi. & quod no. inf. § ult. in prin. quam si reus non intelligit, quærat aduocatum, uel interpretem, ff. de inst. si pupillus, §. præscribere, & uide supra de aduo. §. nunc de exordijs, in fi.*

c FORMA. *De his uarietatibus in prin. libelli iuris can. posuit Rof. sed hic plenius.*

d Titulum. *Id est, hanc dictionem Titulum, ut inf. dicam.*

e Presbytero Cardinali, &c. *Non aduertit decr. cum olim. de pri. post prin. & quod ibi scripsi post Host. s. spēciale in hoc presbytero Cardinale, quod per basilicam, non per titulum nominatur, eat concor. de sent. & re iu. ad apostolicæ an prin. dio. 6.*

a enim per titulum non scribuntur a. † Si verò fueris co-
4 ram alio episcopo, vel archiepiscopo, sic dices:
FORMA. Coram vobis venerabili patre, &c. vt sup.
5 de episcopo diximus Cardinali. † Quod si fueris coram auditore generali palatij domini Papæ, sic dices:
FORMA. Coram vobis venerabili viro magistro G. Durando canonico Beluacen. & Narbon. domini Papę capellano & subdiacono, ac palatii eiusdem domini causarum generali auditore. propono, &c. Et hęc, si audiat ex generali cõmissione, tanquã auditor gñalis,
6 † qui põt sine speciali commissione de causis appellationis totius mũdi cognoscere, nisi de causis episcopatuum, vel abbatiarum, & hmõi magnarum dignitatũ: & sic temporibus dominum Clementis Papæ IIII. & Greg. X. obseruauimus: licet quidam alii Rom. Ponti-
7 fices hoc postea duxerint immutandum. † Cardinales autem nullam causam audire possunt, nisi eis à domino Papa specialiter sit cõmissa, vel nisi iure proprio, puta rõne sui episcopatus, vel tituli ad eos spectet. Si vero auditori generali specialiter fuerit aliqua causa commissa, tunc dices sic:
FORMA. Coram, &c. vt sup. vsque, auditore, postea subiunge, partibus à domino Papa auditore conces-
8 so, propono, &c. † Cęterum si coram auditore alicuius Cardinalis fueris ita dices:
FORMA. Coram vobis discreto viro talis diui Cardinales capel. Si autem fueris coram iudice delegato, sic dices:
FORMA. Coram vobis domino tali à sanctissimo patre domino Clemente Papa IIII. iudice deputato in tali causa, quæ vertitur inter me & T. propono ego
9 talis, quod, &c. † Verum si fueris coram ordinario, sic dices.
FORMA. Coram vobis domino tali propono, &c. nec est tunc necesse aliquid de ipsius iurisdictione ex-
10 primi, quæ perpetua, firma, & notoria est. † Porro si vis agere contra pupillum, vel minorẽ, aut pupillus est minor septẽnio, & tunc ages cõ solum tutorem, si eum hẽt, alioquin petas sibi dari. Aut est maior septẽnio, minor tñ 14. annis, & tunc ages cõtra eũ auctoritate sui tuto
b ris b. Aut minor ipse est maior 14. annis, sed minor 25. annis, & tunc si hẽt curatorẽ, & ipse minor præsens est, ages cõtra ipsam minorẽ, & in eius psonã formabis libellũ, cũ curatoris tñ auctoritate. Sed si ipse abest, tũc cõcipe libellũ in personã ipsius curatoris. Si vero non hẽt curatorẽ, pete sibi dari, & dabitur ei ẽt inuito curator ad litẽ, qđ obtinet, ẽt si ipse minor agere velit. hęc oĩa legũtur C. de iure delib. potuit, & l. si infanti. ff. ad Treb. resti tutæ §. i. C. qui legi. person. l. 1. & no. C. qui petant tu. vel cu. l. ij. de tute. l. q hẽt. §. idẽ Cassius. ff. de admi. tut. l. 1. & §. de cur. §. vt aũt. ver. cæterũ. & ie. Nõ igit res exẽplis egeat, ea sufficiamus. Si igit velis agere cõ pupillũ, q est maior septennio, vel etiã cõt. minorem 25. annis absentẽ, sic cõ solũ tutorem, vel curatorem libellum cõcipies:
FORMA. Coram, &c. cõqueror de P. tutore talis pupilli, vel curatore talis minoris, a quo peto noĩe ipsius pupilli, vel minoris, &c. hoc probatur ext. de testa. Raynutius. Si autem vis agere contra pupillum maiorem septennio, vel etiam contra maiorem 25 annis præsentem, & curatorem habentem, sic libellum concipies:
FORMA. Coram, &c. conqueror de P. pupillo, & T. eius tutore, vel de P. minore, & T. eius curatore, à quibus peto centum, &c. Cęterum si tutor solus, vel curator vult agere minore absente, uel pupillo existente minor 7. annis, sic concipies:
FORMA. Corã, &c. cõqueror ego R. tutorio nomine talis pupilli mei, uel ego R. curator talis adulti de P. aquo peto noĩe ipsius pupilli, uel adulti centũ, quæ ip-
11 se dẽt dicto pupillo, uel adulto meo, &c. † Idẽ in furioso & mẽte capto, q nec p se, nec pro aliis agit, qa nõ sentit, ff. de adop. si tibi. §. verius, de cod. c. l. 2. nec uidet, qd agat, vt C. de fal. mo. l. 2. Si autem pupillus maior septẽnio, vel ẽt minor 25. an. velit agere, sic libellũ cõcipies:
FORMA. Corã, &c. ego talis pupillus, vel minor cũ actoritate talis tutoris vel curatoris cõqueror de P. a quo
12 peto 10. quæ ipse mihi ex tali causa dẽt. Verũ † si filius familias agere velit, cogit pater cõsentire sibi, licet nihil quærat patri, vt sup. de actore, ver. itẽ q est filius. & seq. Cõcipe libellũ, prout sup. in psona minoris, vel pupilli dictũ est. Cõtra monachũ autem cõcipe, vt infra de sta.
13 mo ad hoc. † Si petas aliquid à seruo, sic cõcipe:
FORMA. Corã, &c. cõqueror de P. Domino talis serui, a quo peto 10. p actionẽ de peculio, vel de in rẽ verso, vel quod iussu, quia cũ seruo eius cõtraxit emẽdo, vel quia illa 10. in rẽ eius versa sunt, vel quia iussit, intra de
14 sol. §. prænotandũ. ver. de pec. Si vero platus, uel syndicus, uel actor ecclesiæ res ecclesiæ petat, formabit libellũ nomine eccl. siæ, sicut & syndicus, uel actor uniuersitatis, ut C. de epi. & cle. Auth. sed hodie. & l. oẽs. extra de ord. cog. c. 2. de fid. inst. inter dilectos. de dilat. litteræ. ext. de resti. spo. olim. 3. de rescrip. edoceri. Prælatus enim est in ecclesia, & ecclesia in prælato, ut 7. q. 1. scire Cum. n. ipsi nullã habeant actionẽ utilẽ, uel directã suo nomine, rẽ ecclesiæ petere nõ possunt, ff. de rei uen. si in rẽ actio. §. 1. Insti. de rer. diui. §. nullus. 23. q. 7. qđ autẽ 12. q. 2. Vulteran. ext. de dona. c. 2. & 12. q. 1. c. si. & 2. quia qui non potest rem alienare, non potest rem in iudiciũ deducere. ff. de iure delib. aut prætor. Sic ergo concipe:
FORMA. Corã, &c. conqror ego syndicus, uel actor, uel prælatus talis ecclesiæ noĩe ipsius ecclesię de P. qui ipsam ecclesiã tali uinea, uel iure indebite spoliauit, uel quia inuste talẽ uineã detinet, uñ eã cum fructib. &c. peto nomine dictæ ecclesiæ mihi restitui, uel adiudicari. Et sic in cæteris libellis dicendũ erit, ut in præ. cõcor. Patet ergo, q procurator episcopi agit noĩe ecclesię, ut pbatur in præall. ca. inter. in prin. C. de epis. & cler. omnis, qui. §. hoc nihilominus. Item Papa dixit, quãdo canonicus agens pro præbenda sua diceret: Ego nomine
15 meo, ut sup. de actore, prope fi. uer. monachus. † Cõtra procuratorem autem libellum sic concipe:
FORMA. Coram, &c. ago contra P. seu cõtra quamlibet personam legitimã pro eo interuenientem: vel sic specialiter, ago cõtra Procuratorem talis procuratorio nomine, &c. ut in prędic. c. inter. in prin. Contra syndicum, uel œconomum, uel actorem sic:
FORMA. Coram, &c. ago cõtra P. syndicum talis ecclesię, uel uniuersitatis, nomine ipsius uniuersitatis: uel ago contra P. œconomũ talis ecclesiæ, nomine ipsius ecclesiæ, ut in præd. c. inter dilectos. & sic de aliis. Vsus tamen curię habet, ut utrunque ponatur hoc modo:
FORMA. Ago cõtra P. syndicum, œcõnomũ, actorẽ, seu procuratorẽ talis ecclesiæ. & hęc cõcordant iuri canonico, secundũ quod oẽs administratores procuratores.

ADDITIONES.

a Non scribuntur. *Secundũ prædicta intelligendum est, q dixit Host. de elec. corã q episcopi Cardinales sine tit. esse non possunt, hic intendit, quod ad titulũ episcopatus ordinatur, sñ, ut supra dictũ est nõ nominanẽ per titulũ, dicẽdo B. tituli. Host. Portuen. &c. presbyteri uero Cardinales dẽnominãtur a ti. ut ibi, & de sup. ne. prel. c. fi. & de cle. nõ resi c. 2. d. test. licet. 3. et sic ubi ĩ presbyteris nõ exprimitẽ hęc dictio Titul. ut in dec. dilectio. de preb. de ap. cõ. li tutus. supplẽta est, dicẽs hoc sic esset de stilo curię, q rescriptũ cõtra id cẽseretur falsum, p dec. q graui de cri. fal. Diaconi uero Cardinales nõ denominãtur p hãc dictionẽ Tituli, ut patet de arbitris c. P. de prescrip. ad audientiã de test. in integ. cũ ex literis. uer. idẽ quoq; de testa. Raynaldus. uer. dilectus. & uidet, quod esse possit sine ti. ut nostris tẽporib. fuit in dño Petro de Colũna, qui diu sine ti. se uocauit sanctę Ro. ecclesię Cardinalẽ, donec per eius uocationẽ recuperauit titulũ, quẽ ante depositionẽ habuerat, s. S. Angeli.*
b Tutoris. *Facit de iud. cap. ultimo, post prin. lib. 6. de dila. literæ. uide, quod ibi scripsi in prin*

tes vocant, 1.q.3. saluator. ext. de pcu. petitio. & c. quia
in cuntis. licet secūdum leges inter istos dn̄a habeatur.
quod dic. vt no. supra de his, qui alien. nom. in iudic. in
a teruen.a Posset & agere ꝯ ecclesiam. Nec obstat, ꝙ est
res inanimata, vt C. de episc. & cler. Auth. sed hodie. Itē
& procurator, syndicus, vel œconomus formabunt li-
s bellū, & agent noīe dominorum suorū, vt in præ. con-
6 cor. & sup. versi. si vero prælatus. † Quid si aliquis cauit
de defendendo ecclesiā in iudicio; eam defendit? Re-
b spon. dicit Vin.b ꝙ in eius personam formabitur libel-
lus, quia si non vult defendere, non cogitur, sed sufficit
stipulationem committi, ff. de procu. si defunctus. & in
eam datur actio iudicati, ff. eo. Plautius. Et no. ꝙ talis li
bellus admittitur, peto talē rem iure dominii, vel qua-
si, & hic sub distinctione. qd dic, vt inf. de causa possel. &
17 proprie. §. notandū. ver. aliæ sunt † Itē talis: peto hoc aut
illud sub alternatione, extra de test. Raynaldus. ff. de ac.
empt. & uen. Iulianus. §. si quis colludens. ext. de in in-
teg. rest. c. institutus. de priui. cum olim. 1. Arg. tamen
cōtra, ext. de lib. obl. c. 2. & 3. debet enim reus certus es-
se, an cedat, uel cōtendat, 3. q. 2. offeratur. ff. de edend. L.
1. Quidam tñ dicunt referre, an incertitudo sit ex parte
actoris, an ex parte rei, vt si ex parte actoris, non ualeat
libellus, nec recipiatur, si uero ex parte rei, sic, C. de fide
instr. contractus. Quod uerum est, nisi forte qñ aliquid
est sub alternatione promissum, quia tunc aliter libel-
lus formari non potest, nisi sub alternatione, ut Instit. de
act. §. hunc. inf. de plus pet. & nisi in casu præ. l. cōtractus.
18 † Item de pluribus rebus potest etiam in eodem libel
lo agi, & pro una petitorio, & pro altera possessorio, ut
ext. de eiect. querelam. in prin. de capel. mo. dilectus. ff.
de act. empt. & uend. non est nouum ff. fam. erci. heres
§. de pluribus. nec sunt contrariæ istæ petitiones, cum
ambæ competant contra possessorē. Sed & pro eadem
re pōt agi petitorio simul & possessorio, ut ext. de cau.
poss. & proprie. c. 2. & c. cum dilecti. Item talis libellus
admittitur, peto uenditionem nullam pronūciari, uel
per in integrum restitutionē rescindi, ut pbatur & no.
secundū Papā, ext. de in integ. rest. constitutus. & supra
19 de sent. §. nulla. ue. sed nunquid talis. † Sed nūquid ta-
lis libellus ualet, peto a te, temnen (?) les damnū, quod de
disti arboribus meis, & si fueris inficiatus, peto duplū?
Dicunt quidam, ꝙ non, nā ante inficiationē duplū non
est in obligatione, & iudicium de eo esse non pot prius
quam debeat, ff. de iud. non quemadmodū. in fi. & l. nō
pōt. ext. de re iud. aboate. ext. de eccl. ædific. ad audien-
tiam. Accur. contra ut no. C. locati. conductores. Vbicū
c que enim admittit alternatio lege, uel pacto c, potest
prædicto modo, uel simili libellus concipi: ut si dico,
peto à te, ut reddas mihi rem, quā uendidit tibi uel sup
pleas, quod deest iusto pretio, ualet talis libellus, C. de
rescin. uen. l. 2. & l. si uolūtate. in fi. & ext. de empt. & uē.
cum dilecti. & in Summa Domini in tit. de emp. & uen.
& § ad quid. versi. & no. Idem, ubi alternatio admittit
ex conuentione, ut Instit. de ac. §. plus. ff. de act. & obl. l.
obligationū. in fi. & supra uersi. item talis. & uide infra
de plus pet. uerum. Item talis secundum quosdam, pe-
to rem, uel æstimationem: alij cōtra. de hoc infra de so-
d lut. §. sequitur. uer. ad uberiorem. & seq. d † Item talis, iu
20 stitiam mihi fieri peto de damnis datis in prædiis ani-
malibus & aliis. Nec est necesse specificari omnia, in
quibus damnum datum est, ut ext. de ord. cog. c. 1. resp.
e 1. Papa tñ dicit e, hoc esse uerum, nisi dāna, tanquam
accessoria, petantur, ut ibi, ubi petebatur castrū cū dam
nis ibi datis, ff. de ui & ui ar. l. 1. §. si fundus. & §. fi. ext. de
rest. spolia. cum ad sedē. nec talis libellus ibi fuit admis
f sus, ut dicit f † Sed cum ex his, quæ in hoc libello ponū
21 tur, plures possint cōpetere actiones, puta actio l. Aq. si
damnum datū est in rebus ablatis, ut ff. ad l. Aqu. si ser-
uus seruum. §. 3. Item actio ui bonorum raptorum, &
furti, & interdictū Vnde ui, ut ff. de ui, & ui ar. l. 1. §. uti-
que. & ēt actio de vi publica, vel priuata, vt C. de vi pu-
blica, vel priuata, per totum, & aliter fiat condemnatio
in vna earum, quam in alia: nec tali libello possit per-
pendi, quomodo agatur propter illa generalia verba,
Iustitiam peto. quæritur, qualiter cōdemnatio fiet? Re
g spon. g fiet secundum illam actionem, quæ minorē re-
quirit condemnationem, arg. de reg. iur. semper. & l. fa
uorabiliores. & l. ea. de pœn. distin. 1. pœnæ. nisi ex aliqui-
bus coniecturis appareat, quid actor intendat, quia tūc
secundum hoc est sententia ferenda, vt ff. de iudi. si quis
intentione. Fatuus est tñ, qui talem libellum respicit,
nisi exprimatur actio, vel causa petendi, ex qua possit
agentis intentio perpēdi, vt sup. de act. seu peti. §. sequi-
tur, uers. notandum etiam, & seq. receptus tamen valet
vt C. de anna. excep. l. fi. Item ego talis ago contra P. qui
in meum præiudicium hoc facere nitit, ut sup. de actio
ne, seu peti. §. sequitur, in fi. Quid si minor petit fundū,
dicens illum ad se pertinere iure dominii, uel quasi,
& reus dixerit se præscripsisse, petit in integrum restitu
tionem, qua concessa petit restitui fundum, nunquid
ualet talis libellus? Videtur, ꝙ non, ff. de iudi. non quē-
h modum, Quidam h tñ dicunt cōtra, ff. de iureiu. nam
postea, §. si minor. ff. de admi. tu. si sine, §. 1. & uide inf.
de in integ. resti. in princ. Qualiter libelli concipiantur
in generalibus & uniuersalibus & spiritualibus actio-
nib. not. supra de act. seu peti. §. 2. uer. sed quæ est, & in
fra de iudic. §. 1. 2. & 3 Item talis, ago contra talem, qui
me spoliauit, uel ratam habuit spoliationem, uel man-
dauit, extra de resti. spol. cum ad sedem, ff. de ui & ui ar.
22 l. 1. §. deiecisse, & inf. de rest. spo. cum ad sedem. † Illud
autem certū est, quod hoc pater potest agere p se, uel p
procuratorem in rebus filio acquisitis, ut C. de bonis
mat. l. 1. quod dic, ut no. secundum Papam, extra de pro
cur. accedens. Sed in cuius personam cōcipiet talis pro
i curator libellum i? Et uidetur, quod in personam
patris

## ADDITIONES.

a Interuen. *Et de actore vn. uersi. ver. sed pone.*

b Dicit Vin. *De fide instr. inter dilectos, in pr. n. ver. sed nunquid, iste ver. fuit Alber. Gal. eod. ti. uers. sed pone, quod.*

c Alternatio lege, uel pacto. *vel ex testō, vt in decr. Raynald. de test. ver. demum, vbi de hoc in gl. sed nunquid. & vide, quod su. per ea dixi, vel pacto, uel ex testō, ut in dec. Raynaldus. de testa. uer. demum, ubi de hoc in gl. sed nūquid, & vide, qd super ea dixi.*

*ADDE, an procedat libellus alternatiuus, Pau. de Ca. con. 392. Alex. cons. 100. 4. lib. item adde Bal. in l. Gallus. §. etiā, in 1 col. in fi ff. de lib. & posth. & per Inn. in c. ex par. sup. de rescr. Bal. in dicto loco quærit, an procedat iste libellus, peto talem condemnari secundum ius, vel statutum, vide ibidem in 2. col. & ad primum adde do. Abb. in c. ex literis, ext. de pig. Item plene per eundem in c. constitutus, de in inte. resti. & in c. cum dilecti. de emp, & ue.*

*ADDITIO. Adde tu, quod alias est consiliū Alex. 327. inc. le ctis & pōderatis, in 2. uol. ubi late tradit, qñ libellus incertus, seu alternatiuus procedat Et adde eundem Alex. consi. 95. inc. uisis narratis, in 2. col. uer. pterea in 4. uol. & Bal. cons. 407. inc. in quæ stione, quæ vertitur. col. 3. uer. modo uidendum, in 1. uol. Et adde, qd quando quis petit sibi iustitiam ministrari, & ex narratione actio certa colligi non potest, petitio dicitur varia & incerta, ut concludūt In. Host. Io. An. Calder. & Io. de Im. ī c. 2. de ord. co. & dicit So. in cōs. 96. inc. cōsiderata. co. 2. in uer examinatis ī 3. uol. H. F.*

d Et seq. *Hæc remissio repetitur inf. § fi. ante mediū, uer. item not.*

e Dicit. *Vt ibi scripsi gl. dicebatur.*

f Vt dicit. *Solum. n. examinantur ibi declinatoria verum.*

g Respondeo. *Secundum Inn. & Host. ut scripsi in præ. decr. 2. in gl. cum de his.*

h Quidam. *Scilicet Al. Gal. cuius fuit iste ver. de li. conte. circa medium. ADDE, quod procedit libellus, si minor dicat sententiā nullam & si qua est, appellat, dummodo causam exprimat, alias secus secundum Old. consi. 107.*

i Libellum. *Datū a par. ante litis contestationē, alias non procede. ret qō, de qua tamen uide supra de pro. §. 2. uer. & no. & quod ibi*

patris propter verba prædictæ legis, vt ibi dicitur, atque omnia ita peragere, tanq̃ solidũ perfectumque ei inum ei fuerit acquisitũ, &c. & ar. C. de episc. & cle. oẽs. qui. §. hoc nihilominus. Auth. sed hodie. Ar. ꝙ nomine filij, a. g. eius, ꝙ dr̃ de tutore, ff de adm. tut. l. 1. §. sufficit. & ar. C. de epis. & cle. Auth. cã Vnde pót dic, ꝙ in personam vtriusq; ar. ff. de sol. qui homine. §. gener. & ff. sol. mat. l. 1. §. 1. & l. non solum. sicut alias dr̃. de patre & filia, ꝙ si pater vult repetere dotem, debet libellũ concipere in personam sui & filię, vt ff. de procur. non solũ §. de dote. vt ibi colligitur. Libellorum autem formas in sequentibus titulis supponemus.

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus qualiter porrigatur, & accipiatur.*
2 *Libellus aperte ineptus reuci potest.*
3 *Reus non debet libellum admittere prius quam actor cauerit.*
4 *Stultus statim spiritum suum profert. sapiens autem reseruat in corde suo.*
5 *Libellus inepte in criminali causa conceptus, an sit reijciendus.*
6 *Libellus non est ante citationem offerendus.*
7 *Actore libellum offerente, rei procurator qualiter prouidebit.*

a
1 13. §. Sequitur videre de libellis porrigendis & recipiẽdis a.† Sit igit cautus aduocatus actoris, vt uideat, an persona, cui libellus porrig t, sit legitima, ne uidelicet sit mino. sine tutore, vel curatore, cui dari nõ dẽt, Insti. de curat. §. inuiti. & de auctoritate tutoris, §. ad fi. vel an sit canonic' r̃fãris, vel monachus absq; sui prælati licentia, 21. q. 1. monachi ext. de iud. causam. Item videat, an tutor, vel curator sit sufficiẽs, vt ȷ̃. §. ad huius, ver. itẽ cautus. Aduocat' quoque rei sit cautus, ut recipiat libellũ cũ protestatione, s. ꝙ sibi saluum sit ius dicendi, tã ꝯ formam libelli q̃ ꝯ iudicem, & ꝯtra actorẽ, & ꝯtra rescriptũ, & alia, eX de dilat. c. fi. 3. q. 2. c. inducię. §. offerat. 2. q. 8. libellorũ, eX de re iu. inter monaster. ũ s̃. de li. obl. ver. quo facto. dic, vt alioquin ei noceb. t, ar. eX de con. cum olim 11. q. 2. Lotharius. in fi. Item non dẽt quis libellum coram nõ suo
2 iudice recipere, vt ȷ̃. nunc ostendemus, † Iudex autem si uiderit libellum aperte ineptum, cum potest reijcere C. vt nemo priuat. tit. præ lijs suis, vel alien. imp. l. fi. in fi. ff. de offi. alleg. l. 1. & cũ dentibus dilaniare, 11. q. 1. sacerdotibus. C. de sacrifi. pagan. sicut. vt finis litibus imponatur, & circuitus euitetur, eX de do. & cõtu. finẽ. Nec est hoc supp'ere de facto, sicut quidam dicunt: dicẽtes ꝙ non habet reijcere, sed in fine reum ab inepta actione absoluere, vt ext. de iudic. examinata. quod dic, vt su. de off. iud. §. deseruit. ver. ante l. tem. & ver. in fin. † Sit
3 etiam cautus reus, vt libellum nõ recipiat, nisi actor cauerit, prout habetur s̃. de satis. §. 1. Item recepto libello si videris eum ineptum, non sis eo ita præcurrens, ut sta
4 tim ꝯtra eũ excipias, imò recipere ad hoc terminum. † Stultus. n. statim spiritum suum profert, sapiẽs autem reseruat in corde suo, vnde uersus:

*Cum fueris sapiens, attende tempus & horam,*
*Non patitur stultus semper adesse moram.*

vnde iniquitas omnia præcipitat, de pœ. di. 1. inter hæc hir. Cassato autem libello inepto, poterit aptius forma
5 ri, eX de iud. examinata † Quid si in criminali causa ineptus libellus concipiatur? dic, ꝙ integre accusabit intra tps à lege statutum. ff. ad l. Iul. de adul. accu. ff. de accu. libellus. quę est 2. q. 8. Item recepto libello, data à iudice licentia, ipsum porta tecum, & diligenter pensa singula verba in eo posita, & si videris eum male cõceptum & cãm ineptam, actionemque incompetentẽ editam, puta quia ꝯtra mensorẽ agit locati, & similia, tũc ꝯtestetis litẽ sine aliqua obiectione, quia absolueris ab impetitione, ut ff. si mẽ. fal. mo. di. l. 1. eX de iu. examinata. & sic aduocatus actoris ꝯfusus recedet, ut fecit in i. la, ffan c b. c. pig. tac. ꝑh. l. pe. Hec uictoria tñ nõ multũ est fru
6 ctuosa, sm Vb. Vel. dic, ut ȷ̃. §. fi. uer. caut' ẽt sis, si res † Itẽ cñt qdã, ꝙ libell' nõ est offerẽdus, nisi prius qs fue
b rit citat', ut in Aut. offerat b. Ego dico, ꝙ licet reus casu uenerit corã iudice nulla citatione p̃missa, põt tñ ei offerri libellus, quia ubi te inuenero, ibi te iudicabo, ar. 2. q. 1. in primis. & C. ubi de crimine agi oportet, Aut. qua in prouincia dũ tñ ꝓcedat sibi libera ptãs ꝓponendi dilato
c rias, tã ꝯ forũ, q̃ alias, 3. q. 6. exceptio. qđ ẽt facit ĩ ꝯtrũ c, ext. de re iu. inter monasteriũ. & ibi deliberãdũ, ut ĩ p̃ Au.
7 offerat. Hoc ẽt nota, ꝙ si actor libellũ obtulerit, aduocat' rei duplicẽ hẽt uiã, unã ut recipiat libellũ sub p̃missa protestatione, uel si nõ uult recipere, ꝙ ꝓponat exceptiones dilatorias tã ꝯ iudicẽ, q̃ ꝯ actorẽ, uel rescriptũ. q̃ dic, ut s̃. de li. ob. q̃ iunge hic. Itẽ uide, si is q uenit ad libellum recipiendũ, est tutor, uel curator, uel defensor simp ex. qđ si est, exige offic. i ꝓbationem, inuẽtari. ꝓfectionem, & congruã satisdationem, ut ȷ̃. §. fi. Item reus recepto libello faciat diligẽtẽ collationẽ cũ libello originali, ut no. s̃ de lit. conte. §. nunc dicamus. uer. & no.

ADDITIONES.

a Recipiendis. *Assumit verba Io. de Deo li. 2. vl. eo. q̃ ampliat.*
*ADDE, quando libellus ratione incertitudinis possit dentibus laniari, Bal. con. 106. 2. li.*
*ADDE tu vlterius, & vere reperies, ꝙ vbi libellus est ineptus iudex debet eum dentibus laniari, vt est gl. in c. sacerdotibus, 11. q. 1. & no. per Abb. in c. 3. in 2. col. ex. de exce. & Card. in con. 29. in 2. col. uer. de nullitate. & idem dicens si notorie constat aliunde non cõpetere ius actori, & pro his, & alijs supra dictis uide Innoc. in c. 1. de offi. vic. & in c. non de li. ob. Ant. de Bu. in d. c. 1. & hæc omnia reperies, quia in fonte vidi, & nõ in repertorijs, vti mos est. Itẽ adde, ꝙ si libellus pro una parte est aptus & pro altera ineptus. procedi potest in parte apta, inepta remota, Hos. in c. ad dissoluendum, & ibi do. Abb. ext. de despon. impub. Item. Lap. alleg. 55. in 3. col.*
*ADDITIO. Adde tu Soci. cons. 146. incip. viso processu. in 1. vol. vbi in 3. col. ver. confirmantur prædicta ꝙ libellus potest esse pro parte aptus, & ꝓ parte ineptus in causę conclusione, & pars inepta aptã non uitiaret, & Bald. in l. si quis homicidij. de accus. vbi dicit, quod exceptio obstãs ad partẽ libelli non impedit, quin possit ad aliã partẽ libelli procedi, & quibus modis reddatur libellus ineptus, tradit Bal. in cons. 79. incip. casus talis est: in 1. vol. Henri. Ferran*

b Offeratur. *Pro his facit, quia in ius vocare est principium iudicij, Insti. de pœ. te. litig. §. omnium. facit de prob. quoniam contra. Item nec satis est aliquid factum, vel casu factum, ff. de con. ti. & demon. l. 2. Ad solutionẽ, quæ sequitur, facit, quod dixi su. de sent. prolat. §. ut autem. ver. & nota, secundum.*

c In contrarium. *Sed ibi initium litis sumitur pro contestatione facit de uer. sign. ex part. 2.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus qualiter impugnari possit.*
*Actore indeterminate petente, non valet libellus, nec si agatur criminaliter, ad talionem se non obligat.*
*Item si non contineat nomina iudicis, actoris, & rei.*
2 *Libellus coram iudice delegato oblatus, quo casu sit nullus.*
3 *Libellus, vbi ciuiliter de crimine agitur, debet cõtinere iniuriam locum, & membrum.*
4 *Libellus conditionalis quomodo admittatur.*
5 *Libellus obscurus non ualet.*
6 *Agens generaliter causa, vel actione non expressa, an possit libellum formare.*
7 *In rei vendicatione an sit necessaria specificatio.*
8 *Possidens an teneatur dicere causam possessionis.*
9 *Allegans causam possessionis, à qua succumbit, an aliam possit causam allegare.*
10 *Causa semper est in actione personali exprimenda.*
11 *Libellus in actione reali non valet, nisi res exprimatur.*
12 *Libellus, ꝑ quem reus nõ potest plene deliberare, an sit validus.*
13 *Petens rem simpliciter, intelligitur totã petere, petẽs vero partẽ*

*intelligitur me lietatem petere.*

14 *Petens aurum, argentum, vel alias species, debet pondus exprimere, alias non valet petitio.*

15 *Petens pannum, vel uestem, debet colorem exprimere.*

16 *Petens hominem, vel seruum, debet nomen exprimere.*

17 *Petens domum, debet locum situationis exprimere.*

18 *Petens domum, & res in ea existentes, debet res mobiles exprimere.*

19 *Petenti rem ignoranti speciem, qualiter sit succurrendum.*

20 *Canonicam portionem petẽs de relictis occasione sepulturæ, qualiter facere debeat libellum.*

21 *Libellus in actione personali conceptus, continere debet cām.*

22 *Libellus episcopi petentis simpliciter aliquod ius episcopale ab ecclesia, quam confitetur exemptam, an sit ualidus.*

23 *Libellus ante litis contestationem datus, an sit ualidus.*

14. §. Iuxta propositionis ordinem dicendum
restat de libellorum impugnatio-
1 ne.† Scias igitur, q̄ rei subtilis aduocatus potest libellū
multipliciter impugnare. Potest contra eum excipere,
si vnum defuerit ex omnib. quæ habes s̄. in §. quid con-
a tinere. Item non valet libellus,[a] si actor indeterminatè
petit, ext. de lib. obl. c. 2. & de dua. literæ, & de referen... li.
& inf. vers. item non valet, si generaliter. Item non va-
let, si agatur criminaliter, nec in eo se ad talionem obli
gat accusator, vt 2. q. 8. q. aliquis, & 4. q. 4. c. nullus inuo
b d u. §. si aliqñ.[b] Item si non continet nomen iudicis, acto
ris, rei, cont. alem, diem, mensem, locum, rem, personam
agentis, & cum qua, vel diem, qua dr̃ actum esse, vt in
2 præ. §. quid continere.† Item non valet libellus coram
iudice delegato oblatus, si concessio rescripti tempore con-
ci ipsum non pertinet, licet petitio pateretur, ff. ... di-
ligenter, ext. de rescriptis, cum dilecta, quod dic, in Pa
c pam, ut no. ext. de super literis.[c] Item non valet, si non
sit subscriptus, ext. de lib. ... c. 1. ... roborantam, subscri
ptam, vt in Auth. de exhib. & introd. reis, §. sancimus. Itē
non valet libellus, si continet plura crimina, nisi sint si-
gillatim singula specificata, vt sup. de acc. vers. item in
3 eodem. † Item non valet, si post confirmatam electio-
nem, agit quis per modum exceptionis, nisi se obliget
ad aliquam pœnam extraordinariam, extr. de accus. q. et
d h. s. Item si agatur de crimine ciuiliter,[d] debet poni in
libello mensura facta, & in quo loco, vel membro sit fa-
cta, vt iudex possit melius æstiam formare, vt Insti. de in
iur. §. atrox. de pœn. dis. aut facta. Item non valet, si con-
trarias continet actiones, quod dic, vt supra de actore,
vers. item proponens contrarias, & supra de actio. seu
pet. §. sequitur, ver. notandum etiam est.
4 † Item libellus conditionalis bene admittitur hoc
mō, peto rem, & si contradixeris, peto pœnam, vt probatur, & no. ext. de test. Ray. & alio etiam modo, vt no.
sup. de sent. §. iuxta, vers. sed nunquid, & sup. de lit. co
5 testa. §. nunc dicamus, ver. & scias. † Item si denuncia-
e tio appareat, sed tu eam negas,[e] libellus est necessarius
& si tūc in eo ponitur, quod te monuerint, ineptus est,
ext. de simo. licet Heli. & q. si peccauerit, ext. de iud. no
f nouit. extra de testi. in omni. secundum Ioan. de Deo[f].
Item non valet, si sit obscurus, in Aut. de test. imperfe.
Coll. 1. & ff. de cofess. certum. ff. de inter. act. de ætate. §.
quod autem ver. nihil interest. Nihil n. magis placet iudi
g ci, vel legi, quam claritas[g], ext. de test. cum clamor. &
de d. lat. literæ. ff. de reg. iur. in ambiguis. ff. de rei ven. si
6 in rem. ff. de fur. in act. respon. 1. §. 2. & §. plane. † Item
nota, quod si quis agit gñaliter, causa, vel actione no ex
pressa, dicens, peto rem mihi reddi, bene valet libel-
h lus, si non excipiatur[h]: & uidetur actor omne ius circa
rem petitam sibi competens in iudicium deduxisse, ff.
de excep. rei iu. si mater. §. eandem, ext. de causa pos. &
7 propri. cum ecclesia. † Quid si libello dicitur, peto ta-
lem fundum, quem dico ad me pertinere ex cā dotali-
tij, nec dicit, cuius dotalitij, utrum sui, uel alterius, nun-
quid iste libellus est declarandus? Non uidetur. nam in
rei uendicatione nō est necesse aliquid specificari, sed
sufficit dicere, qa est dñs, ff. de rei uen. in rē. q dic, ut
in Summa Do. mei, de li. obl. § quid debeat. sub §. patet
& uerē in hoc casu. Veruntñ in p̄senti casu contrariū ob
tinuit, quia uerbū Pertinere, late patet, ff. de uerb. sig.
8 uerbū illud Pertinere.† Sed nunquid[i] dēt cām exprime
i re pp q̄ dicit suū fundū? puta quia emi, qa donatus mi-
hi, vel in dotē assignatus. Quidā tñ dicūt, q sic, ff. de ex-
ce. rei iud. si mater. §. si aūt. & no. s̄. §. quid aūt libellus ꝯ
tinere. Cōtra credo, vt ea. l. §. eandē cām. in fi. & l. & an
eadē. §. actiones. Sufficit ergo libelū ꝯcipi, vt dicā j. de
cā pos. & propr. §. notādū igit̄, ver. aliæ sunt reales. Eo.
n. sola, q res vendicatur, ꝯstat de cā. nā rei vēdicationis
cā non est alia, nisi dñium, quod ei soli ꝯpetit, q est dñs
ff. de rei vē. l. in rem. ... 1. nec dñium haberi pt, nisi ex
vna ca. ff. de acq. pos. possideri. §. ex plurimis. eX de fin.
instr. inter. prope fi. Fatuus. n. esset reus petēs ab actore
cam ... simpliciter rei vendicationē proponat, nul
k la causa adiecta[k], & reus absoluit, postea non poterit
actionem aliquam intentare, per quam possit rē à reo
aduocare, quia, qualecunque, & vndecūque, & dñiū ha
buit, in iudicium deduxit, ff. de exce. rei iud. si mater. §.
eandem ... fi. ff. de iud. solemus. eX de cā pos. cū eccle-
9 sia. † Sed si cām expressisset, ex qua esset dñs, dicens pe
to talē rē rei uendicatione, quia dico me dñm ex causa
l donationis, succubuisset[l], adhuc posset ex alia cā vendi
care, vt in præd. l. si mater. §. si quis autem. & C. de pet.
10 hær. l. hæreditas materteræ. † In personali uero actio-
ne cā est exprimenda. Qñque tñ nō est necesse cām pe
tendi poni, sed sufficit generaliter peti, vt in actione tu
telæ, negotiorū gestorum, & similibus: vel ēt vniuersa-
liter, vt cum petit hæreditas restitui, vel diuidi, & simi
lib. actionib. q̄ p vniuersitate ꝯpetunt. Quid si cā apta,
sed actio inepta ppon t? de hoc sup. de act. seu pe. §. seq
tur. prope prin. & in fi. Itē non ualet libellus, si gñaliter
loqua-

ADDITIONES.

a Libellus. *Exceptione opposita, ut inf. ver. item no.*
§. si aliquando. *Hoc verum, ni si contraria esset consuetudo, vt infra § prox. in princ.*
c Super literis. *Vide quod scripsi de offi. dele. cum olim. 1. in glos. vnde iudices.*
d Ciuiliter. *Supple, Etiam, & patet hoc extra de proc. tua. in mere ciuili causa, secus vt scripsi de re iud. Abbate. li. 6. super gl. sed licet donatio.*
e Eam negas. *Istud Eam, nō fuit verbum Io. & impedit intellectū. si. n. apparet denunciatio, quomodo pōt negari? Sensus ergo Io. fuit, q si ego denuncio crimen tuum, & tu fateris, hic nō est libellus necessarius, si tu negas crimen, tunc. &c. & vide su. §. nūc dicendum. post prin. adhuc maior contrarietas.*
f Secundum Io. de Deo. *In suo ordine iud. lib. 3. de impugnatione libelli.*
g Claritas. *Textus est in pra. auth.*
h Si non excipiatur. *Probatur C. de an. excep. l. fi. & ibi no. in fi. 1. gl. & in l. si mater statim alleg. in §. denique. ad idem de re iud. abbate. in fi. li. 6. & idem Io. infra proxi. §. ver. pen.*

*ADDE, quomodo procedat libellus generalissimus, si per iudicem non reyciatur, Ang. consi. 25.*

i Sed nunquid. *Ab hinc vsq; ad fi. sumptum de Rof. resp. 21. & duabus seq.*

*ADDE, an causa sit exprimenda in libello, Alex. consi. 121. 1. vol. & Bal. consi. 181. li. Ad hoc idem Adde Lanf. in repe. ca. quoniam contra. §. petiones, in 1. col. ext. de prob. & do. Abb. in c. significantib. & co. c. fi. ext. de lib. obla.*

k Nulla causa adiecta. *In libello, nec in prosecutione causæ, super quo uide, quod post Innn. scripsi, de ord. cog. c. fi. magne gl.*
l Et succubuisset. *Et succumbere debet, etiam si probaret illam donationem factam, tamen post litem contestatam, de re iud. Abbate. li. 6. cuius contrarium esset causa non expressa, & hoc respectu vtile est reo causam exprimi, & actori non exprimi.*

loquatur, quia generalis obscuritatem parit. ff. de iu. fis. ita fidei. ff. de ver. sig. verbum. §. pertinere. ff. de rei vē. domum. ff. de censib. forma & s̄. de act. seu. petit. §. sequit. ver. illud quoq;[a]. Item non valet libellus, si per eū reus certificari nequit, quo iure actor agere velit, ff. de eden. l. 1. &. dict. quo iure. Item non valet, si agitur noīe ecclesię p pręlatū, vel syndicū, vel actorē, nisi noīe ecclesię formetur, vt s̄. §. iam nunc vid. ndū. ver. si vero p

11 latus. † Itē non valet in actione reali, nisi res exprimat, vt ext. de l. b. ob. c. 2. Non valet ēt, si fundus propriū nomen nō habet, nisi oculo ad oculū ostendatur, & ēt locus, vbi est, designetur, vel si nomē habeat, sed illud nō exprimitur, puta fundū Sempronianū, vel aliud, qd sit uice proprij noīs, & duo fundi proximi, ff. de censib. forme. ff. de rei ven. si in rē. ext. de lib. ob. c. 2. & s̄. de acto. ver. itē petenti. Et scias, φ si fundus Sempronianus est ecclesię Romanę, qui per multa mill a distenditur, positus in Tuscia inter ciuitatē Toscanellā, & Corneū & Montaltū & Camerinum & ciuitatē Castren. quæ loca, & alia, quæ illum excolunt, habent terras fertilissi-

12 mas, sed aerem pestilerē. † Idem debet designare, an totam rem vel partem, & si totam petet, & eius fines, vt in prę. l. si in rem. in prin. 10. q. 5. c. si quis. §. incerta. ext. de spon. de muliere. ff. de act. empt. Titius. §. fi. ff. de cōtrahen. emp. qd sępe §. fi. & l. cū seruo. §. fin. ff. de in. do. cau. §. gener. Debet etiā dici, an sit vinea, campus, vel parcū, C. de bon. pscri. si quis. vt patet exēpliū inf. de cā pos. & ppri. § dicendū. in 1. lib. alioquin nō posset reus plene deliberare, de rei ven. l. is, qui se. nec plene instrui, an velit credere, vel contendere, 3. q. 3. offeratur.

13 ff. de eden. l. 1. †. Petendo tn̄ rē simpliciter, intelligitur totā petere petēdo verò partē intelligitur de dimidia, ff. de inter. act. si defensor. §. qui interrogatus ff. de ver.

b sig. nomē filiarū §. portionis[b]. Quod dixi, tn̄ fallit in eo ... admittitur vendicatio incertę partis, puta si ... dicere, p qua parte petit ex aliqua iusta cā, licet ... ff. si pars hęr. l. 1. §. fi. ff. cō. di. & si non. §. 1. de

c rei ven. quæ de tota c. Et idē dicendū est de alijs, si iurat se ... nescire, ff. de fur. in act. Et hæc obtinent tā in reali quam in personali actione, vt in prę. l. si rem. Semper tamen oportet sic exprimi, φ aduersarius a quo modo ... nō plene sciat, qd petatur. sin. ... nesciret, non cogeretur respondere, vt s̄. 10. Quod ali ... expressio ... in libello necessaria, quæ in fūa non est necessaria ... de lib. obl. c. 2. & s̄ de fūa. §.

14 ... itē debet esse. † Itē nō valet, si aurū vel argentum, uel alia species petatur, & pōdus, uel materia nō ... uerbi gratia, materiæ infectæ pōdus debet ... puta decē marchis, uel unam planetam argenti ... marcharum, quas apud T. deposui, peto rei uen ... Si uero fuerit materia signata, debet dicere ... puta 20. soli. Tur. peto rei uēdicatione, uel P... Sed si nō sit signata, uendicari non potest, ... certum sit, quod illi denarii extent, q... ex quo patet depositum ... usus pecunię concessus. ff. depositi. l. ... sponsaliorū. § fi. Si autem fuerit facta, seu fabricata, debet dicere speciē, puta, scyphū, uel scutellam tanti ponderis, qui pro cyphus cælatus, uel simplex, purus, uel planus, uel eleuatus est peto rei uēdicatione, uel Publiciana. Et φ in libello debeant species, & cælatura, & huiōi poni, probatur in prę. l. si in rē. Quod pondus poni debeat, dicit lex ff. depo. l. 1. §. si qs

15 argentū, id hoc ff. de fur. in actio. † Sed & si uestis, uel pannus petitur, debet color exprimi sic, peto unam tunicam, uel pannum coloris de scarlato, uel de uiridi, rei uendicatione, uel Publiciana. Idē etiam est, si bos, uel

16 equus petitur, qa debet color pili exprimi. † Quid si hominē, seu seruum peterre uolo, debeo exprimere nomē eius, ætatem, & hoc, si sciuero, alioquin dicam sic, peto talē puerū, qui ex tali ancilla natus fuit, uel qui est in tali hęreditate relictus mihi, qui puer, adolescēs, uel senex est, & hoc peto rei uendicatione, uel Publiciana, hęc pbantur in prę. l. si in rem. §. fi. Talis enim demonstratio, loco proprij nominis est, ff. de cond. & demonst. nominatim. Nec nocet, si erret in nomine, dū tamen de corpore constet, ff. de rei uen. idē Pomponi-

17 us. §. cū in rem. C. de testa. si quis in nomine. † Si autē uolo petere domū, petam domum in tali loco sitā, & dicam confines, ut patet infra de causa pos. & propri. §. notandū igitur. uer. aliæ sunt reales. Cæterū si uolo petere

## ADDITIONES.

a §. sequitur. ver. illud quoq;. *Et vide sup. ver. itē nota, quod.*

b §. portionis. *De decimis. c. 2. § lib. 6.*

c Quæ de tota. *Est sciendum, quod per has leges Mar. de Fa. in quæst. sua, quæ incipit, notauit aliquan lo do. Io. de qua Accur. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribut. in prin. gl. & ver. Io. et tā quando; scilicet. quod probabiliter ignorans, quę a lio sibi competat, potest plures actiones contrarias proponere. primo enim allegat ratione incertitudinis licere, quod alias non liceret, inducit tres leges hic allegatas, & quartam, quę sequitur, & l. si in rem. sup. & inf. alle. & § si quis argentum inf. alle. & ff. de act. exep. Iulianus. §. si quis colliu leute. de leg. 1. l. seruo legato. §. fina. ff. ad exhib. l. 3. § si quis. quod met. causa, si cū excep. §. in hac. de his, qui deiec. vel eff. ad. l. 1. cum l sequen. te cō lict. in leb. l. sufficit, de dolo. l. & eleganter. §. non solum. de appellat. l. scio. in fin. Ad dictum eius allega. text. ff. quorum lega. l. prima. §. quod autem. Dicit, quod resistere re. pon lent illud speciale, quæ responsio non ualet, cum ipsa lex post speciem ponat genus, ibi quemadmodū, & c. dicunt. secundo illud procedere cum incertitudo procedit ex culpa rei. Mar. dicit hoc falsum. quia hoc ipso, φ reus non respondet, fictio ne legis habetur pro possessore, & conuenitur petitione hæreditatis ff. de pet hære. qui interrogatus. cum l. sequen. Et si dicatur, licet actor possit petitionem hæreditatis proponere, tamen propter contumaciam rei, qui non respondebat, nec actor elegit actionem, respondet, φ lex illa hoc non innuit contrarium, sed licet, quia non respondet. ideo conuenitur, vt sup item tacens habetur pro confesso, ff. de procu. non solum, & respon. de interrga. ac. de ętate. §. nihil. Sufficit igitur illa pęna, nec est alia imponenda, ff. nau. cau. stab. l. licet. §. fin. Concludit ergo cum Ioan. & cum filius §. quod autem. φ probabiliter ignorans, quę a lio sibi competat, poterit plures cum protestatione proponere. Non obstat, secundum Mar. l. fi. C. de codicillis, quia ibi erat probabilis ignorantia, cum ex eadem scriptura, vel scripta schedula velit diuersimode agere, & sic non fuit audiendus, ff. de transac. non est ferendus. Non obstat C. de furt. l. 1. quia illa in contrarijs loquitur, quæ simul non proponuntur, C. de mu. patri. l. professio. lib 10. Non obstat §. eligere. in prin. allegatus, qui tributoria & actio de peculio aliquid contrarietatis habent, ut patet ff. de tribu. l. 1. in prin. Nec obstat ff. de lega. 2. cum filius. §. varus. quia ibi certissima est actio, quæ legatario competit, si quam habet, scilicet ex testamento contra hæredem, contra extraneum in rem. Partem ex una, & partem ex altera non petit. ratio ibi not. l. nemo ex his. §. 2. ff. de reg. iur quæ loquitur, quando certum est plures actiones competere, tunc actor debet unum expedire. Item quando incertus plures cum protestatione proponit, una sola in effectu videtur posita. Si dicatur, quod debet actor reum facere certum, est uerum, quantum potest, vt est dictum. Vltimo pro opi. Io adc. ff. quando act. de pecul. est ann. l. 1. fi. subdens, quod naturalis ratio suadet melius in uno iudicio totum deduci, & causam expediri, quam de una re facere lites plures, quod abhorrent, C. de fru. & lit. expen. terminato. & de iudi. l. nulli. facit, quod dixi. sup. de interro. act. §. 1. super ver. sed nunquid prius. & vide, quod ibi sequitur. Idem dicendum de alijs, si iuret, & c. hoc facit pro forma libelli, quia dicit actor, peto fundum situm in tali loco, cuius confines non exprimo, quia ignoro, vel nunc scire non possum, sed offero me declaraturum in processu iudicij, & fertur Mar. prædictam tenuisse, ex iusta causa talem libellum admittendum, ex quo tūc certificari non potest. facit lex Lucius hæres. ff. de act. emp. Satis est ergo constare de re aliqua ex modis, de quib. in l. certum. ff. si cer. pe. l. et cōfines tūc habeā, ex quo offeruntur uari in causę processu facit prę. l. l fi. in rem. ibi, licet si nomen. ad idē l. 3. eo. tit. in fi. ff. de leg. 3. l. patronus. §. 2. C. de fideicom. lib. l. liberti. ibi procedente tēpo. Ego admitterē libellū ex ista sola causa, φ tunc actor cer-*

*certificari non posſit, niſi etiam periculum tardando immineret actoris: his duobus adiunctis admitterem, ſi ſine confinibus de fundo conſtaret. facit ex. de pœnis, c. pe. & quod no. de ele. c. vlt. libro 6. qui ergo certificatiõ ſe offert prius id faciat, quã libellũ det, & præmittendũ poſtponat textũ, de reſc. cũ dilecta. 2. vbi ſcripſi ſuper 1. glo.*

tere quantitatem, ipſam debeo in libello deſignare, vt
in Auth. Col 8. de litig. §. ad excludendas. C. de epiſ. &
cler. auth. generaliter. Concipe libellum, vt inf. de ob.
18 & ſol. § ſequitur, ver. & eſt & tertia. † Quid ſi peto do
mum & res exiſtentes in domo, nunquid debeo enu-
merare res mobiles? Videtur, quod ſic, ff. de rei vẽ. ſi in rẽ.
Alii dicunt, in iuriurando ſuccurri, ff. depoſiti, l. 1. ff. de
a fur. in act. Sed primum verius. a Item non valet libellus
ſi res mẽſurabilis petitur, niſi qualitas & numerus mẽ
ſuraũ exprimatur, hæc probantur in præ. l. ſi in rem
& ff. de pet. hær. l. 1.

Quòd ſi actor non ſpecificet, ſed incertum petat, ab
ſoluatur reus, ff. de act. & obl. Arrianus, ext. de prob. ex
19 liter. s. † Quid ſi in præmiſſis dubitarum? Reſp. ſuccurri
tur ei in hoc, vt libellus recipiatur, ſi iuret ſe neſcire co
lorem, vel pondus, vt in præ. l. l. in actio. §. 1. & in præd.
§ ſi quis argentum, & no. ſecundum Papam, ext. de ſe-
pul. certificari. Sed in quo proderit hoc iuſtũ, cum iu-
dex debeat certam ferre ſniam, vt 11. q. 1. graue. & In-
ſti. de act. §. curare? Reſp. in hoc, vt reus litem conteſte
tur, ad quod alias non teneretur, quia ſine libello non
cogitur reſpondere, ext. de app. ſignificant. b. 2. q. 3. induciæ,
§. offeratur, ext. de lib. obl. c. 1. G in proceſſu poterit de-
clarare, ſeu exprimere, & probare certũ põdus, vel co-
lorẽ. Quid ni valeret ſnia, ſi diceret, reſtitue illi vnũ ſcy
phũ argenteũ, niſi diceret, de pondere, vel ſi diceret, re
ſtitue vna tunicam, niſi diceret de colore? Quidam tñ. ñc
non admitti libellũ, ẽt ſi velit iurare ſe neſcire colorẽ,
vel põdus, niſi illud exprimatur. Nec obſtat præ. § ſi qs
argentum, quia ibi, quod ibi non dubitatur de pondere,
d ſed ponderis æſtimatione. b. † Quid ſi petitur canonica
30 portio de relictis occaſione ſepulturæ, nunquid debet
in libello exprimi, an petitur portio canonica, an con-
ſuetudinaria, & an debent exprimi nomina ſepultorũ? &
an hæc petitio eſt generalis, an ſpecialis, dico in his tas
eſſe habere canonicã portionem de relictis à parochia
c nis meis: vel habere decimas, vel iuriſdõnem in tali lo-
31 co? de hoc, ſm Papam, ex. de ſepultur. certificari. c † Itẽ
in perſonali exprimi debet cã in libello, vt ff. de excep.
rei iud. & in eadẽ §. actiones, alias non cogitur reus reſ
pondere, vel recipere libellũ. Si tamen ſponte reſpon-
deat, valet, C. de anna. excep. l. fi. & dẽt cauſa eſſe iuſta,
vt puta peto 10. quæ mutuaui: & ſi reus dicit, exprime, quod
ſint conuerſa in vtilitatem eccleſiæ, vel quod contractus
fuerit legitime factus, uel quod nõ eſt facta ſolutio, & hu-
iuſmodi, non cogitur exprimere, quia hoc nõ ſunt de na
tura actionis, ſed poſt litem conteſtatã veniunt in proba-
32 tionib. C. de prob. exceptiones. † Si ãt epũs petit ſimpli
citer aliqd ius epãle ab eccleſia, quæ contendit exẽptam,
non ualet libellus, niſi adiecta cã aliqua, puta pſcriptio
ne, vel alia. Sed ſi dicit, peto ius epãle, quia eccleſia eſt
in diœceſi mea ſita, bene ualet, hæc no. Papa ext. de li-
d be. obl. c. fi. d † Item non ualet libellus, ſi non dẽt ante
33 litem conteſtatam, quia ſine eo non fit litis conteſta-
tio, 2. q. 3. induciæ, § offeratur. ex. de lib. ob. ca. 1. niſi fortè
in cã reconuentionis, ut ſup. de recõu. §. ſequit, ſed tũc
in ipſa inſtantia recõuẽtionis dẽt ante litẽ cõteſtatam
porrigi. Quod ſi fortè in aliquo pmiſſorũ, & ſimilium
peccatum ſit, non reſpõ libello, donec corrigat, C. de
edẽ. edita. 2. q 8. pręſe. §. libellorũ, ex. de iud. examinata.

ADDITIONES.

a Verius. *Secundum Alb. Gal. qui hoc no. ſu. de lit. conteſta. vltra medium.*

b Aeſtimatione. *Hoc multum plenè proſequitur Roſ. ti. 23. ſ. de actione ſpeciali. ver. ſed licet dixerim.*

c Certificari. *Vbi ſatis ſcripſi in 6. 7. & 9. queſt.*

d c. fina. *Vt ibi ſcripſi poſt eum, & Hoſt. ſuper gl. 2.*

SVMMARIVM.

De cautelis circa libellum adhibendis.

1 *Libellus debet ſecundum regionem, intra quam actor degit, com poni.*
2 *Cauſæ vis quaſi tota dicitur eſſe in libello.*
3 *Actor libellum conficiens qualiter debeat eſſe cautus.*
4 *Actor non debet alteri cedere actionem, niſi ei, qui conuenitur.*
5 *Actor conſpiciens libellum eſſe bene compoſitum, debet eum facere redigi inter acta.*
6 *Libello actoris, vel eius aduocati facto, peraito, an eorũ dicto ſtã dum erit.*
7 *Actor petens aliquam rem, debet in libello ſe dominum illius rei nominare.*
8 *Ad factum agi quando dicatur.*
9 *Communis uſus loquendi in libello quis ſit.*
10 *Cauſa, vel res, de qua petitur, non expreſſa, non eſt libello reſpondendum.*
11 *Plures an poſſint in vno libello accuſari.*
12 *Plures ſi habeas debitores in vno chirographo obligatos, dari debet cuilibet eorum vnus libellus.*
13 *Pluribus reis debendi exiſtentibus, daudus eſt cuilibet eorum libellus.*
14 *Agens officio iudicis, non debet contra partem proponere.*
15 *In libello bonum eſt proteſtationes fieri generales.*
16 *Aduocatus tria debet circa libellos concipiendos obſeruare.*
17 *Probare, & ad onera probandi venire, graue eſt.*

1 §. Ad huius tituli conſummationẽ dicen-
dũ reſtat de cautelis circa li
bellorũ confectionẽ adhibendis. † Actor ſ ergo aduoca-
tus cautus dẽt eſſe, & ſm regionis morem, in qua de-
git, libellos componat, vt in præ. §. ã nunc dicendum. Sequi
enim debet illorũ mores, inter quos viuis, iuxta illud:

*Cum fueris Romanæ, Romano viuito more:*
*Cum fueris alibi, uiuito ſicut ibi:*

vt 3. diſt. quæ contra. 12. diſt. illa. 41. diſt. quiſquis. Vnde
ſi non eſt de conſuetudine patriæ, vt in Italia inter laic
os, nõ inſcribat in libello, quod accuſator ſe obliget ſubi
re pœnã, C. de fide inſtr. l. 2. & de accuſ. l. fi. de qua cõſue
2 tudine dixi ſup. de accuſatore, ver. itẽ quod non rectè † Itẽ
nisi valde ſit ſufficiẽs, ſemp in conpiẽdo libellũ, in quo
eſt quaſi tota vis cauſæ, deliberet cũ peritis, ne ex for-
ma libelli circumueniat, ff. de rei ven. idẽ Põponius. §.
pe. in fi. Nam quiſq; qui petit, moneat. & alter eſt, q nunc
petit, vt C. de reb. cred. l. pe. nec erubeſcat, nec de ſcia
confidat, C. de poſtu. prouidendũ, C. lib. 12. de re mil. le
em. ext. de con ſi. ne mutaris 22. diſ. de Cõſtantinnopoli
tanæ. 24. q. 3. ſi habes. 20. diſt. c. fi. 84. diſt. c. 1. & vide ſup.
de aduocatis, §. nũc tractemus. ver. habito. & §. vtriuſq;
3 ver. ſic ẽt cautus a. † Itẽ ſm quoſdã poni pt tẽpus obla-
tionis in libello actoris ad interrumpendã præſcriptio
nẽ, C. de pſcrip. 30. vel 40. an ſi qs. & ar. in pręauth. offe
rat. & C. de litig. auth. litigioſa. Sed dic, vt ſ. § qd ſi b con.
deb. † Itẽ cautus dẽt eſſe, q nõ dẽt alteri cedere actio-
4 nẽ, niſi ei, q conuenitur, vñ uideat, ſi is, q porrigat, ſiue ſit
tutor, vl curator, vel ſyndicus, vel minor, ſit pſona legiti
ma & ſufficiẽs. & primo illa pſona pbet officiũ, ſeu ptã-
tẽ redi, vel defendẽdi, C. in qb. cauſis nõ eſt neceſſaria
in int. reſt. ſi tutor, C. de ſatiſ. l. vnica, C. de adm. tut. l. fi.
§. aliena. C. de excuſ. tut. ſi tutor. ex. de pcu. c. j. ext de of.
dele. corã. in prin. & ſup. §. ſequit. Itẽ ẽt ſit cautus actor,
vt potius ſine libello, quam cu eo pcedat. dic, vt ſ. de aduo.
5 §. ſequit. ver. ſtudeat. † Itẽ ſit cautus, vt ſi conſidit, quod libel-
lus ſit bene cõpoſitus, eũ faciat redigi inter acta, ex. de p
bat. qm. ne deinceps reus poſſit eum dicere immuta-
tum, ſicut quandoque vidi, & vt hoc perpetuam habe
at firmitatem, C. de re iu. geſt. . Sed ſi dubitas tu actor
de libello tuo, non cures, quod ſcribatur ĩ actis, quia

forte

ADDITIO.

Cautus. *Et vide, quod ibi dixi.*

forte si perderet & constaret eum datũ fuisse, super eius forma stabitur dicto suo fortè, vel poterit cũ eo iterum opponere eius probatione visa, & secũdũ quosdam, licet in hoc timenda sit l. ff. de rei ven. idẽ Pōponius. in fi. sed ibi mortuus erat, qui petierat. & ad hęc ff. de rebus creditis, l. pe. in prin. Imò certè non tibi ex hoc applaudas
6 † Nã si tua, vel tui aduocati malitia, vel facto perditur libellus, non stabitur dicto tuo, vel interpretation., C. de reb. cre. l. fi. C. depositi, l. fi. in fi. imò potius rei arg. C. de prob. l. si de possessione. & de testib. testiũ. Ergo ad officiũ iudicis spectat diligẽter inquirere, cuius culpa sit perditus.
7 † Itẽ cautus sit actor, vt se nominet in libello ãnm rei, de qua agit, puta canonicũ, vel rectorẽ talis ecclesiæ de qua agit: sæpe namq; prodesse pōt nominatio talis, 9 t. distin. cũs in prin. 11. q. 3. sacerdotib. ver. qd igitur. 33. q. 2. admonere in princ. C. de latina liber. tol. l. 1. §. similiq; 32. q. 4. dicat. cũ suis concor. 68. dist. corepi. 18. dist. quæ ipsis. Ideoq; in Romana curia aduersario cõdicente, actores faciũt libellos corrigi, vt dicatur, qui se dicit, vel asseriit canonicũ, vel rectorẽ: sed & impetrantes in audiẽtia postulant cautionẽ, vt per nominationẽ hmõi non fiat præiudicium ei, q se hmõi impetrationi opponit, Arg. cõ. q sola nominatio nõ obsit, vel psit, 2. q. 1. multi. ppe fi. & c. fi. C. de pb. nõ epistolis. & l. ii, 95 dist. ecce, ego. 40. dist.
a multo. & in proœmio Digestorũ, §. discipuli. in fi.[a] † Hoc
8 aũt notandum est, q in nulla actione reali dẽt quis dicere peto mihi rem restitui, sed tñ dẽt dicere, peto mẽ
b ipsam, vel ipsam hrẽditatem b. Si. n. dicit, Peto rẽ mihi restitui, iam agitur ad factũ, cum tñ nulla realis cõtineat factum, imò agit cõ cũ, qui nullo iure sibi obligatus est, Insti. de act. §. 1. & 2. & §. appellamus. Tunc aũt ad factũ agit, qñ aliquid fieri est in obligatione, ff. de re iud. si qs ab alio. Restitutio aũt fit in realibus, nomine actionis, sed officio iudicis, ff. de rei vend. officiũ. & l. qui restituere. qd officiũ seruit actioni, C. depositi, si deposita. Veruntamen vsus quotidianus se hẽt in cõtrarium, qa in realibus petitur restitutio, qa possessio subiicit aduersariũ actioni in rem, C. de alie. iu. dic. mut. cã fac. l. vnica, C. vbi
c in rem act. l. 1. vbi de hoc tangit c. Et no. q. qñq; mihi restituitur, q nunqua v habui, sicut & alias dicit quis mihi reddere, quod nunquam habui, sed de nouo datur, vt ff. de ver. sig. verborũ Reddẽdi. & ff. de leg. 2. cũ quidã
d Propriè tñ dr̃ quis mihi restituere, qd aliqñ habui[d]. † Itẽ
9 no. q de cõsuetudine dr̃ in libello, peto. rem, vel eius estimationem, quã facio centũ marchas: & probat de sacr. san. ecc. sãcimus. uer. fin aũt j. de sol. §. sequit. uer. ac hu
10 iusmodi. & seq. † Cautus ẽt sis, ut si res, uel cã, ut pdictũ est, non declaretur in libello, excipias, nõ teneor rñdere, qa res, vel cã, ex qua pet t, non exprimitur. & si iudex hanc exceptionẽ nõ admittat, poteris appellare, ut ext.
e de lib. ob. c. fi.[e] Si uero admittat, ut tenetur, pronũciabit te non debere rñdere, & te absoluet, ar. C. de eden. edita. ext. de iu. examinata. & dixi s. §. sequitur uidere. uer. itẽ recepto. & expendit sic fieri, qa nouas obtinebis inducias ad deliberandũ sumptus, ut s. §. nũc uidendum. uer. sed & si aduer. Non aũt petas libellũ declarari, quia iã instrueres aduersarium, nec pmissa obtineres, nec ad hoc pōt te iudex compellere, ut in præ. c. de lib. obl. nec multi iudices hoc aduertũt, q nõ pdicto mõ pnunciãt, sed statim libellũ declarari pcipiũt. Quidã uero aduocati nõ sic petunt, sed uidentes libellũ ineptũ, cõfestim litẽ cõtestant, ne post ualeat mutari, uel emendari, ff. de iudi. non pōt. in præ. §. ut sic post absoluat pp libellũ ineptũ, ut in prę. uer. recepto. uel obscurum, ut s. §. prox. uersic.
f itẽ non ualet, si sit. Sed hoc mihi non placet[f], ut C. de anna. excep. l. fi. quia poterit res, uel cã in pcessu iudicis declarari, ut arg. ext. de re iudi. abbate sanè. & de app. cõ
11 stitutis in presentia nostra decano. † Sed pone: T. agit rei uendicatione cõ. quatuor, dicens eos possidere hrẽditatẽ sibi debitã, & cõ eos offert unum libellũ, petens eos cõdemnari ad restitutionem ipsius hrẽditatis. nam & plures in vno libello possunt accusari, C. de accu. reos. & l. eos. ex de ord. cog. c. 2. & de lib. ob. c. 2. ff. fa. ercisc. heredes, §. de plurib. Quilibet vero eorũ excipit & dicit, volo habere libellũ per me, nolo esse in hac cõione, ff. de cõd. inde. si nõ sortem, §. si centũ, ff. pro socio, l. uect. § societatis, habeo. n. aduocatum, vel procuratorem, solus p nihilo, quẽ nõ haberem simul cũ alijs, 12. q. 2. qui manumittitur, & qa naturale vitium est negligere, qd cõiter fit & possidet, vt C. qñ & quib. quarta pars deb. ex bon. decu. l. 2. lib. 10. & ad hoc facit 3. q. 3. induciæ. §. offerat & præterea ego vnã solam rem ex his possideo. alter quinque, vel sex. Credo, q si pro indiuiso possidẽt dicta bona, nõ cogitur dare plures libellos, arg. ff. iud. sol. iam tñ. ff. de exer. act. ne in plures, ff. de ædil. edi. q si noit. § sed si plures, ff. fam. ercis. l. si familiæ erciscũdæ, ff. de preca. licet, in fi. Si vero prò diuiso vnumquemq; per se cõuenit, ẽt dabit cuilibet libellus, arg. ff. si pars hæ. pet. l. 1. in prin & sic visus est sentire Dñs clomẽs Papa IIII. lucer-
12 na iuris, & arg. ad hãc qõnem j. ver. prox. † Eadẽ quoq; qõ fit de illo, q habebat tres, vel plures debitores in eodẽ chirographo obligatos, & vr̃ cuilibet eorum unum esse dãdum libellũ, arg. ff. de no. ope. nun. de pupillo. §. si in pluribus, & ff. de pe. si quis cũ procuratorio, §. vnus litis, & tot sunt petitiones, quot articuli, ut s. de expen. §. nũc uidẽdum, ver. fi. Arg. cõ. q sufficiat omnibus unũ offerre. ff. de trãsa. cũ hi §. in cã, ff. de exer. act. l. 1. in prin. & l. seq. & in prę. §. si plures, dic, ut s. §. prox. & j. uer. px. Et de pluribus rebus agi pōt in uno libello, ut s. de recõ
13 uen. nunc dicamus, in fi. † Eadẽ ẽt quæstio in plurib. reis debendi, & ur̃ cuilibet eorũ dandus libellus, C. cõi diui. ad offĩn. ibi aduersus singulos. & c. ff. de so. in duo.
g ar. uero, q oibus simul, i prę. l. ã th. § prę. cũ suis cõ or. g
h Dicũt qdã, cuilibet dãdũ, p prę l. Al j cõ. & uerius, h arg. in Au. h. Col. 8. de duob. reis, §. sin aũt uidẽ, ubi dicit cõiter examinati, &c. Quilibet tñ pōt uti suis defensioni-
i bus.[i] Sis ẽt cautus, sm quosdam, q ubicunque iudicis
14 officium propones loco principalis actionis, nõ dicas, ago

## ADDITIONES.

a In fin. §. *& est expressum in cle. de senten. excõ. si sumus, 2. respõ.*

b Hæreditatem *Vltra rõnem, qua sequitur, dixi aliam impressatam supra de act. vel pet. §. 2. vltra prin. super versi sed quam uocas. ad fin.*

c Tangitur. *Roff. rubr. direct. hære. pe. posuit hunc versicu. dicens. Azo. hæc verba posuisse super præd. l. 1. Si uis de materia satiari vide in præ l. vnica, de ali. mu. & c. C y. in 5. q. vbi plene prosequitur materiam 1. glo. an rei uend. supponat aduersariũ obligatum.*

d Habui *Vide, quod dixi de regular. Ioannes. in ult. glo.*

e c. fin. *Vbi hoc not. Pet. & Abb. ut ibi scripsi.*

f Non placet. *Nec prędictis Pet. et Abb. ubi supra.*

g Cum suis concor. *Allegat Dy. C si plures vna sentẽtia, in rub. & si reus, vel accus. mer. fu. l. 1. ff. de re iud. Paulus, de app. si qui separatim, §. quot. de adul. qui pupillam, §. fi. et l. vim passam. §. incesti.*

h Et verius. *Secundum Alber. Gal cuius fuit iste versi. de duobus reis debendi dicit ẽt ibi, præcedentẽ opin. fuisse Roff. ADDE, q vno libello plures possint conueniri. Ang. consil. 29. & Ro. pulchre consi. 243. & ibi etiam, quod plures creditores possunt uno libello unum debitorem conuenire.*

i Defensionibus. *Et ibi. s. n prę §. tenet idem Iaco. de Bel. in 6. q. textuali, & eadẽ uerba habentur in Auth. inde sumpta, C. de duobus reis, hoc ita. ubi idem Cyn. n 9. q. turbatus de hoc, qonem hec fuisse disputatã, et est uerum, quod Lamb. de Ramp. disputauit ẽt, & incipit qo, quidã nunciauit, & idem tenuit, siue plures rei debendi sunt in solidũ obligati, siue no, & siue ex iure ueteri, siue ex beneficio diui Adria. uel alias gaudeãt beneficio diuidẽdarũ actionum, ut ff. de tuto. & rat. dist l. 1. §. nũc tractemus hoc dicit ad instar cae criminalis, per præp. Auth. hoc ita. Et ne mutilus uideatur eius qõ, scias eũ ibi tenuisse in pluribus reis stipulandi, quod reus debet esse contentus vno libello noĩe omniũ, et idem de pluribus*

reis,

*reis, quod uno libello noie plurium creditorum debeant esse contenti, subdens, quod forte ex parte plurium creditorum non diuiditur petitio, hoc enim nec in rubro dicitur, nec in text. nec hoc in reo pcederet. nā & si uni solueret, est ab oibus liberatus. ff. de duo. reis, l. 2. Insti. eo. ti. §. pen. ad p̄dicta faciat quæstio Nicolai de quatuor libellis duorū oblatorum per duos, quam posui de penis.*

ago ꝯ te, sed dicas, propono vobis dñe iudex, &c. Cum enim officium iudicis nō sit actio, vt ff. de minoribus, quod sit minor. § fina. non debes contra partem proponere, sed solum ipsi iudici, qui non habet facere, nisi ꝙ interponat officium suum. Cum vero intentas actiones, tunc dicas, ago ꝯ talem, vel conqueror de tali, quia tunc agis iure tuo. nam actio est ius prosequendi in iudicio, quod nobis debetur. Sed ego nō curo, siue dicat, ago contra te, siue dicat, coram uobis, &c. Sufficit. n. factum proponere, & officiū iudicis implorare, quia nomen actionis generalissimum etiam iudicis officium
15 ꝯtinet, ff. de ac. & obl. actionis verbo. † Item consueuerūt fieri quædam protestationes generales in libello ad cautelam, vt illa, saluo iure addendi, vel minuendi, & declarandi, ab alio quolibet iuris beneficio: vt supra §. nunc ostendimus, in prin. & in fi. & illa, protestor, quod me non astrigendo ad omnia & singula in libello cōtēta probanda, sed ad ea solum, quæ sufficiant ad victoriā causæ meæ: sup. de excep. §. viso. ver. porro. & illa protestor de expensis faciēdis, vt patet in his, quæ not. ext. de dolo & contu. finem, & illa, ita respondeo, non tñ animo contestandi litem, de qua not. ext. de app. sollicitu-
a dinem. a & illa, saluo in omnibus iure meo, 9. q. 3. saluo, ext. de sup. neg. præ. at. licet, & illa, saluis omnibus exce.
16 & c. de qua sup. de lib. ob. ver. quo facto. † Et in summa circa libellos ꝯcipiendos tria aduocatus semp præ oculis
b lis habere debet. b Primum, ꝙ pauca, & non superflua ponat, quia multiloquio subditus ex eo se inquinat, vt 43. dist. sit rector. & melius est pauca vtiliter effundere, quàm multis inutilibus aures hominum prægrauari, C. de veteri iure enu. tanta §. contrarium, ext. de æta. &
17 qual. cum sit ars. † Graue enim est probare, & ad onera probandi venire, ff. de rei ven. ius, qui destinauit, & probari debēt, quæ in libello intenduntur, C. de proba. l. actor, quæ est 6. q. vlt. & ext. de cau. pos. & propri. cum ecclesia propter. n. & de iureiuran. cap. vlt. C. de eden. l. qui accusare 2. q. 8. sciant, & iunge hoc, quod no. sup. de aduoca. §. consequenter, ver. ad eius. Plures tamē causæ possunt in libello exprimi, & quādoque etiam expedit hoc fieri, vt inf. qui ma. ac. pos. versi. debet igitur. Secundū est, ꝙ ponat necessaria & vtilia, ꝗ videlicet probata suam iuuenit intētionem, extra de iudi. examinata. alioquin laniabitur, vt dixi supra §. sequitur. Nec enim debet admitti aliquis ad probandum, quod probatum non prodesset, vt in præ. decre. & C. de prob. ad probationem, extra de excep. dilecti. de appel. vt debitus. Vnde ponat sub compendio factum, & causam ipsi facto congruētem, vt in præ. c. examinata, & eo. tit. dilecti. de libel. obla. c. vlt. C. de edic. diui Adria. tol. l. fin. Tertio autem ponat generalia, vt in processu habeat plures vias, & diuerticula plura ad suam intētionem fulciendam, vt in p̄d. §. consequenter. versi. item cautus, vt quia dicat, peto talem electionem, tāquam minus canonicè factam, cassari, sub hac enim generalitate multa impedimenta ueniūt, & poteris prosequi, quod volueris, vt extra de sup. plen. neg. p̄lat. c. fina. vt quia electio facta est a suspensis, vel excommunicatis, vel de eis, ex̄ de ꝯsu. cū dilecti. de elect. cum inter R. & c. illa. de cler. excom. c. fina. vel electus est illegitimus, de elec. cum in cunctis, & c. cum in veteri. & similibus. Quartum, vt proponat plura iura & continentia plures causas, quia forte aduersarius non exiget electionem, nec causæ specificationem, nec ipse dicere tenetur, nisi exigatur, ff. de iureiu. iusiurandum, de oper. no. nun. de pupillo. § qui opus nouum. Cętera, quæ hic desunt, uide supra de act. seu peti. quem textū hic intellige repetitum, & in aureo Repertorio intitu. de libel. oblat.

ADDITIONES.

a Solicitudinem. *Et plenè sup. de lit. contest. §. 2. versi. patet præ oculis.*

b Debet. *Secundum Bonagui. vt dixi super rub.*

Bald. De libellorum conceptione.

LIBELLVS. Accusatorius vocat̃ inscriptio. Libellus conuentionalis vocat̃ reclamatio, vel petitio, in §. species. G. Inscriptio dicit̃ expressa adscriptio, seu obligatio ad pęnā talionis, quę etiam tacitè inest, vt notatur C. qui accus. non pos. l. 3. Sed contra videtur not. infra eo. §. iuxta post princ. Item libellus alius supplicatorius & illud, quod impetrans in eo asserit contra se, habetur pro veritate, C. de libe. causa, l. cū præcum. Alius petitorius, seu conuentionalis, & quod in eo ponitur assertiuè, habetur pro veritate cōtra ponētem, nisi error probetur, C. de erro. aduo. l. 2. secus si narratiuè. ff. famil. ercisc. l. qui si familiæ. Tertius est libellus citatorius, C. de anna. excep. l. fin. C. de præscrip. 30. anno. l. sicut. §. ū. vide supra de accus. §. qui excipiendo. Rescriptum nō habetur loco libelli, qui debet parti offerri, in §. quid si libellus. post prin. adde infra eo §. litera. & infra omnino. de reg. iur. § so. in a rescripto. Ille, qui dicit contractum nullum ex vna causa, non potest prosequi aliā nullitatis causam, de em. t. & vend. c. cum dilecti. Sed ille, qui dicit sentētiam nullam ex vna causa, potest omnē causam nullitatis prosequi, ne sententia confirmetur, ff. de appel. l. scio Bal. vide sup. de app. §. quomodo procedit. An per simplicē querelam sine libello possit peti restitutio; Videtur, ꝙ sic, vt 1. q. 4. qa præsulatus. C. vnde vi, l. momentaneę. G. quod not. quia in possessoriis iudicis debent seruari substantialia iudiciorum, sed cætera de plano expediuntur, & dilationes abbreuiantur. facit ff. de in integr. resti. l. omnes. in fi. ver. 26. per G. Testes non recipiūtur ad informationem actorū, sed iudicis. C. de furtis, l. in ciuile. in gl. B. Peto Titium cogi, & condemnari, procedit libellus, nec videt̃ præposterè peti, quia verba sunt ciuiliter intelligenda, & secundum ordinē intellectus, & rationis, non s̃m crustam & corticē verborum, §. quid si libellus. ad fi. G. idem Bart. in l. morib. §. prius. ff. de vulga. & pup. Libellus in causis ordinarijs remitti non potest, in §. vtrum. G. Arg. ꝯ, ff. de arbi. l. diē, §. coram, & ĩ. eo. §. nūc dicendum. ver. 9. ibi vide. G. Sed petitio nō pōt remitti, quia sine petitione non est, super quo petatur snia. G. Actor non pōt renunciare instātię inuito reo, sed petitioni, vel liti, & cāę sic, l. postquā liti. C. de pact, ff. de iud. destitisse. ff. de vi & vi arma. l. cum fundus. §. fi. nisi rei intersit, vt no. de rei vēdicatio l. vtiq; & no. in §. cū actio. G. Emēdare aūt & mut. rei potest addēdo emēdatis & mutatis ante litis cōtestationē sed post litē ꝯtestatā licet possit credere liti motę, & formare de nouo aliam petitionem, tamen non potest eā emendare vel mutare circa libellum primum, Item & si rationabilis sit emendatio, vel mutatio, tamen condemnatur in expēsis facto propter suam temeritatem, vt no. in l. edita. nisi iusta ratio eū excuset, vt no. ff. de iudi. l. destitisse. de hoc in §. nunc ostendamus. uer. nō autem si sanè intelliges. & ver. item taliter variās. Qui declarat se, non dicitur emendare, nec mutare, & ideo & post litis contestationem quandocunque potest declarare, ff. de rei vendi. l. idem Pomponius. §. fi. G. Item qui addit qualitatem, quæ nō auget obligationem, sed modum solutionis moderat, non dicitur emendare, vel mutare, quia nō est qualitas petitionis, sed est qualitas solutionis, ff. de noxa. l. in delictis. §. si detracta. & de re

iud.

iud.l.miles.§.sexaginta.G.vide sup.de appel.§.an inuito appellato.& infra e.§.in criminalibus.& infra eo.§.dila.& supra de inci.quæst.§.dicitur etiam.& supra de interrog.§.2.& ne cler.vel mona.in fi.libri. Non semp appellatio extraiudicialis est citatio,quod dic.secundũ In.de maio.& obe.cũ dilecti.ver.quidã tñ. G. Quõ formatur libellus,prius q̃ reus respõdeat,an possideat? dic vt §.nunc ostẽdamus.ver.fi.G.Itẽ quõ formatur,si neget se possidere? d.c, vt no.i Aut.de triẽ.& semis.§.pe. in gl.ord. secundum intellectum no.Bald.& de intellectu l.idẽ Pomponius.§.fi.vide sup.eo.§.libellus offert. Litera apostolica est loco libelli in beneficijs obtinendis.§.nũc dicendum.ver.6.vbi G. Officium iudicis põt absque libello implorari ad præparationẽ causæ, vt no. ff.de interrog.act.in rub.Itẽ super incidenti & emergẽti,ff.de petit.hæred.l. planè.& in l.fi. Itẽ ad decisionẽ extraordinariæ,l.nequaquã.§.de plano.Itẽ ad decreti iterpositionẽ,C.de serui.l.actus,& ff.de bon.possef.l.3. Itẽ ad causæ executionem,ff.de iud.l.prot.in fin.Itẽ ad iurisdõnis tuitionẽ,ff ne vis fiat ei,si qs missum.§.nũc videndũ.ver.7.& 23.& 25.G.Quando partes armis, nõ legibus certant,iudex ex officio prohibet,ne ad possessionem accedatur,ver.22.G.Summariũ tamẽ inquirit,quis possideat sine aliquo libello,ff.de lib.causa,l.liris.§.fi.Quod si iudici liquet, prohibet alteri parti, ne accedat ad possessionem,sed agat,si vult,ff.de off.proc. l.fi.& arg.ff.de noui opc.nun.l.si prius.G.An in contra tabulas sit necessarius libellus? ver.30.in fi.G.Dic,ꝙ nõ vt no.in l.fi.C.de cur.fur.in gl.ord.Ille, qui renunciauit libello, nõ potest ex eodem niti C.de iure.dotium,l.2. Si petitur caueri nomine legatorum, an ꝓcedatur sũmariè,ver.si petitur.G.In cã appellationis à diffinitiua offertur libellus solẽnis,sed ab interlocutoria appellatio est pro libello,ver.ante. G.Hoc tamẽ puta,ꝙ defensio nanq iam est alicui auferenda,vt l.3.§ si ad rem. ff. de re mil.C.de temp.in integ.resti.l. pe. Libellus offertur iudici,& si libellus oblatus iudici discordet à libello,quem reus sibi dixit oblatũ,statur libello oblato iudici, tanquam originali,§ restat circa prin.quod est no. G.de libello alternatiuo i hypotheca. C.si vnus ex pluribus,l fi.per Bar. Arbitratori nõ offertur libellus. ver. sed nanq iud coram.G.Item generalis petitio non dẽt offerri ad ordinariã petitionem,sed ad simplicẽ instructionem iudicis,& bonum est protestari,versi.fi.G.Libellus ad fundamentum causæ, & debet in iudicio offerri, & potest offerri iudici etiam die feriata,§.nũc videamus. G. Et in criminali sola productio accusatoris interrũpit præscriptionẽ absque aliqua citatione, l. miles §.sexaginta.secũdũ Bar. Præsbyteri cardinales titulos habent,diaconi non,§.iã nunc.post prin. G. An libellus sit formandus cõtra pupillũ, an cõtra tutorem? ver.porrò.G.vide ff.de eui.l.si ideo.P.Nota,ꝙ añ porrectum libellum nulla exceptio potest opponi,vt dicit Inno.in c.constitutus.In criminali nõ põt libelllus mutari,vt no.Gul.de cu. in l.edita,sed emendari põt, si est ineptus, ff.de adul.l.si accusatum, quia quãdo libellus est ineptus,nõ valet inscriptio accusatoris, nec incidit in Turpilianũ secundum Bar. in l.edita. Procedit libellus in quo sub disiunctione intentatur rei vendicatio & Publiciana nullitas. & restitutio. Itẽ ꝓcedit libellus de iustitia gñalis, ver.& no.& ver.itẽ talis.& versi.qd si minor,G.Itẽ libellus de pęna conditionali,ver. sed nũquid talis,G.& de testa.c.Raynaldus.in gl.ord. C. vnde vi,nõ ab re.C.loca & conduc.l.2.in gl.ord.simile de re scri.ven.l.2.G.Si pater constituit procuratorẽ, vt legitimus administrator,cuius nomine agere ille ꝓcurator? versi.illud autem.ad fi.tex.G.

*Cum fueris sapiens,attende tempus & horam.*

*Non patitur stultus semper adesse moram.*

§.sequitur.Exceptio inepti libelli põt opponi ante litis contestationem,ver.item receptis. G.facit ff. de inter. act.l.si filius. 2. quod no. de iuram. calum.l 2. §.si autẽ reus.& de empt.& vend.c.cum dilecti. Ista exceptio ineptitudinis nõ est proprie exceptio, quia licet nõ excipiatur,tamen ꝓcedi non põt, vt no.in l. edita. per Bart. Reo non citato,præsente tamẽ in iudicio, potest offerri libellus,ac si esset citatus,ver.item dicunt.G. conclusio rescripti potius debet attẽdi,q̃ petitio partis,§.iusta. ver.itẽ non valet G.Verbũ Pertinere,absq; certa limitatione prolatũ,facit libellum esse obscurũ,ver. quid si in libello dr.G. Peto domũ cum rebus in ea existentibus, nõ procedit libellus,nisi res declarent,ver. quid si peto domũ.G.Peto ab ecclesia decem,quæ mutuaui,procedit libellus,licet nõ dixerim fuisse ꝯuersa in vtilitatem ecclesiæ:q̃a hæc nõ sunt de natura actionis,sed post litẽ contestatã veniunt in probationib.ver. ante.G. Licet ꝑ statutũ remittatur oĩs solennitas, nõ tamen vr̃ remissa probatio duorũ testiũ.C.de re milit.l.miles.in gl.De cõsuetudine non fit inscriptio ad pœnã talionis, §.fi. post prin.G & vide in l.momentaneæ.C. vnde vi.Bal. Quid iuris,si libellus est productus,cuius dicto stabitur,ver.si item ẽt. G.Sic & de intellectu l. idẽ Pomponius. in fi. idem per Spec. In reali non debet peti institutio possessionis,quia non debet agi ad factum, sed ad iuris declarationẽ,& ipsam rem,ver.hoc autem no.G.Tu dic, ꝙ libellus in reali ẽt duas conclusiones, vna cõcludit iudici ad declarationem, alia concludit parti ad restitutionẽ,vt no.ff.de procu.l. Pomponius.§.sed & his.Nam restitutio est in quadã improprie dicta obligatione, & venit in actione,alias si veniret iudicis officio, non iuraretur in litẽ, vt no.in l.harũ.ff.si ser.ven. & ideo dico sufficere etiã alterũ peti. nam si petitur declaratio, tacite vr̃ peti restitutio, de excep.rei iud.l.si a te §.1.arg.C.de fide iuss.quãuis.Itẽ si petitur restitutio,etiã declaratio tacite videtur petita, & tacite includitur restitutio, Insti. de actio.§.j.& 2.ff.de acquir.here.l.illud. Bald. uide inf de proprie.§.1.& de resti.spo.§.si peto. De cõsuetudine admittitur iste libellus,peto rẽ,si extat, alias peto æstimationem.versi.item no. ꝙ.G.ff. de condi. fur.l.2. re furtiua. Possunt plures possessores ꝑ indiuiso cõueniri uno libello,secus si ꝑ diuiso.Item plures cohæredes, & plures correi,uer.sed pone.& sequenti, G.& ĩ tex.C.si plu. una sent.l.j.ff.de ap.l.si.quis separatim.C. si unus ex pluribus,l.j.ff.de re iud.l.Paulus.G.de illa ꝓtestationis, Saluo iure addendi,&c. & de quibusdam bonis cautelis libellantiũ, uide ad finẽ tituli per Gul. Accuso Titium, ꝙ cũ esset syndicus talis uillæ ad denũcianda maleficia, cõstitutus,omisit & neglexit denũciare tale maleficiũ, nec aliter specifico omissionis locũ: quæritur, an accusatio ꝓcedat? Et vr̃, ꝙ non, quia libellus accusatorius debet ꝯtinere locũ cõmissi delicti,ff.de accu.l.libellorũ.In cõtrariũ ur̃,quia illud maleficiũ non cõmittitur corpore,sed aĩo, sed aĩus nõ ꝯtinetur loco: nõ ergo debeo locũ uacuũ apponere.nam tunc locum dicimus, cum aliqđ corpus demonstramus:& idem dico de similibus,ut in eo,qui accusatur, quia non soluit collectã, uel quia nõ dixit diuinas horas. Nam lex,libellorum.loquitur in delicto,quod committitur per actum corporalẽ, qui actus habebat certos fines. Nam corpus loco circumscribitur, & hominis uolũtas, quo vult,se transfert,ff.de pact.nihil.& ff.de act.& obli.l.cõtraxisse.Sol. Ibi negligẽtia cõmitti ur̃,ubi obediẽtia fieri debuit, & ideo illũ locũ cõsignabo, ff.ad Sylla. §.occisorũ.arg. ff. de fideius.l.si ut proponis.& d.l.contraxisse.secundum Bar. Sed pone dictum sic, accusato de tali maleficio Seium, qui dicitur Malacaza,qui fuit insignis latro,nec dico nomẽ patris, uel patriæ,an procedat libellus?& uidetur,ꝙ non, argu. ff.de rei uend.l.idem Pomponius.§.fin.de iud.l.cũ, quẽ temere. Sed dico contra,quia certum est corpus tali appellatione, ut dicitur de gallo presso. in l.hac consultissima. C.qui test.fac.pos.& de Papa saua, ĩ l.Lucius.ff. de fideicom.liber.secundũ Iac.& facit Insti. de iur.pa.§. 2.

sicut si dicitur, ego cōtra poetam, intelligitur de domino Francisco Petrarcha, q nūc poetizat. Bal. Sed pone, accusas Seium, qui te vulnerauit, nec dicis, in qua parte corporis, an procedat accusatio? Et videtur, ꝙ non, vt not. eo. §. iuxta vers. item si agatur de crimine ciuiliter. Et si deducis, quod percussit te in brachio, & probat, ꝙ in spatulis, nō valet probatio, ff. de dolo, l. item exigat. per G. Ego non credo, ꝙ sit de substantia accusationis, nam qui auriculam tangit, totū corpus tāgere videtur, & ideo semper tota persona offendiē, vt no. in l. vulgaris. in prin. ff. de fur. Et si maior sit pęna in vna parte corporis, q̄ in alia, minor vētura imponenda, quia no est in tēt. qualitas, quę maiorē pęnā inducit, vt l. si prętes. ff. de pœn. & ibi Bar. facit, quod no. C. de ser. fug. auth no. iure. super quo oī no vide in l. 2. C. de seruit. & aqua, in prin. per Cyn. Sed pone, duo sunt Petri nomine eiusdē loc., vnus eorū positus est in banno, nescitur quis, q̄ritur, an valeat bannum? Et videtur, ꝙ nō, quia incertitudo vitiat, vt plene no. de vitio incertitudinis, ff. de in diē addic. l. cū duo. Nā declaratio debuit fieri ante sententiam, ff. de rei vend. l. idē Pomponius §. fi. In contrarium facit, quia videtur sensum de eo, qui meruit referri in bannum, id est, de eo, qui deliquit, arg. ff. de leg. 2. l. si quis suū. § inter duos. Ergo per probationes, vel per confessionē patefacio, de eo sensum videt, de quo debuit sentiri, & ita fuit iudicatum Florentię. Arg. contra, quod non, ff. de iud. l. eum, quem temere, & gl. ord. & ita fuit semel iudicatū Perusij, vt audiui Bald. An plures accusationes possint contra plures fieri, super de in eadem q. ęst. §. antep. Itē an procedat accusatio sine tēpore & loco, supra de sent. §. sententia lata super accusatione. Libellus quandoque est ineptus, & iuri contrarius, & tunc nō tenet pro agente sentētia lata, de emp. & ven. c. cum dil. ecti. vt cum peto contractum nullum declarari, quia fui deceptus vltra dimidiam iusti pretij. nam inepta & iuri contraria est illa petitio. Interdū libellus est ineptus, non tamen iuri contrarius, vt si in accusatione non apponatur locus, & tunc valet sentētia. & facit, quia confessio valet, quę non est minoris auctoritatis q̄ sententia, ut sup. de offi. iud. c. si iudex per Bal. unde sup. de act. ie. a. petit. §. si ago cōtra te & sup. eod. §. exceptio inepti libelli. An in primo decreto requirat libellus, de eo. q. iii. m. t. a possesi cau. rei seruā. l. §. 2. An requiratur cōtra sequęstrū, inf. de sequest. possess. §. itē cōtra, qui ex ciuiliter possidet, q. sine libello recuperat naturalē, inf. de loc. §. si dñs no vult. licet in possessorijs regulariter requiratur libellus, vt in §. per simplicē. Et de materia libellorū, & eorū emendatione, sup. in f. 2. lib. de libelli obla. vsq; in finē. Et an in inquisitione sit necessarius libellus, unde infra de reg. iur. § itē nota, ꝙ nō est necessarius. Et de eo, q non vult recipere libellū, sed soluere, an videat litem ɔtestari, unde sup. de reo, §. ille, qui. Et quomodo cōsuluit Speculator, quod in libello & articulis pauca ponantur necessaria, supra de teste, §. dicit Speculator. Et an die feriata possit offerri libellus sup. de citat. § die feriata. Vbi in libello vnū falsum ɔtinetur, an totū libellū possum negare, sup. de lit. contest. §. 2. Libello debet respondere precise sic, vel nō procedit ille libellus, peto p. te mihi tradi uacuā possessionē amoto inde pensionario, sup. de lit. cōtest. §. pcedit. An in vno eodemq; libello possit agi cōtra plures, sup. de sent. §. in uno, & eodem. An procedat ille libellus, peto debitorē meū cogi ad soluendū mihi, si mihi pareat, de condēnatione, sup. de sent. §. nō debet incipi. Iudex, qui non uult recipere libellū, uel accusationē, facit litē sua, j. de sent. exco. n. §. pen. unde de renū. §. fi. & tit. seq.

a De Summa trinitate, & fide catholica. Rub.

## ADDITIO.

a *Summistę, qui super rubricis Decretaliū scripserunt, sunt noti. Has ergo rubricas materijs suis narrū prosequi non expedit, propter remissiones, aut qōnes materijs cōgruētes, vel practicis causam dantib., in illis interdū insistabo. Patet aūt rubricā esse bimembrē, & qua iura faciūt ex. rubricā ad partē vtranq;, dixi super rub. eo. tit. in fi. Patet ēt, quod Compositores triū compilationum, quas habemus, constitutiones fidei alienas, vel proprias ɔmiserūt vnde Grego. IX. ɔmisit duas, Inno. tres, Bonifacius vnā, Grego. X concil. Lug. Clemens quintus vnā propriā conc. 1. 8. Et si aduertas, oēs prout materiā docuit generalib. concilijs emanarunt. quorum mos est prętermittere, quod in fine imminet declarandū, q̄ qa si nō cōcurrit, In. IIII. omisit in suo conci. Lug. vbi multas cōstitutiones valde necessarias edidit, vt in 6. patet de resc. c. 2. de elec. c. 1. de in. c. 1. de resti spol. c. 1. de dolo cōtu. c. 1. de eo, q mit. in poss. c. 1. de excep. c. 2. re in. c. 2. de ap. c. 1. & 2. de hom. c. 1. de sent. exe. c. 1. 2. 3. & 4. Si has considerabis, cognosceres illarum editionem sūmē necessariā fuisse. Exēplū de prima, quid erat per clausulā, Quidā alij, conuenire 40. Extra conciliū aūt multas ipsius constitutiones habemus ibidem, nec displiceat, iustissimē in excusationem & condemnationem ipsius propter id quod dicam insi. ne sede vacan. super rub.*

## SVMMARIVM.

1 *Trinitas est vnum vniuersorum principium.*
*Fundamento deficiente nullum superesse potest ædificium.*
2 *Salus prima est rectæ fidei regulam custodire.*
3 *De trinitate non est humano, sed diuino ore loquendum.*
4 *Exorbitans à fide puniendus est.*
5 *Ignorantia iuris naturalis neminem excusat, & ignorans illud, ignorabitur.*
6 *Ignorantiam pretendere non potest, qui à peritis potuit erudiri.*

SATIS vtiliter super libellorum generali doctrina euagati sumus, vnde consequens est, vt eorum formationem celeriter properemus.

1 † Cū igitur Trinitas sit vnum vniuersorum principiū vt ex. e. c. i. in prin. & c. 2. merito est ab eo incipiendum, 26. q. 2. c. 2. vlt. nō obseruet. & C. de offi. præf. præt. Afric. in nomine. Nam vbi Christus non est fundamentum, nullum boni operis superest ędificium, vt 1. quęst. 1. cum Paulus. & vbi fides non est, iustitia (de qua tractemus) locum habere non potest, vt 24. quæ. j. ubi sanè. nā prima salus est rectę fidei regulam

2 custodire, vt 25. q. i. c. j. † Verum cum de fide non sit publicè, vel in foro publico disputandum, vt C. eo. tit. nemo. in prin. & 24. q. 1. cum quibus. in fi. ne videatur sanctum dari canibus, & ne margaritæ videātur proijci ante porcos, vt 43. dist. in mandatis. & 11. q. 3. noli te. ideo

3 in ea libellos nō formo, † quia de Trinitate non est humano, sed diuino ore loquendū, de cōsec. dist. 2. ī Christo. Vbi de fide dubitāt, sedes Apostolica consulitē, non aūt iudex adit, vt 12. dist. pceptis. 24. q. j. quoties. ex. de hæret. cū Christus. et si sit articulus indubitatus, ex quo in dubiū vertit, C. eo. l. fi. Si vero quis tanq̄ in fide obstās, ac

4 cusat, cōcipe libellū, vt inf. de hære. † Et, nota ꝙ exorbitās à fide puniri dēt, C. de sū. tri. l. 2. §. qui uero ijsdem. Quid si hoc facit de imperitia? Vr, ꝙ tūc nō punitur, ar. à ɔtrio sēsu, C. de iur. om. iu. criminali, ff. mā. si procuratorē. §. si ignorāte. Dic tñ ɔ, ar. C. de in ius uoc. uentam. nō enim debet ignorare, quod omnes sciunt, C. de hęret. l. 2.

5 † Et ignorātia iuris naturalis neminem excusat imò ignorans illud, ignorabitur, 38. dist. nescit. quia. et á si sit pagas, uel homo syluester, semper in montanis nutritus, ita ꝙ nunquam ad eum prædicatio peruenit. nam in omnem terram exiuit sonus Apostolorum, ut

b 19 dist. ita dominus b. Non enim potest ignorantia prętēdere, qui a peritis potuit erudiri, ut ff. de iur. & fac. ig. regula. & 37. dist. in c. capit. fi. & ff. quis or. in bo. pot. ter. vti.

## ADDITIO.

a Ita domus. *De elec. fundamenta. in prin. lib. 6. & hoc habetur Psal. 18. & ibi no.*

AD-

*ADDE ad ver.fi.quid si aliquis laicus putaret rõne naturali motus,quod pater sit maior,& prior filio. itẽ quod Trinitas sint tres persõnę & tres inuicẽ distinctæ,credens,quod hoc teneat Sãcta mater ecclesia,nec tamen defendit suum errorem, an iste sit hæreticus,In.in c.1.ext.eo.in fi.quod non.*

vtile.§.fi.Et no.quod Spiritus Sanctus æternaliter a Patre & Filio,non tanquam a duobus principijs, sed tanquam ex vno principio,non duobus spirationibus,sed vnica spiratione procedit,ut in consti.Greg.X.eod. tit. fideli.Vbi de hoc dicemus·

a De constitutionibus.a Rubrica.

## ADDITIO.

a *Septem qõnes per me positæ super regulis,conueniunt huic rub. f.an valeat constitutio non scripta,vide super regula, nemo põt & de hoc supra de legato,§ finitur.ver.sed pone,legatus.Super regula,cui licet.est quęstio, an incidat in suum statutum episcopes, vel eius metropolitanus, vel ipsorum in actu probibito socius.Super regula, ea quę fiunt. de muliere, quæ contra statuta episcopi portat certa ornamenta.Super regula,non obligatorum de statuto iurato super certa prouisione monachorum. Super regula, pro possessore. an statuta recipiant interpretationem, vel extensionem.Super regula,qui tacet de statuto episcopi contrà non alienantes,licet vendentes episcopo.Super regula quod oẽs. statuto præsentium, quod absentes nil percipiant, qui percipere consueuerunt. Attinet quęstio, quę est super regula mora. de qua super rub.de electio,dicetur ; & ibi ponam quæstionem, an statutum epi, vel capituli de iure annullandum,possit facere nullum.De statuto, quod exclusit filiam dotatam, vel dotandã, ne succedat cum fratre,an valeat, dicam infra de succe. ab intestã. super rub.in fi.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Libellus qualiter sit cõtra constitutionum violatorẽ cõcipiendus.*
2 *Actor qualiter habeat suas positiones formare.*
3 *Reus qualiter formabit suam positionem.*
4 *Constitutiones generales sunt ab omnib.sciendæ.*
5 *Constitutio solum subiectos constituentis ligare dicitur,& Imperator tantum subiectos Imperio vult suis legibus astringi.*
6 *Doctores scholares,aduenæ & peregrini nõ ligantur statutis ciuitatis,in qua sunt.*
7 *Contrahens nõ debe cõditionẽ illius,cũ quo contrahit,ignorare.*
8 *Statutum in ciuitate factum,an comprehendat forensem.*
9 *Extraneus,delinquens in aliqua ciuitate, an secundum statuta illius ciuitatis punietur.*
10 *Iudici non licet puniendi modum alium à statuto ciuitatis inuenire.*
11 *Extraneus in aliqua ciuitate portans gladium extra formam banni,an sit puniendus.*

CONSTITVTIONES quædam sunt municipales,seu speciales; q̃ si violẽtę ab aliquo,contra eum sic libellus concipietur.
LIBELLVS.† Corã vobis dño tali iu-
1 dice propono ego talis contra P. quod cum commune talis ciuitatis:vel tale capitulum, vna cum episcopo pulsata campana, prout moris est fieri, communiter nullo contradicente statuissent, vt nullus iret de nocte per ciuitatem post pulsationem talis campanæ, vel nullus diebus festiuis absit ab ecclesia sua,vel ad hmõi,& hęc sub pœna centũ solidorum: dictus P.post prefatam cõstitutionẽ publicè, & eo sciente editam.in tali nocte post pulsationem præfatę campanæ de nocte per ciuitatẽ iuit, vel ab ecclesia tali die festo abfuit,unde peto ipsum in centum solidos condenari.hęc libelli forma probatur 11.dist. in his reb. ext.eo.cum accessissent. Veruntamen custodes ciuitatis ad hoc deputati talia pñt sine libello denunciare, ut
2 s.§.nunc dicẽdum.uer.40.a Actor ergo poterit positiones suas sic formare:

2 POSITIO Actoris. † Pono q̃ cõe talis ciuitatis, vel tale capitulũ die tali fuit cõuocatum ad talem locũ ciuitatis,1.q.7.cõuenientibus.Item q̃ fuit ad hec campana pulsata,ext.de elec.in causis.Itẽ q̃ talis ad hoc deputatus dictam vniuersitatẽ vocauit. Itẽ quod ibi fuit statutum, vt nullus iret de nocte post pulsationẽ talis campanæ,18.q.2.perniciosam,ext.de off.deleg.ꝯsuluit. de hom.si perfodiens.Item q̃ nullus abesset ab ecclesia sua die festo,de conse.dist.1.si quis ext. Item q̃ fuit apposita pœna centũ in contrauenientes.Itẽ q̃ fuit publicè statutum,16.dist.quod dicitis,ext.de postul.c.1.Item q̃ omnibus cõcordantibus,4.dist.erit.Item q̃ duo mẽses & vltra fluxerunt a tẽpore publicationis ipsius statuti.in Auth.vt factæ no.constitu.respon.j.Coll.5 Item q̃ fuit moribus vtentium approbata.4.dist. in istis, & §. seq.ext.de consue.cum dilectus.Itẽ q̃ ipse præsens fuit, & ita hoc sciuit,ext.de consti.c.2.Item q̃ ipse tali nocte fuit post pulsationem dictæ campanæ,vel tali festo ab-
b fuit ab ecclesia sua.b Reus vero econtra ponat sic:
2 ꝯsideratione permotus, pietatis intuitu do a & trado Titio & A. & B. filiis eius eorumq; omnib. liberis & filiis masculis & fœminis ꝓsẽtib. & futuris libertatẽ purã. secundum usũ & consuetudinẽ ciuitatis Romanę, eos ex hac hora liberos, ciuesq; Rom. efficiẽs, liberas ẽt & eximẽs penitus & dimittẽs nũc & ĩ perpetuũ eos oẽs, & quẽlibet ipsorũ à mea potestate manumitto, & ab omni cõditione & grauamine, ac ẽt operis & operarũ impositione, tã obsequalium, q̃ consistunt in faciendo, ut in assurgendo, salutãdo & hmõi, q̃ earum, quæ cõsistunt in non faciẽdo, ut puta de non uocãdo in ius manumissorẽ uenia nõ petita, & aliarum oĩum tã artificialium, q̃ fabrilium, & ad reuocationem ĩ seruitutẽ ob q̃cunq; ingratitudinẽ, & breuiter ab omni iure patronatus illud, quodcũq; sit sibi libere remittẽs, ita ꝙ omni pœna sublata, liceat his manumissis famosam actionẽ & q̃libet criminalem accusationẽ, si cõpetierit, in futurũ ꝯ me meosq; liberos intentare: restituo ẽt eos natalib. antiquis, & primæuo iuri ingenuitatis, ſm quod oẽs liberi nascebãtur, nec erat tunc manumissio introducta, cu m seruitus eẽt ĩcognita. Trado insup & do eis & cuilibet eorum spãliter tales & tales possessiones, & res, & gñaliter omne eis seruitutis peculium relaxo, & rõnib. dñi separatũ, ita ꝙ nõ teneať rõnem reddere de his, q̃ in seruitute gesserũt, ẽt si illa sint conexa his, q̃ gerũt ĩ libertate, dans ẽt tribuẽs ipsis manumissis & cuilibet eorũ ipsorũq; liberis putã & merã libertatẽ & gñalẽ administrationẽ rerũ eorũ, ita ꝙ sine aliquo obstaculo seruitutis & mei meorumq; successorum & cuiuslibet alterius ꝯtraditione & reqsitione possint emere, uẽdere, donare, ꝯtrahere, transigere & pacisci, in iudicio, stare, testm, & oĩa, & singula facere ac liberaliter exercere, quæ quilibet ingenu' Romanus ciuis & homo liber paterfamilias & sui iuris facere põt, ac si ab ingenuis parentib. nati essent, ꝓmittens firmiter pro me meisq; hęredib. & successorib. dictis Titio, & A. & B. ꝑ se & eorum hæredib. & filiis & omnib. ex eis descẽdẽtib. stipulantib. & recipientib. ꝓdictã manumissionẽ & absolutionẽ, & omnia, & singula sſcripta ꝑpetuo firma & rata habere, tenere, obseruare & adimplere, & nõ ꝯtra facere, uel venire ꝑ me, uel ꝑ aliũ aliqua cã, uel ĩgenio, de iure, uel de facto sub pœna cẽtũ librarũ Tu. ꝑ solẽnẽ stipulationẽ, & in singulis capitulis huius contract' in solidũ stipulata & ꝓmissa: qua soluta, uel nõ, oĩa prædicta & singula firma perdurẽt: reficere et & restituere eis oĩa & singula dãna & expẽsas ac ĩteresse in lite & extra: pro q̃bus omnib. & singulis firmiter obseruãdis ob-
9 ligauit eis oĩa bona sua ꝓsentia & futura. † Quod si forte

ADDITIO.

a Do. *Ab hinc fuit Rol. parte 7. q. 4. & 5. c.*

te manumissor pro manumissione pretiū recepit, tūc supra post illud verbum Parentib. nati essent, & iunge, pro pretio centū librarū Turon. quod pretiū cōfiteor & confessus sum me à Titio dante & soluēte p te & vice & noīe dictorum filiorū tuorū habuisse & recepisse, exceptioni non dati, & non soluti m hi pretii eius p eis renūcians absolute: & tūc p ṗmissa præfatio nem cong. aut instrumēto, actū, &c. vt s. in præcedenti. vel ipse tabellio in istro loquat verbis primæ personæ in tertiā decenter mutatis. Pṗmissa forma probat 12.q.2. cū redēptor. in Auth. Col.6. quib. mo. na. effi. leg. §. liceat ergo. & l. di. itaus gētiū. 4. d. fi.c.j.2.3. & 4. C. de bo. li. l. fi. C. de in ius vo. l.2. ff. de condi. inde. si nō fortem. §. libertus. Instit. quib. ex cau. ma. non po. vt C. de oper. lib. li.1.3. & 4. & per totū. ff. eod. fabri es. ff. de manumis. q. sui. Vel sic breuiter.

FORMA. Ego A. pure, libere & absolute libero & absoluo atq; manumitto te P. seruū meū, vt abīde sis liber, ciuis Romanus, nulli meæ potestati suppositus, licētiā habeas testādi, cōtrahendi, iudicio sistēdi, & oīa faciendi, quæ liber homo facere pōt, quare oīa, &c. vt s. pre. cōcor. & Inst. de libertinis. §. multis. Et bene est, si i hoc ḡctu adsint quinq; testes, & si fiat corā iudice, C. de Lat. lib. tol. l.1. §. fecimus. valet tn̄ sine hac solēnitate. & facit in Auth. Col.6. vt liber. de cætero, in prin. Pœnalis aūt ṗmissio, fm do. Mart. de Fa. hic patū vr̄ esse vtilis, imo dicit non esse necessariā. Si vero manumissus ingratus efficit. ṗcṗ. ṗīt libellus cōtra eum, vt j. de natis

10 ex libero vent. † Porro si qs velit hominē suū liberare, si instrumentum concipiet:

FOR. Ego A. pure, libere & absolute affranco, libero, & absoluo te P. & tuos liberos, seu liberos ṗsentes, & futuros in perpetuū ab omni iugo manensiæ, colonatiæ, censitæ, adscriptitiæ, & cuiuslibet alterius conditionis, & ab omni seruitiorū, vsuū, vel abusuū, angariarū, & perangariarū prestatione, & ab omni personaliū munerū, vel dationum ṗstatione, vt de inceps tu & tui liberi sitis liberi & absoluti, cum omnib. bonis vestris præsentib. & futuris, habentes licentiā standi, eundi, cōtrahendi, iudicio sistendi, & alienandi, & oīa faciendi, quæ aliqs liber homo nulli obligationi, vel cōditioni suppositus, facere pōt, quod ideo feci, qa tātū de bonis tuis mihi dedisti, vnde renuncio exceptioni non datæ rei, & exceptioni doli, & exceptioni, quæ cōpetit vltra dimidiā, vel minus dimidia, re ipsa, vel dolo deceptis, promittēs dolū malū abesse abfuturūq; esse. Quæ oīa suprascripta promitto attendere, &c. ff. & C. de pactis p totum, ff. de transaction. l. fi. C. de manumis. per totū. Itē licet superius dicatur, cū omnib. bonis vestris, &c. idem esset, si non diceretur, argumen. C. de pecu. eius,

a qui ad lib. pro. l.1.[a]

ADDITIO.

*L.1. Inducit hanc l. in arg. quod sic procedit, ut proxime dixi, in seruo inter uiuos manumisso concessum intelligitur peculium, si nō admittitur, fortius ergo hic in adscriptitio, ut autem dicit lex illa, secus est in manumisso in testamento, cui intelligitur concessum peculium, nisi expresse dicatur, ut ibi, diuersitatis ratio ibi no. in ult. gl. Et sciendū, quod Rolā. bene circa hanc materiam duas quæstiones posuit in suo opere qōnum, quarum prima 46 in ordine fuit talis, si habens adscriptitios manētes, uel habens colonos, in charta finis, & liberationis opposuit, q eis liceret, quandocunq; uellent, exire de fundo, nec eis noceret antiqua præscriptio, quæ a domino, uel eius herede possit opponi. postq ipsi rustici in possessione diu mans. runt annis 40. nūc uolunt exire, dominus, uel heres contradicit, qrebat, an exire possint? & quia in uoluminib. habetur, non inseo. Tenet aūt q possunt, quia absolutio per pactum, & instrm pacti reuocari non potuit, C. de act. & oblig. sicut. & quia cum facta remissione a domino facti sint liberi, amplius præscribi non possunt, ff. de usuca. l. usucapionem. Itē quia præscriptio nō potuit currere, cū nō posset possideri, ff. de ac. pos. cū heredes. ff. de usuca. sine possessione. Itē præscriptio currit actioni. et ubi actio nō cōpetit non currit, C. de an. excep. l. 1. in fi. vt hic actio nō fuit nota, nisi cū recedere voluerūt, lex. n. sine pscriptione tps dat ius agendi, l. quicunq; ex tali pacto, C. de pactis inter empt. & ven. si fundum, sic in hac lib. uolentib. a colone discedere, ff. fa. erc. l. 1 sic in societate, ff. pro socio, tā diu. ubi de hoc. Si ergo locus esset pscriptioni, nunc inciperet, sed non est locus, ut prædixi, qa per instrm prædictū, si qua ibi erat nebula seruitutis, sublata fuit, Inst. de liber. in prin. inducit et C. de præsc. q pro lib. op. l. ult. Secunda qō Ioā. in ordine l. fuit de illo, q unum ex filiis adscriptitys, consistutum tamen in patris potestate, liberauit ab omni conditione adscriptitia, & ei donauit, quæ pater ab eo tenebat, quærebat, an liberatio tenuerit, & an bona illius adscriptitij sint libera, qūū adhuc, uiuēte adscriptitio, vel post mortem ṗsolut, primū non dubium, quia certum est libertatem tenere, nam cum dominus inter uiuos et in testō possit manumittere seruū, Inst. de libertinis, I. fi. & ti. seq. in prin. fortius ergo colonum, vel adscriptitiū. facit, qd tesfa sub lam. Nec obstat factū nō ualere inter dñm & seruū quia a adscriptitius liber est, circa hoc uide, quod not. sup. de instr. e.d. § cū, eodem, in prin. & de teste, §. 1. ver. quid de adscriptitys, ... dixi. Et si diceres, cum seruū satis est, q semel præstita est libertas, quæ cū semel approbata non reuocatur, Inst. qui a manu... uel nō, d. § semel. Ad secundum dicit sibi uideri bona ... ex quo dominus uoluit. nil. n. tam debetur homi... uoluntatem domini uolentis rem suā in aliū transferri, Inst. ... §. per traditionem.*

*ADDE, an nepotes ex filiis adscriptitijs sint adscriptitij, & an ... fundo & ipsi uenditi intelligantur, Rom. consi. 355.*

a De obligatis ad ratiocinia præstanda ordinandis, vel non.[a] Rubrica.

ADDITIO.

*a Libellū, quē ponit hic auctor, non bene capio, quia non apparet ... quo tū luce porrigat. si dicas corā seculari, ex quo tā ibi litigatur, ... quare dat non ... q habēt, nisi cōtinuare cām suam, & sic ille cōparcat per se, vel alium, allegans se clericū ipse replicabit de ... ente, de for. con. p.c. pe. concor. & obtinebit in ... a, ut no. co. ti. c. vno, in gl. 3. ante fi. & ibi plene scripsi, Si dicis coram ecclesiastico, ad quid petit eum in priorem conditionem redigi, quæ uerba sumpta sunt ex leg. hic alleg. Hoc dico submittendo verba sequentia, quia si staret in his terminis, peto eū in pristinam conditionem redigi, & per vos cogi, ubi eum cōuenire ..., responde, & contenta, & hæc forma, ut sua iurisdictione, cū & eo ecclesiasticos cogerent ad id facit de fo. comp. ex transmissa, ibi iubeas terminari. uel illa parte remota, procederet, qd sequitur, s. peto eum ad reddendam rationem, &c.*

SVMMARIVM.

1 *Libellus contra obligatos ad raciocinia præstanda qualiter sit cōcipiendus.*

POTEST hic sic libellus concipi.

1 LIBEL. † Coram, &c. conqueror de P. q cum mihi obligatus esset ad ratiocinia reddēda ratione curæ, vel procuratoris, uel administrationis, quam dolose administrauit, sibiq; super hoc litē cū mouissem, ipse vt ratiocinia euitaret, meque p cōsequens deciperet, se fecit ad sacros ordines ṗmoueri, quare peto eū in pristinā cōditionē redigi, & ad reddenda mihi ratiocinia coarctari, & ad hoc eum sententialiter condemnari, ext. eo. c. uno. 51. dist. preterea. C. de epi. & cle. offic. ales, & Auth. sed neq; & l. si q curialis, ext. de cle. vel mo. c.2. Verum sæpe tutores, et negotiorū gestores, et mādatarii & alii obligant ad ratiocinia, de quibus vide infra tit. de iudic. §. generalia. et §. speciala, Instrumentum redditæ administrationis vide supra de edit. instr. §. dicto. ver. porro.

a De corpore uitiatis.[a] Rubrica.

ADDITIO.

*a Quæritur, an iste libellus procederet corā archiepiscopo solo, in quantū de epīscopo loquitur, & secundū literā, quæ habet ab alterius offic. ad materiam facit, qd ol scripsi de offi. ord. ut litigantes. li. 6. in prin. magnæ glo. & de præben. graue. post Inno. in magna gl. q non procedit. facit de excessi. prel. ex literis, in fi.*

SVM.

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus qualiter contra corpore vitiatos, vel pro,sit conciptẽdus*

a IN hac materia a poteris † sic libellũ ɔcipere.
1 LIB.Coram, &c. propono contra P.ꝙ licet ipse sine iusta cã se castrauerit, vel dignũ,vel manum, vel palmam, vel oculũ in duello p̃diderit,ex quo magna deformitas apparet,uel impotens ad frangendum hostiã redditur, nec sine scãdalo posset sacra ecclesiastica ministrare, se tñ fecit in abbatẽ, vel epm, vel presbyterum ordinari, quare per vos peto eidem, ne,in susceptis ministret ordinibus, sĩaliter interdici, uel ab abbatis offi.amoueri,ex̃ e.c.1.2.& 3.& 55.di.qui partem.& c. si quis a medicis. & c. si euangelica. extra de cle.ęgro.uel debi.c.2.de cle.pug.in duello, capitu.1.

ADDITIO.

a In hac materia. *Sic potest concipi libellus.*

a De bigamis a. Rubrica.

ADDITIO.

a *Casus libelli recipit auctor de gl.2.dec.2.eo.titu. & addendum est libello de copula, vel consumatione matrimonij: quia contra illus non sufficit, eo.titu.debitam. Item circa id, quod dicit de eo, qui scienter cognouit vxorem adulteram, vide quod dixi super glo.prædicta.*

*ADDE de eo,qui cognouit vxorem adulteram, an possit Papa de eo dispensare, vt ad sacros ordĩes promoueatur. vide Pet.de Anch.consi.123.*

*ADDITIO. Adde tu,& uide Io. de Turre cremata in c. rector si viduam. di. 34. vbi plenissime examinat, an Papa possit dispensare cum omni bigamo uero & interpretatiuo, ut promoueatur ad omnes ordines,non solum minores,sed etiam quoscũq; maiores,& beneficia & dignitates.& ibi quid de episcopo. Et ad de,an contrahens matrimoniũ cum illa, quã defloraunt, & alius non cognouit,censeatur esse bigamus,uide Prap. Mediolanen. post Pet.de Ancha.c. totam col. 5. ver. quæro tertio, qui fil.leg. Hen.Fer.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus contra bigamum promotum qualiter concipiatur.*

CONTRA bigamum promotum† sic libellus concipitur:
LIB.Coram,& c.propono cõtra P.ꝙ cũ ipse notam bigamię incurrerit cõtrahẽdo cum vidua,vel corrupta, seu cũ duabus virginib.siue diuersis tpibus,siue eodem tpe, vel scienter vxorem adulteram cognoscendo, se fecit de facto ad sacros ordines promoueri, tonsuram nihilominus deferens: & habitum clericalem. Cum igit contra Apostolum non sit in talibus dispẽsandum, nec possit talis priuilegio clericali gaudere, peto ipsũm ab hmõi ordinibus remoueri,& ne deinceps tonsuram, vel habitum clericalem ferat, per excõicationis sñiam cohiberi,ext.eo.c.1.2.3.& 4.& in Decr.Greg.X. eo.tit.altercationis.li.6.& de cler.coniug.Ioannes.33.dist.martium.34.di.si cuius.& c.si laici.

a De clericis peregrinis a Rubrica.

ADDITIO.

a *Scias,quod contra secundum libellum, vel ipsius materiã multum hodie valuit consuetudo,quia videmus sic libere peregrinos, sicut indigenas in ecclesia institui,etiam per collaterales minoris episcopi,vt dixi post Hos.de renun.admonent.super gl.2.in secunda suppletione,in fi.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus qualiter contra clericos peregrinos concipi dicatur.*
2 *Presbyter ad alienam dięcesim se transferẽs,literas sui episcopi secum portare debet.*
3 *Literæ dimissorię quæ dicantur.*
4 *Forma literarum,per quas alicui conceditur, ꝙ possit, à quo voluerit,ordinari.& nu.seq.*
6 *Literę an de quolibet ordine suscepto sint necessario exhibendæ.*
7 *Exempti an possint clericos alterius diœcesis sine literis commẽdatitijs recipere.*
8 *Episcopus Italiæ an possit sine licẽtia domini Papæ clericum Vltramontanum ordinare.*

SIC concipe libellum.
1 †LIB.Corã. &c. propono ꝙ talem, qui cũ sit homo barbarę & ignotę nationis, & persona ignota, se presbyterum asserens, plumiũ publice diuina officia celebrare,cũ tñ de ordinatione sua legitima & sufficiẽtia nõ exhibeat documẽta,quare ptum peto à celebratiõe hmõi phiberi,& ne de cetero talia attẽtare p̃sumat,sibi sñaliter ĩhiberi,ex. e.c.1.2.& 3.99.di.Aplos.etc.trãsmarinos. & p totũ C. de ep.& cle.si qua p calumniã.71.di.primates.Si aũt talis institutus esset in aliqua ecclesiæ p archidiaconũ,vel alium,sic ɔcipe libellum.
LIB. Coram uobis verabili patre epõ tali propono ꝙ P.qui cũ sit alienę diœcesis, se fecit per talẽ archidiaconum in tali ecclesia vestræ diœcesis absq; vestra licentia ĩstitui ꝙ canonica instituta, quare peto ipsum p vos inde amoueri,& amouendũ fore decerni,ex e.c.vlt.63. di.literas.in Auth.de sanctiss.ep.§.nullũ.7.q.1.nõ oportet.
2 tet.† Presbyter igitur ad alienã diœcesim se transferẽs literam sui episcopi secum habeat continentiæ talis:
FOR.Talis eps talis diœcesis presbytero salutẽ in dño sẽpiternã. Cũ tibi à nobis, vel tali prædecessore nõ in presbyterũ ordinato sufficiẽtia,sicut asseris,nõ habeas
a stipendia a:& ad aliam desideras diœcesim te ɔferre,le uius tibi reputans inter extraneos pauperẽ vitã ducere, ꝙ inter notos cũ opprobrio mendicare, paupertati tuæ ac rubori ɔpatiẽtes id tibi duximus indulgẽdum,vt cũ præsentium testimonio literarum ab hinc usq; ad biennĩũ ad aliã possis trãsire diœcesim, & tuũ ibi exercere officiũ, ac curã ẽt recipere aĩarum de illius licẽtia tum epi,et ad cuius epatum te duxeris transferẽdũ.In cuius rei testimoniũ pñtem paginã,&c.hoc probat in pre.cõcor.& talis lr̃a vocat Cõmẽdatitia,siue Pacifica: quia testificat prælatus de illius ordinib. vt possit pacifice suo off.vti,et qñq; de vita & morib.vt 68.di.c.ecclesiis.§.in
3 ter epos.70.di.c.j.& vlt:& ex̃ eo.tua.& c.1.§.1.† Dimissoriæ vero sunt,p quas qs dimittitur à iurisdictione sui prælati,vt 72.di.c.1.& 2.& 73.di.sãctissimo.palea est.& istæ literæ olim Formatæ dicebantur,qa cũ magna solennitate literarum Grecarum & latinarum fiebant,vt in p̃.pco.& seq.& in præ.§.inter epos.Veruntñ iura his vocabulis indifferẽter vtunt,vt in eo.c.& ca. alii noie & §.qualiter vero. Quis vero hmõi literas ɔcedere pos
b sit,no.fm Inn.IIII.ex.de elect.pereg.sup.rub. b.Qualiter autem formentur literæ commendatitiæ,seu dimissoriæ,habetur.73.di.per totum.Sed illæ hodie nõ sunt in
5 vsu.vnde sufficit forma præcedens.† Formam vero illã,quæ conceditur alicui,ꝙ possit,à quo voluerit ordinari,quia frequentatur, imponamus.
FORMA.Probitatis tuæ meritorum plenã habẽtes notitiam,tibi,promoueri ad talem ordinem cupiẽti,vt illũ,à quo malueris, episcopo catholico dũtaxat, & ab vnitate ecclesię nõ præciso,licite recipere valeas,liberã authoritate præsentium tribuimus facultatem, cũ hoc in præsentia per nos propter talem causam facere non
5 valeamus.in cuius rei,&c.61.di.c.2.3. & 4.† Vel dic melius esse,quod episcopus sub prę̃scripta forma scribat alicui prelato, vel ẽt uniuersis episcopis & archiepiscopis,vt per hoc eis videatur dedisse licẽtiam suum clericum ordinãdi:vel etiã roget illum,seu illos, vel saltem det eis per easdem literas licentiam ordinadi eundẽ.licet

ADDITIONES.

a Stipendia. *Non fuit hic auctor bonus rhetoricus, dic,sufficientia,sicut asseris,stipendia desint ad uictũ,& ad aliã dięcesim desideres,&c.*

a Sub rubr.*alias super capi.1. & ibi etiam posuit, & incipit,tractauit hic tunc.*

cet enim clerico concedat licẽtiam, à quo voluerit, recipiendi, non ob id fortè concedit alij epo licentiã illũ ordinandi, quia potius est eps alienus quo ad hoc inter dictũ, & ipse clericos, vt in præ.conco. sicut alias dici-
a mus in exemptis a habentibus priuilegium, q possint à quo maluerint episcopo ordines recipere. licet.n. ad locum ipsum aliquis eps accesslit, nõ tñ ibi poterit absque diœcesani episcopi licẽtia ordines celebrare, quia si ex duabus seruitutib. vna remittatur, altera remanet, vt ex.de vsu pallij, ex tuarũ. & ff. de ser verb. p̃ii domus tuæ. & de priuile. pastoral. s. Si tamẽ taliter priuilegiati venirent ad aliam diœcesim, dici pôt, q diœcesanus illius diœcesis eos ibi poterit ordinare, vt sic priuilegiũ eis aliquid afferat in hoc casu. Vel dic, q ex quo dat mihi licentia recipiendi ordinem, à quo voluero, per cõsequens vr̃ esse data licentia me ordinandi illi, quẽ elegerim. arg. ext. de priuil. in his. & de conces. præb. q. a cũctis. §. ex parte. & ex̃ de temporib. or. in cõst. Grego. X.
6 eos, q. vbi dicã de hoc. li. 6. † Illud aũt scias, q nõ est necesse exhiberi literas de quolibet ordine suscepto, q̃
b dic. ẽm Papam, vt no. ex̃ de cle. peregr. c. j. b Vtrũ si qs bene diu ministrauit in aliquo ordine, præsumatur rite illum ordinem habuisse, no. plene ẽm Pap. ext. de
c eo, qui fur. or. rec. c. fi. c † Item an exempti possint cle-
7 ricos alterius diœcesis recipere sine commendatitijs literis, & an epi possint dispensare, vt aliqui sine huiusmodi literis admittantur, no. ẽm Papam, ext. de cler. peregr. c.
d fi. d † Non est ẽt prætermittendũ, quod nullus episcopus
8 Italiæ ordinare potest aliquem clericum Vltramontanum sine speciali licentia dñi Papæ, vel illius epi, de cuius diœcesi ipse ordinandus oriundus est, vel in qua beneficium habet, concessa per literas patentes, continentes cãm rõnabilem, quare ipsum nolit, aut nequeat ordinare, cũ alioquin ordinatus sit absq; oĩ spe dispensationis a Sede Apostolica obtinendæ: nec pœnitẽtij dñi Papæ super hoc dispensare possunt sine eius licentia spẽali, ordinatores etiam puniri iubentur, vt in constit. Clementis Papę IIII. eo. ti. in spe. li. 6. Hodie vero, generaliter episcopus ordinans clericos alterius parochiæ, suspensus est per annum a collatione ordinum, vt in consti. Grego. X. de temp. ord. eos. lib. 6.

ADDITIONES.

a Exemptis. *vel non exemptis, de temp. ord. cum nullus, §. 1. libro primo.*

b c. 1. *Vbi scripsi ad fi.*

c c. fi. *Vbi scripsi post eum, & Host. in gl. 2.*

d c. fina. *vbi scripsi in glo. pen. & super gl. 2.*

a De officio archidiaconi a. Rubrica.

ADDITIO.

a *Vt no. In decr. quoniam abb as, de off. deleg. in 3. gl. sunt ecclesiæ, quæ habent plures archidionos, & ibi scripsi post Host. non tamen habet nisi vnus nomen ecclesiæ, alij habent singularia nomina, & talis est is, de quo formatur primus, & secundus libellus, & vide quod no. 7. q. 1. in apibus, in vlt. gl.*

a *SVMMARIVM.*

1 *Libellus qualiter sit super iuribus archidiaconorum concipiẽdus*
2 *Archidiaconi iura quæ sint.*
3 *Agere volens contra archidiaconi iura, non petitorio, sed possessorio, qualiter libellum concipere debeat.*
4 *Episcopus agere uolens contra archidiaconum, qualiter libellum concipiet.*

ARCHIDIACONORVM iura secundũ varias diuersorum locorum consuetudines in diuersis consistunt, ergo in consuetudine iudicantur, ex. de off. Arch. cum satis, &c. vult. Sic ergo super eis libellus concipitur.

a LIBEL. a † Coram, &c. propono ego P. Archidiaco-
1 no. Corbariæ in ecclesia Narbon. contra P. rectorem ecclesiæ de Seiano, q cũ ecclesia ipsa sita sit intra fines dicti archidiaconatus, dictus rector mihi obedire ac respondere recusat in his, quæ ad ius archidiaconale de
2 cõsuetudine prescripta spectare noscuntur, † videlicet visitatione, correctione, procuratione, ratione visitationis debita, synodatico, interdicto, inquisitione, suspensione, excõmunicatione, absolutione: & vt citatus coram archidiacono compareat, & coram eo de se querelantibus respondeat, & eius honesta mãdata suscipiat, & obseruet; quare peto ego nomine dicti archidiaconatus, vt præfatus rector in prædictis omnibus & singulis mihi respondeat. & ad hoc peto eum per vestrum officiũ compelli, & compellendum fore sententialiter declarari, c. x̃ eo c. vit. ext. de elec. dudũ. 2. 15. di. perlectis. Multa tñ de prædictis non pertinent ad dictum arch. Corba-
3 riæ, sed exempli gratia posita sunt. † Si vero nõ vult agere petitorio, sed possessorio, sic concipitur libellus.

LIBEL. Coram, &c vr̃ s. vsque ibi, de Seiano, iunge, q cum ego sim in possessione, vel quasi iurium Archidiaconatuum, videlicet dictum rectorem, seu eius ecclesiã visitandi, corrigendi, procurationem ratione visitationis recipiendi, interdicendi, suspendendi, excommunicandi, absoluendi, citandi, de ipso conquerentibus iustitiam faciendi, mandata mea honesta suscipiendi, & seruandi, nũc ipse in talibus mihi obedire recuset, me possessione, vel quasi dictorum iurium indebite spoliando: quare peto me in dictam possessionem, vel quasi, dictorum iurium per vos reduci, & reducendum fore sẽnaliter declarari, ext. de elec. querelam. & de exces.
4 præ. ad hoc quoniam. † Si autem episcopus vult cõ Arc. agere, sic concipiet libellum.

LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui se asserit Archidiac. talis ecclesiæ, ipse nanque contẽdit sibi ius esse ratione dicti archidiaconatus visitandi in ipso archidiaconatu, tam ecclesias, quam collegia, & prælatos & rectores regulares, & seculares, & inquirẽdi cõtra eos, reformãdi quoque, corrigẽdi, puniendi, instituendi, & etiã rectores in ecclesijs, & eos destituendi, causas matrimoniales audiẽdi, & similia, & in prædictis se ius habere contendit in animæ suæ periculum, & mei præiudicium & grauamen, quamuis nullum ius sibi sit talia faciendi: quare peto sibi per uos inhiberi, & ad hoc ipsum sẽnaliter cõdemnari, ne deinceps talia p se, vel aliũ facere p̃sumat, & sibi sup his ppetuũ silẽtiũ imponi: peto ẽt damna, expensas, & interesse, &c. ext. eo. c. fi. ex. de exces. præla. accendentibus, de præb. referente.

ADDITIO.

a Libellus. *Secundum Rof. in libellis iuris canon. p. 2. ad fi.*

a De officio archipresbyteri. a Rubr.

ADDITIO.

a *Nigrum de duplici archipresbytero loquitur, libellum ponit solum de ciuitate, in cuius fine alleg. ad id totum titulum, allegare debebat, c. 1. 2. & 3. ut honestior fiat correctio. Adde ibi quasi per totum, & vbi sequitur, eodem modo concipe, vel supple in archipresbytero rurali, & in titulis, &c. ponit autem auctor de tali pleb ano unum libellum inf. tit. 3. ver. porrò.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus contra archipresbyterum qualiter concipiendus.*

CONTRA archipresbyterum in officio suo remissum sic concipitur libellus.

1 † LIB. Coram, &c. propono ego A. archidiaconus talis ecclesiæ contra P. archipresbyterum eiusdem ecclesiæ, quòd ipse mihi obedire recusat, nec collectam dicere vult, uel fontes benedicere, uel curam sacerdotum habere, qd̃que inchoare in diuinis, vel benedictionem in ecclesia dare, uel pænitentias eis, qui de diœcesi ueniunt, iniungere contẽnit, quare peto per uos ipsum ad prædicta oĩa & singula seruãda, & exercẽda cõpelli, ext. de off. ar-

chipresbyt. per totum. Eodē modo etiam libellus con
a cipitur a in sequentibus titulis, uerbis competenter mu
tatis, & eis, quæ ad eorum spectant officia, in eisdem in
sertis.

ADDITIO.

a Libe. conci. *supra in archipresbytero rurali.*

a De officio uicarii a. Rubrica.

ADDITIO.

a *Totum nigrum, excepta dec. pe. loquitur de uicario in diuinis, & de illo format auctor libellum, pen. dec. loquitur uicario iurisdictionali. Ad hanc adaptatur qō, quam uide super regula, priuilegiū lib. 6. post prin. de qua sup. de instr. ed. §. nunc aūt. uer. quid si Papa. Duas etiam qones ad materiam. s. an uicarius plebani cum plena potestate possit contra priuilegium ecclesię numerum augere. & de uicario, qui per annos soluit alteri ecclesię cusum, scripsi eo. ti. c. 3. in gl. 2. lib. 6. Est sciendum in multis partib. uicarios episcoporum iurisdictionales officiales uocari, & reprehendunt illi nos Italicos. qui illos uocamus uicarios, sed cesset reprehēsio per tres dec. libri 6. sub hoc titulo collatas, quę de officialibus loquuntur. Vltima tamen dec. ibi exprimit vtrunq;. Dimittamus igitur uocabula diuersitatibus locorum, & primo colligamus iura, quę de officialibus loquuntur, & sunt supra eo. ti. de of. deleg. insinuante. de appel. dilecti. 3. de inst. ex frequentibus. de cog. spir. c. fi. de no. nunc. significan. de consue. c. 2. lib. de comp. ord. cum nullos. §. 1. de officio dele. si contra. de of. ord. ca. 1. de in. c. ult. 2. respon. de appe. Rom. 1. resp. de uicario habetur eo. ti. c. pe. qui loquuntur de uicario Papę in Vrbe, de quo satis ibi scripsi in glos. de of. generali, in pre. decr, cum nullus, §. 2. de preb. statutum. De uicario simpliciter, decr. ut officiū. ad fi. & c. seq. & c. fi. Dubitari uidetur, si episcopus officiali suo concedit potestatem inquirendi, & puniendi, & corrigendi subditorum excessus, qualis sit ipsius iurisdictio circa ista, an sit ordinaria, an delegata, & per hoc scietur, ad quem ab eis sit appellandum, si grauauit in his, & an illorum iurisdictio possit ad similia prorogari? de quo uide. quod scripsi sup. de comp. iud. adit. §. super uer. nunquid in iudicem. Et ut quęstio sit dubia, ponitur non fuisse uerbum delegationis expressum in ista concessione. & uidetur aliquibus per dec. hi, qui de preben. lib. 6. 2. resp. quod sit delegata, & facit, quod ibi no in ult. gl. dantes pro regula, quod in omni eo, quod legatus, uel officialis potest ultra officiū legationis, uel officialatus ex commissione Papę, uel episcopi, ex quo cedit naturam officii, in illo censebitur delegatus. Multū est pręiudiciale hoc dictū iurisdictioni metropoliticę, de quo uide supra de appellat. §. nunc tractemus. uers. sed secundum pręmissa. cum sua remissione. & communis obseruantia habet cōtrarium. Tamen attentari posset, quòd quando simul ex unica commissione constituitur uicarius, uel officialis cum adiunctione pręd.cta, tunc tota iurisdictio sit ordinaria. Si uero diuisim committatur, tunc pars, de qua queritur, sit delegata, bene facit dec. unica, de consec. eccle. uel alta. lib. 6. eodem lib. 6. eodem lib. de sent. excom. si ciuitas, in fi. facit etiam decre. translato. de constit. ibi, quia simul ab eodem, & sub eadem responsione, & c. facit materia connexorū, & quia magis dignum, & c. de consecra. eccl. uel alt. quod in dubijs. & uniformis debet esse unius auctoritatis intellectus, de consecra. d. 4. cap. finis. uer. ut ergo, de baptis. maiores. uer. similiter. Posset etiam in secundo membro superiori subdistingui, an non fuerit, uel fuerit expressa in illa commissione officialatus, uel uicariatus. Primo casu indistincte sit iurisdictio illius partis delegata. Secūdo casu, siue fiat in salutatione, puta tali officiali, uel uicario nostro, siue in progressu, dicendo, tibi officiali nostro cōmittimus, quod possis. & c. siue dicat potestatem tibi alias per nos commissam extendimus, prorogamus, ampliamus, semper erit ordinariā prorogata. nō enim occurrit ratio, quare per non subditos possit eius iurisdictio prorogari, de quo satis de off. dele. P. & G. in ult. glo. & super illa. & per committentem, qui eum facit iudicem, non possit, cum tamen potestatem habeat minuendi iā datā, & totam etiam reuocandi, ut scripsi eo. tit. ca. penul. in 3. glo. & in glo. potest ergo. quam potestatem pręd.cti prorogantes non habent. Concedatur ergo sibi, quod possit in eadē specie illā ampliare vt si contrariorū sit eadem permissio, ff. de reg. iuris, eius est nolle. §. est in ti. ad idem ff. de re iud. l. 3. extra de maio. & obe. cap. penult. vbi de hoc, in prin. Item certum est illa, de quibus quæritur non transire in officialem ex uoluntate commitentis præsumpta, quia non expressit illa, eo ti. c. fi. lib. 6. Nō ergo procedit iudex aliqua inhabilitate committentis, vel recipientis. Sublata igitur illa præsumptione per expressionē satis patet, qđ eodē iure exercet singula. Itē uidemus, quod certos actus officiales exercent in absentia episcopi, quos non exercent in eius præsentia, de hære. c. fi. ad fi. ubi uide concor. li. 6. Si illos cōmittat episcopus ēt in sua presentia faciendos, erit ne iurisdictio delegata, quā ante commissionem poterant exercere illo absente, et loquor de his, quę committere possent. qđ dico pp decretalem primā de officio ordinarij in fi. & decretalem tertiam, de præben. l. 6. vbi no gl. ante pe. respondere ad decre. hi, qui. & dico, quod non poterat ibi dici prorogatio iurisdictionis per concessionem actus, qui iurisdictionalis non est. Beneficiorum collatio pertinere non potest ad simplicem præbendarium, patet de præbendis, c. vlt. in fi. li. 6. & quod in illa decre. & materia non ponderetur de legatio, patet dum dicit textus, legati uel alterius, Constat. n. de facto, quod legati domini Papę habent literas legationis, demum tot literas habent, quod sunt articuli, quibus sunt priuilegiati, quorum multi sunt non iurisdictionales, puta quod possint celebrare, & sibi facere celebrari in locis interdictis. Itē multas literas super diuersis casibus dispensationū de clericis suis, quod fructus percipiant in absentia, & similia. Itē illud dubium obstat, quod formabatur quæstio, s. ut sciretur, ad quē posset appellari, non conuenit huic casui, quia siue legatus, siue delegatus dicatur, idem iudex ad quem, s. Papa.*

*ADDE, quæ differentia sit inter officialem & uicarium, Fed. cons. 302. et an uicarius possit inquirere, per eundem consil 220.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus qualiter contra uicariatus officium concipi debeat.*

IN hac materia † sic concipitur libellus.

LIB. Coram, &c. propono contra P. qui se asserit vicarium talis ecclesiæ, quam tum canonice assecutus. & quod ipse absque auctoritate episcopi diœcesani de facto fuit in dicta ecclesia à prędecessore meo uicarius institutus, vel alibi habet beneficium cum cura, vel aliam vicariam. Cum igitur tales institutiones canonica prohibeant instituta, peto per uos dictam institutionem cassari, & irritari, cassam & nullam pronunciari, & ipsum a dicta ecclesia remo-
a ueri, & remouendum fore decerni, ext. e. c. 1. 2. 3. & 4. a

ADDITIO.

a Et 4. *Est sciendum, quod hodie per cle. eo. tit. unic. omnis libellus, qui contra rectorē parochialis ecclesię formari potest, poterit et dari contra ipsius ecclesiæ perpetuum uicarium, de ętate, uel de secundo beneficio curato, uel de sacerdotio intra annum non recepto, an uero cū ipso dispensari possit in septennio, de quo in dec. cū ex eo. de elect. ibi not. in glo. In hoc autem, an coram uicario procedat libellus petēs declarari possessorem beneficij in illo ius non habere. uide eo tit. c. 2. lib. 6. in gloss. hęc litera.*

a De officio iudicis delegati a Rubrica.

ADDITIO.

a *Formas recusationum, quam ponit hic auctor, posuerat Roffr. sub operis 6. rub. Host. in Summa hoc eo. tit. §. pe. Bonag. parte 3. in 3. col. qui hanc materiam tractauerunt, uide supra prima sub rubrica de recusatione, & quia non faciunt ad nigrum, sed solū, quæstiones non exprimo positas lib. 6. super regula, eum, qui certus, & regula, mutare, & regula rationi, de quibus in ti. huius operis facta fuit mentio, sparsim tamen.*

*SVMMARIVM.*

1 *Recusatio iudicis sub qua uerborum forma scribi debeat.*
2 *Suspectorum iudicium insidias declinare, & inimicorum iudiciū refugere naturale est.*
3 *Recusatio quandoque non fit corā eo, qui recusatur, sed corā alio,*

RECVSATIO iudicis est in scriptis proponenda, vt extra de probat.quoniam contra. C. de iud.apertissimi,& l. cum speciali. ergo scriptura sic conficietur.

1 FORMA.† Qm res est est periculosa,& tristissimos sortiri solet euētus sub iudice litigare suspecto ideo domine iudex,cum vos habeam suspectum pro eo. quòd estis meus inimicus, vel consanguineus aduersarii mei & hmôi, audientiā vestram in tali cā, quæ vertitur, uel verti speratur inter me & Titiū, ex præmissis causis recuso.Has autem causas sub alternatione, &c.vt sup. de excep.§.viso.ver.porro si reus,cæteris iurib.& exceptionibus meis in omnibus & per omnia nihilominus mihi saluis.Præmissa probantur 3.q.5.quia suspecti. & ext. de excep.cum inter.ext.de re iud cum æterni. Et si plures sint causę,omnes specifica.Si uero tenes,quod causa recusationis non sit inferenda,remoue illa verba, cū
a vos habeam,a &c.Sed hoc uerum non est,ut dixi sup. b
b de recus.§.qualiter.Vel sic.

2 FORMA.† Qm naturale est uelle suspectorum iudicum insidias declinare,& inimicorum iudicium refugere,ideo domine iudex,cum sis mihi tali ratione suspectus:(pone aliquā de causis,quæ no.sup.de iud delega.§.recusari.)vos tanquam mihi suspectum ex hac causa recuso,& præfatam causam coram arbitris me offero probaturum,ad quos statim communiter eligēdos me paratum offero.& si conuenire non possumus, talem pro parte mea eligo,vt in præ.c.quia suspecti.& ex
c tra de off.deleg.suspicionis,& de app.legitima,li.6.& c.
3 secundo requiris,in fi.c extr.eo.in antiquis.† Si uero recusatio nō fit coram eo,qui recusatur, sed coram alio, quod fit quādoque,vt l. p.de recus.§.recusari.in fi.tunc uerbis competenter mutatis dices illius audientiam recuso.In seq.tit.non est libellus necessarius.

ADDITIONES.

a Cum uos habeam. *Verba fuerunt Rof.vbi supra.*

b Supra. *Sub.de recus.2.parte.1.*

c In fi. *Tres tales casus habes eo.ti.si contra vnum,lib.6.et videat recusans,ne instet electioni arbitri in his,uel in similibus casibus, propter id appelletur,super quo vide Host.in summa eo.ti.§.quod si eius officium,ver.sed coram quo.*

De officio ordinar i,& de maioritate.
2 obedientia. a Rubrica.

ADDITIO.

a *Satis decenter iunxerat auctor duas pabulum autem huius rubricæ dedit principaliter Rof.in utriusque libellis,ut infra dicam, & uide quod dixi super rubrica de electione,& quo ad secundam partem rubricæ, vide quod super ea scripsi ext.eod.Sepe queritur an ordinarius ecclesiasticus pro ecclesiastico crimine possit purū laicum capere,carcerare,& punire ultra censura,uel spirituales pęnas? Ad negatiuā inducitur iurisdictionem distinctio,10.dist. qm̄,96.dist.cum ad uerum,de iud.nouit.in prin.Habet ergo etiā in his episcopus vti ecclesiastica censura,ut patet de foro compe. cum laicus,lib.6.quæ tamen de periurio loquitur, quod est ecclesiasticum crimen,quod intellige,ut ibi scripsi in fi. bene facit dec. cum episcopus eo.ti.& eo.lib.ubi dico de lib. iurisdictionis exercitio in qualibet parte diœcesis,cum descendit ad captiones personarum,restringit se ad personas ecclesiasticas,ad idem dec.quamus,de pœ.eod.lib.concor.de sent.excommu. vt fama.de ver. signi,nouimus,Legistæ per § neque occasione versic.si uero canō. in Authen.de man.prin.Col.3.vbi innuitur cum preside debere cognosci,& C.de sac.sanc.eccle.l.placet.vbi sacrilegium, quod est etiam ecclesiasticum,& per ecclesiasticum & per secularem iudicē punitur. In cōtrariū,qui a qualitas delicti fecit illū de foro ecclesiæ,C.de episc.& cle.Auth.item nulla & ibi no.ad idē, quod no.in dec.cum sit,de foro comp.& eo.ti.ex tenore. Item decreta, in eo.ti.non distinguit inter subditos clericos,vel laicos.& si uult seculare brachium pōt inuocare episcopus contra illos, & pracipue in his ecclesiasticis,ut ibi no.ad idē Auth.causa, quæ fit cum monacho.C.de epis.& cleri.faciat ad hanc partem de pœnis,felicis,in fi.li.6.vbi iudicibus secularibus in illo tā graui sacrilegio reseruat̄ pœnarū ciuiliū impositio nō detracta illi superiori et supma potestate,q̄ habet supra Imperium,de qua no.prę d.decr.nouit in prin.& in d.decre.cā,2.qui fil.sint legi.Cōiter tenet, inferiores prælatos potestatē,de qua quæritur, non habere in laicos, præter crimē hæresis,de quo nō dubitatur,patet de hæret.vt cōmissi, &c. ut inquisitionis & apertius in decr.1.eo.ti.in clem. An aūt iudex secularis teneatur dare brachium suum epō contra clericum,qui primo ex probabilibus causis appellauerat ad Papā,scripsi plene eo.ti.infr.de offi.ordi.super glo.pe.c.1.*

*ADDE de hac addi.videndum originaliter Old cons.87.incip. quæritur,an ecclesia,& an vicarius possit cogere aliquē,ut intra. certū tempus,de tit.sui beneficij ostendat, vide Aneh.consi.59.*

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter concipiatur,vbi agitur de officio ordinarij,& de maioritate & obedientia.*
2 *Iura episcopalia petens non tenetur ea specificare.*
3 *Archiepiscopus contra suffraganeum agens,qualiter libellū concipere debeat.*
4 *Episcopus super iuribus episcopalibus contendens, qualiter libellum concipere debeat.*
5 *Episcopus uolens ecclesiam cū suis dotibus,decimis & possessionibus ab aliquo uendicare,qualiter libellum concipiet.*
6 *Abbas uolens contra episcopum agere pro subiectione ecclesiæ, qualiter libellum concipiet.*
7 *Plebanus agere volens contra capellas pro subiectione, qualiter libellum concipiet.*
8 *Gerere se uolente aliquo pro rectore in aliqua capella in præiudicium plebani,qualiter contra talem concipiatur libellus.*
9 *Actiones præiudiciales & in rem sunt quatuor.*
10 *Potestas vendicans ciuem,qualiter concipiet libellum.*
11 *Abbas,vel prior agere uolens contra monachum,vel priorē,qualiter libellum concipiet.*
12 *Dominus contra uasallum procedere volens, qualiter libellū concipiet.*
13 *Actio præiudicialis qualiter locum habere dicatur, dum est processus inter patrem & filium.*
14 *Libellus qualiter sit contra filium alterius inuite detinentem concipiendus.*
15 *Is,contra quem agitur de uiolenta filij alieni detentione, qualiter debeat respondere.*

1 IN his materiis superioribus incipiamus. † & sic libellus concipiatur.

LIB.Coram,&c.peto ego archiepiscopus Bituricen.totius Aquitanię primas præstari mihi a Burdegalen.archiepiscopo obedientiam & reue
a rentiam,cum sim eius primas, a & eum ad hoc senten-
b tialiter condemnari,ext.de ma.& obe.b c.vlt. & c.inter quatuor,extra de dilat.c.ult.9.q.3.cōquestus,ext.de off. ordi.duo.ext.de in integ.resti.coram,vel vbi posui obedientiā & reuerentiā,pone iura primarię,q̄ sancti canones primati ɔcedūt,cū sim eius Primas † Nec tenet̄ spe
2 cificare illa iura,cum sint a iure specificata, sicut al qn̄ cū petuntur iura epālia,nō tenetur qs specificare ea, cū sint a iure specificata.& in probationibus, qđ uoluerit, specificabit,ext.de of.ord.ɔquerente.de re iud.cū inter uos,de pscr.ueniēs.Verumtn̄ quædā sunt,q̄ non ɔprehēdunt,nisi specificent̄,ut no.in præ.c. conquerēte. c fin
c Papā.Vnde melius est,ꝙ primas,& eps illa specificent, ne reus remaneat incertus, & ut omnia clare procedant

ADDITIONES.

a Primas. *Dicit Rof.in libellis iuris cano.parte 2.in princ.quod suo tempore fuit de hoc qō coram Papa Gregorio, & ipse fuit aduocatus pro Bituricensibus,et dicit hanc libelli formā approbatam fuisse per Papam,& fratres,auctor in iusto lib.& seq.addit,quod sequitur,& bene.*

b Obedientia. *Et iura,nec est necesse,secundum Rof.dicere oia iura,cum indefinita æquipolleat uniuersali.*

c Conquerente. *Secundum Papam,ubi uide super 1.gl. de relig. domi.constitutus,in glo.pe.ad fi.*

a cedant a, in Aut. de testam. imperfec. Col. 6. de iure fisc. ita fidei. extra de lib. obl. c. 2. & in dicto c. conquerente. Si autem peteret iura primatiæ ex consuetudine debita, ut in p. decr. duo. & c. conquestus. tunc dēt specificare.
3 re.† Archiepiscopus autem contra suffraganeos sic libellum concipiet.

LIB. Coram vobis pater sancte propono ego M. archiepiscopus Narbon. ecclesiæ nomine ipsius ecclesię, q licet talis eps Tholosanus mihi sit metropolitico iure subiectus, mihi tamē de facto obedire recusat, quare peto noīe, quo sup. eum cōpelli ad obedientiā & reuerentiā mihi tāquā suo metropolitano præstandā, & cogendū fore finaliter declarari, vt in prędi. iuribus, 8. q. 3. Artaldus. & 9. q. 3. ca. 2. & 3. & seq. bonū est iura archi-
4 episcopalia specificari, vt prædixi.† Episcopus aūt super iuribus episcopalibus sic concipiet libellum.

LIB. Corā, &c. ꝓpono ego T. procurator venerabilis patris dñi P. Dei gratia epi Biterēsis, noīe eiusdē dñi episcopi, & eiusdē ecclesię Biterensis, cōtra P. rectorem ecclesię sancti Martini de Podiomissione eiusdē dięcesis, a quo peto nomine, quo supra, iura epalia in ecclesia prælibata. Vnde peto eū ad hæc mihi pręstanda finaliter condēnari, 16. q. 7. omnes basilicæ. & quæst. 3. c. 1. & 2. ext. de præscr. cū olim. extra de relig. do. constitutus. & c. seq. & sub hoc verbo iura episcopalia, ueniūt ea, quæ
5 sunt i iure specificata, ut supra dixi.† Si uero uult ipsam ecclesiam cum suis dotibus, decimis, & possessionibus ab aliquo uendicare. sic concipiet libellum:

LIB. Coram, &c, ut s. in proxi. lib. usque, ecclesiæ Biteren. iunge, cōtra P. abbatē monasterij Vincellen. eiusdē diœcesis, a quo peto nomine ecclesiæ sanctæ Susannæ de Podiomissione prętatæ dięcesis, quā dico ad dictū dñm meum epm lege diœcesana, tā in tēporalibus, quā in spūalibus ptinere. Vñ peto noīe, quo supra, ipsum condēnari mihi ad restitutionē pfatæ ecclesiæ cū oībus dotibus, decimis, possessionibus & iuribus suis, 10. q. j. decretū. & c. seq. ext. de pier. auditis. & c. cū olim. & ca. ueniens. & de restit. spolia. cum ad sedem. Vel sic:

LIB. Corā. & c. peto talem ecclesiam in diœcesi mea sitā, ut eā ordinare ualeā, sicut exigit officiū pastorale, 10. q. 1. per totum. Eodem etiam modo potest eps petere monasteria in sua dięcesi sita, nisi priuilegio, uel præscriptione probentur exēpta, exta de relig. dom. per to-
6 tum.† Si autem abbas uelit contra episcopum agere ꝓ subiectione ecclesię, sic concipiet libellum:

LIB. Coram, &c. propono ego H. abbas monasterij Vincellens. ad Romanā ecclesiā nullo medio pertinētis, contra uenerabilē patrē episcopum Biterēsem, seu eius procuratorē legitimū, quod ecclesia sanctę Susannæ de Podiomissione diœcesis Biteren. est mihi pleno iure subiecta uidelicet institutione, distinctione, inuestitura rectoris in ea. & eius fideliter, & c quæ prosequaris, ut extra de re iudic. cum inter uos. unde peto dictā ecclesiam cum omnibus pdictis iuribus mihi adiudicari, & per uestram sentētiam declarari eā mihi in prædictis de iure debere subesse, ut in præd. decr. de præscriptio. ueniens. Vel cōcipiat, ut infra de capel. mon. uersi-
7 culo, uel sic.† Porro si aliquis plebanus agit cōtra capellas pro subiectione, sic libellum concipiat.

LIBEL. Corā, &c. propono ego H. plebanus, uel rector talis ecclesię, q cum tales cappellæ sint intra meā parochiam constitutæ, uel cum sint mihi & plebi meæ subiectę, capellani earū mihi, seu plebano dictę plebis, qui est pro tempore, tenentur annalem obedietiam facere, reuerētiā & obedlētiā exhibere, & ad eā pro scrūtino, baptismo, & cæteris celebrādis cōuenire, correctionem etiā plebani suscipere, sentētias excommunicātionis & interdicti ab eo latis inuiolabiter obseruare: ipsi uero mihi & ecclesię meæ prędicta facere & seruare indebite contradicunt. Vnde peto dictos cappellanos ad prędicta omnia cōpelli, & eos ad id debere teneri per vestram sentētiam declarari, extra de maio, & obed. his quæ. de capel. mon. c. 1. & dic. vt inf. de capel.
8 mon.† Si vero aliquis in aliqua capella gerit se ꝓ rectore in pręiudicium dicti plebani, concipe libellū, ut ext. de ele. querelam. & pone, hic, vt no. sup. de testib. §. nūc
b videndum. versic. in primo. Vltimo nota [b], q quatuor sunt actiones præiudiciales, & in rem, quarū duæ sunt prætoriæ: de prima dicam infra de natis ex libero ven. ver. porro. de secunda infra qui fil. sint leg. versic. porro.
9 † Sunt & aliæ duæ ciuiles. Prima, per quam seruus se ꝓ libero gerens, & obedire domino nolens, vendicatur in potestatem, vel dominium, de quo infra de natis ex lib. ven. versi. cæterum. Secunda, per quam quæritur an aliquis filius sit in potestate nostra. vel non, ff. de rei uē. l. 1. in qua sic concipitur libellus.
c LIB.[c] Corā, &c. conqueror de P. qui cū sit filius meus, & in potestate mea, mihi denegat exhibere reuerentiā filialem, vnde ipsum in potestatem meam uēdico per actionem in rem præiudicialem, & sibi sententialiter peto præcipi, vt me, tanquam filius, patrem reuereatur & tractet, ff. de rei vendi. l. 1. §. 1. Vel sic:

LIB. Coram, &c. conqueror de P, qui cum sit filius meus, & in potestate mea, mihi obedire recusat, vnde ipsum in potestatem meam vendico, adiecta causa de
d iure Quiritum, vt ea. l. §. si quis ita petit [d]. Per hanc etiā
10 actionem quæritur.† an quis sit subditus, vel non. Vnde potestas vendicans ciuem, sic libellum concipiet:

LIBEL. Coram, &c. conqueror de P. qui cum sit ciuis talis terræ, cuius sum potestas, uel consul, denegat mihi, ut suo potestati uel cōsuli, obedire, unde ipsum in potestatem meam uendico utili præiudiciali in rē, adiecta causa omnium incolarum, uel de iure ciuita-
11 tis, ff. ad muni. l. de iura. † Eodem etiam modo abbas, uel prior contra monachum, uel canonicum sic concipiat libellum.

LIBEL. Coram, &c. conqueror de P. qui cum sit monachus, uel canonicus talis monasterii, uel ecclesię, cuius sum abbas, uel Prior, mihi, ut suo prælato, obedire recusat, unde ipsum in meam potestatem uendico utili præiudiciali in rem, adiecta causa de iure canonico, ut in præ. l. & extra de maio. & obe. cum in ecclesiis.
12 Vel concipiat, ut infra de reg. uer. professionem † Eodem mō dominus contra uassallum concipiet libellū:

LIBEL. Coram, &c. conqueror de P. qui cum sit homo, uel uassallus meus, mihi tāquam domino obedire recusat, & respondere in his, in quibus uassallus domino suo respondere tenetur, uidelicet, ut subueniat mihi in exercitu pro emenda terra, pro corredo Domini Imperatoris, pro liberatione personæ meæ, pro

## ADDITIONES.

a Procedant. *Dicit Roffr. vt fiat clarum clarius*

b Vltimo nota. *Secundū Roff. cuius sunt hæc verba in libellis iuris ciui. rub. de præiudiciali in rem act. quæ datur cōtra filiū sam.*

c LIB. *Secundū Rof. qui, vbi sup ponit vtrunque libellū, dicit etiā in his septē necessaria, quæ colligas expositionib. quæ inf. ponunt.*

d §. si quis ita petit. *Contra has duas formas libellorū vide opiniones & responsiones Roff. quas ponit post libellos immediate, quæ obiectiones, & responsiones cōsistunt in hoc, q isti c. dicuntur præiudiciales aptitudine, non quod actio sit ex aduerso proposita, cui præiudicent, sicut Imperator dicitur Augustus, & matrimonium indiuiduum; vel dicuntur præiudiciales, id est fauoribiles, de quo remittit in titu. de partu agno faciēdo, ; 8. in ordine. Item dicitur in rem, quia ius vendicat, s. patriæ potestatis in filio, quod ius res appellatur, Inst. de req. & cor. & de hoc satis vide per Accur. Inst. de act. §. præiudiciales in 1. gl. vltra mediū. Item licet in reb. corporalibus non sit causam exprimenda, prodest tamē exprimi et post, quia succumbens agere potest ex alia causa; sed i secūdo libello exprimitur causa, quia hic realis est pro re incorporali, secūdū eū. Ad tres sequētes libellos etiā opponitur, q illis tres nō sūt in potestate agētiū, q oēs possent esse in patria potestate. Distingue.*

*stinguit tres potestates, dominicā, patriā, & iudicialē. & vide, ꝙ no.ff.de test.l.idonei. Ad itellectū aūt quarti & vltimi libelli ponit distinctionē Azonis in Sūma de rei ven.ver.vt aūt, & quæ no.ff.eo.ti.l.1. & quæ tāgūtur ex.de conuer.infid.c.2.in 1.gl. & quam ipse etiam prosecutus est in ti.de libe.exhib.*

pro militia, & pro maritanda filia mea. Vnde ego contra eum, vt mihi in prædictis intendat & obediat tanquam domino, peto etiam ipsum & vendico in uasallum meum, petens ipsum ad hoc sententialiter condē
1 nari, & ad hoc propono vtilem.in rem præiudicialem, adiecta cā de iure vassallorum, uel feudorū, vt infra de feudis.§.quoniam.uer.& nota, ꝙ & §.fi.versi.cæterum.
13 & sequen.† Non solū autē hæc præiudicialis locū habet, cum ipse filius facit controuersiam sui, vt dictum est: verum etiam locum habet, si quis filium tuum inuitum, vel nolentem detinet, tunc sic concipe libellum.

L I B.Coram, &c.conqueror de P.qui filium meū in potestate mea existēte detinet, vnde ipsum filium meū ab ipso uendico, & ad hoc propono præiudicialē in rē vēdicationem adiecta cā de iure Quiritum, ff.de rei vē. l.1.Vel dic, ut infra de conuer.infid.uer.porro.& seque.
a Actor ergo sic in primis libellum ponet a:
14 POSITIO act.† Pono, ꝙ contraxi matrimoniū cū tali.Item ꝙ tali tempore illud ꝯxi. item ꝙ cum illa tanquā cum vxore, postea cohabitaui continue per multa tempora, eā tanquam uxorem tractando. Itē ꝙ intra illa tpa fuisti natus ex ea, ff.de his, q sui, uel ali. iuris sunt,
y l.item.& l.filium b.Item ꝙ sum sanus, & iuuenis, & possum cognoscere mulieres, ut in pre.l.& extra de frigi. quod sedem.27.q.1.nuptiarum.in prin. Item quod præcedo te plena pubertate, Insti.de adopt.§.maiorē.Item ꝙ te semper ut filium tractaui, ext. qui fi. sunt leg.ca.3.
c Item ꝙ sum Romanus, uel de Imperio c, Institu de pat.
d pot.Item ꝙ fuisti in potestate mea d.Reus uero sic:
15 POSITIO rei.† Pono, ꝙ talis dña est uxor T. ergo non actoris, ff de his, qui no.infa.l.j.& Inst.de nup.ex de big.nuper.Itē ꝙ ex alia fui natus.Itē ꝙ imposuisti mihi necessitatē peccādi, uel famę me affligebas, uel uerberabas, C.de emāc.l.fi.ff.si quis à pat.fa.ma.l..Itē ꝙ legatū recepisti, ut me emancipares, & me emancipasti.Item ꝙ me sponte emancipasti, ff. de condic.& demō. sicut. Item quod tot annos.habeo, quot & tu.Si autem vxor inuita detineatur, dic, ut inf.de conuers. coniu. De formis diuersorum iuramentorum, quæ præstant inferiores superioribus, uel Imperator, uel Rex, uel miles, & alij, uide infra de iureiuran. ad. fin.in pluribus uersicu.

## ADDITIONES.

a Ponet. *Secundum Ros. vt prædixi.*
b Et l.filium. *Omnia hæc Ros. ponit pro primis duobus.*
c Vel de Imperio. *Addit hoc Ros. ne intelligatur de Romanis tātum. nā & Lombardi habent patriā potestatem, ut in Lombard. de success.l.si habuerit quis filios. Item Gallici, Hispani, Angelici, Prouinciales, & singuli suo sunt Imperio, C.de offi. præfec. prat. Afr.l.1.& 2.ff.de uer.signi.si notionem.§.1.facit l.Iudæi.C.de Iudæis, ff.ad l.Rho.de iactu, de precario.11.q.1.§.hoc si quis antiqua.*
d In potestate mea. *Dicit Ros. semper.*

a De officio.a Rubrica.

## ADDITIO.

a *Auctor infra remittit ad rub.supra parte 1.de offi. omnium iud. & uide, quod ibi dixi super rubrica, latissime patet, &c.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Officium iudicis datur, ubicunque alias actio non datur, & quem libellum exigat.*
*Libellus non est, ubi iudicis officium deseruit actioni, necessarius.*

1 OFFICIVM iudicis latissime patet ff. de iuris.om.iud.l.1. datur † enim, ubicunque alia actio non datur, ff.de minor. in causæ. in prin.sic ergo in eo concipiuntur libellus.

L I B.Corā, &c.propono, ꝙ in tali cā, quę corā uobis inter me & T.uertitur pp partis alterius fauorē, vel pp paupertatē meam habere non possum aduocatū, unde imploro uestrū officiū. ꝙ mihi dignemini super hoc ꝓuidere, ext.de offi.iud.c.1.ff.de of.procon.nec quicquā. §.aduocatus.ff.de postu.l.1.§.ait.prætor.uel imploro officium uestrū, ut faciatis talē cōpositionē seruari, ext.de pac.cū pridē, uel ꝙ mihi prouideatis de tali præbenda, in qua sum decept tus, ext.de rerū permu.c. cum uniuersorum.& sic de alijs casibus, in quibus officium iudicis imploratur.quod dic copiose, ut supra de off. om.iud.
2 † sed certe in primo exemplo non uidetur necessarius libellus, nec etiam ubicunq; iudicis officium deseruit actioni.quod dic, ut sup.de libel.concep.§. nunc dicendum.cum suis remissionibus. Competit autem in pluribus alijs casibus, sicut in diuersis titulis huius opusculi poteris inuenire libellos conceptos, & repete hoc, qđ no.sup.de lib.concep.§.fi.uers.sis etiam cautus. De seq. titu.s.de maior.& obed.dictū su.titu.est sup.titu. proxi.

a De treuga & pace a. Rubrica.

## ADDITIO

a *De treuga auctor nihil dixit, circa quam quęro cum Vinc.eo.titu.c.1.in fin.an ille, cui frangitur treuga, teneatur illam seruare frangenti? arguitur, quod sic, per c.11.q.3.§.inter verba.in fi.vbi de hoc. Ad contrariū allega.C.de Iudæis, die sabbati, ext.de iureiu.peruenit. & vide, ꝙ ibi post eū dixi super 3.gl.tenet enim primū, & dicit sic seruari in Hispania. & vide ꝙ de pace fracta infra dicā post Gul.eius dictū etiā posuit Archidiaconus ad litera 24.q. 3 illi, qui, quod capitulū multum etiā facit ad qonem domini Iac. de But.quæ incipit, orta guera. quærit, si ex duabus ciuitatibus guerram habentibus, altera conuenit cum quodam nobili dare sibi stipendia pro centum equitibus ad faciēdā guerram, vsquequo ipsa guerra duraret, facta est treuga inter ciuitates illas ad annū & amplius, donec fuerit reuocata, quærebat, an stipendiū interim illi nobili debeatur? tex.enim canonis illius sic dicit; pax illa, quā treugam Dei dicimus, sic obseruetur, &c. optime facit de iud.nouit.uer.postremo. vbi dicitur, quod fœdera pacis non fuerunt serta vsq.ad præfixum terminum, ergo patet, quod de treuga loquitur, & sic ꝑ hos tex.probatur treugā esse pacē.per quod posset attenari, ꝙ etiā si conuentum fuisset de stipendijs dandis vsque ad pacē, non deberentur, treuga facta, cum illa sit pax ad tempus, nisi dictū fuisset usque ad pacem perpetuam, uel solidam, ut sequitur in præ.decre.nouit.ver.ne igitur. Concluditur ex his, ꝙ minus dubij habet qō prędicta, in qua subtiliter disputata tenui stipendia non deberi. Inter motiua est, quod ponderatis uerbis treugæ, ipsa potest esse perpetua, & hoc sufficit, ff.de condi.inde.l.sufficit. & l. qui promisit. Inducit etiā l.pe.ff.de curat.fur. vt sicut cessante furore, etiam ad tempus cessat administratio curatoris, sic cessante guerra, etiam ad tempus cessant stipendia, quæ dabantur ad guerram faciendam, vt ponit. ad quod inducit generale, ꝙ ca cessante. & inducit etiam hic nullum interesse, ad quod hoc casu veniret agendū, ff. de præscri.uer.l.naturalis.in prin.§.1.quis si cessat stipendiū, cessat labor & periculū, & hæc compensantur, ff. loca.l. 4.& l.si quis domum, induxit quasi pro casu, ff.loc.si insulā.§.quidā. Quo ad fin partem rubricę, de pace, uide qōnes super regula, frustra.lib.6. Item fuit qō Gul.in quæstione statutorum, ibi centesima, de ciuitatibus facientibus pacem vallatam pœna pro se & suis subditis, an hæc pax extendatur ad uillam, quæ illarum alteri postea se submisit? & dixit, indicatum fuisse, ꝙ sic, per l.si serui tus.ff.de se.uerb.præd.& de testa.tu.si quis ħ liabus. Ad materiā facit ext.de prim.c.quia circa.& c. cum capella. & quod in illis no.etiam tenet ibi sub litera L.& in l.cū.proponas.inf.alle.& in l.fi.§.sed & si.ff.de eo, per quem fa.est, ꝙ si A.& B.fecerunt pacē sub certa pœna, & A.vulnerauit B.& B.postea vulnerauit A.ꝙ B.non tenetur ad pœnā, quia ex quo pax fuerat rupta, pax non potest rumpi per B. C. de pact. cum proponas. & de trāsact. si quis maior.& l.siue apud acta.ff.de inoff.test.si institutus.in prin.nec pœ na am-*

*na amplius committi, arg. ff. de arbi. si duo. §. 1. nisi dictum fuisset quod pena toties, &c. Fatetur tamen, quod de vulnere bene tenetur, quia non debuit sibi vindictam assumere, C. de Iuda. l. nullis, ff. quod met. cau. l. extat.*

*ADDE, an treuga dicatur rupta per raptũ filiæ illius, cum quo facta est treuga? Alexan. consil. 112. 1 lib. & ibi de materia huius tit. Et quid si in pace dictum sit toties, quoties contra factum sit, per eundem cons. 119. li. 14. Quid si ciuitas fecit confœderationem cum duobus Regibus, Ducibus, vel duabus ciuitatibus, & pariter requiratur ab ipsis, cui primo debeat obedire? Ro. consil. 47. dicit, quod habenti ius potentius.*

*SVMMARIVM.*

1 *Instrumentum publicum qualiter super pace & concordia sit cõficiendum.*
2 *Actionem iniuriarum nemo cogendus est remittere.*
3 *Pax & concordia differunt.*
4 *Pace & concordia per procuratores factis, debet ad hoc speciale man datum haberi.*
5 *Fideiussio an. & quo casu pacem rumpere dicatur.*
6 *Pace inter suos inita, si contigat vnum illorum alterius consanguineum interficere, an possit accusari de pace rupta.*

SVPER pace & concordia sic põt publicum
a in strumentum formari a:
1 FORMA. † Cũ inter P. ex parte vna, & H. ex altera, accusationes essent corã tali iudice super quibusdam vulneribus sibi ad inuicem, vt dicebant, illatis, intentatæ, tandem volentes ad pacem, & concordiam peruenire, fecerunt pacis osculo vicissim & mutuo interueniente firmã & perpetuam pacem, fine, remissionẽ atq; concordiã specialiter de dictis vulneribus & generaliter de omnibus iniurijs, maleficijs, ac offensionibus, seu contumelijs, verbo, vel facto qualitercunq; ad inuicem illatis, promittentes ad inuicem solenni stipulatione per se, eorumq; hæredes, sc. vnus alteri, q̃ super accusationibus præmissorum vulnerum occasione factis per se, vel per alios vlterius coram quocunque iudice non procedant, nec eas de nouo instituant, nec instituí consentiant, nec aliquis eorum operam dabit, q̃ aduersus alterũ per inquisitionẽ, aut alio non pal... quẽ iudicẽ, vel curiã procedat, sed in totum à prosecutione qualibet desistent, & dictã pacem, siue remissionẽ atq; concordiã, & oĩa, & singula suprascripta perpetuo grata, rata, & firma habebũt, & tenebunt, nec contrauenĩẽt p se vel alios aliqua rõne, vel cã de iure, uel facto sub pœna centũ li. Tur. stipulatione ad inuicem inter eos in singulis capitulis huius contractus ĩ solidũ pmissa, cũ refectione damnorũ & expẽsarũ litis & extra. & obligatione bonorum vtriusque partis, & pœna soluta, vel prędicta omnia & singula firma perdurent.
Hæc forma probat 90. d. per totũ, extr. de sent. excom. contingit. 1. & C. de transac. transigere. Ar. cõtra, 2. q. 3.
b c. si quem. §. notandum uer. in oĩbus b † Et no. q̃ actio
2 nẽ iniur. aũt satisfactionẽ, nemo cogitur remittere, vt 23. q. 4. si illic. imo bene facit quis agendo actione iniuriarum, ne crimina remaneant impunita, ut ext. de sẽ. excom. vt famę. 45. d. & qui emendat. 23. q. 5. de occidẽdis. Rancorem vero dimittere teneatur, 90. d. si quis cõ
c tristatus. & §. seq. c † Item nota, [d] quod si non fiat pax,
3 sed sola cocordia. tunc non fiet in instrũto de osculo mẽ
d tio, nec de pace. Item si ex altera parte tm̃ iniuria sit illata, tunc non fiet mutua pax, promissio, seu concordia,
4 sed solum fiet simplex remissio inferẽti a passo. † Hoc quoque no. q̃ si hæc fiant per procuratores, debent ad hoc speciale mandatũ habere, de quo etiam in pacis instrũo fiat mentio specialis, ff. de procu. mãdato. ex. de arbi. per tuas. & de trans. cõtingit. ff. de pac. nam. & nocere. & vide, qđ notatur super pace ĩ. de ho. uer. illud. &
5 seq. † Sed pone: A. & B. fecerunt pacem ad inuicẽ, post hoc A. accusat P. de aliquo publico crimine, puta de homicidio, petens eum incarcere custodiri, sed B. fideiussit pro P. & sic non incarceratur, vt ff. de custod. & exhib. reo. diuus, nunc q̃rit, vtrũ B. videat pacẽ fregisse fideiubendo? Et vr̃, q̃ sic, C. de inoff. test. liberi. in fi. ff. de off. p̃. vrb. l. 1. cũ patronus. C. de Iudęis, l. cęlicolarũ, ibi q nõ est mecũ, ff. de reg. iu. q non facit, ff. de fideiuss. eũ, qui. §. pe. ff. ad Treb. si cui pure, §. 1. ext. de acc. meminimus. Vr̃. n. cũ eo amicitiã copulasse, & per cõñs pacẽ fregisse, cũ sit graue fideiussorẽ inuenire, in Auth. de depos. circa fi. & vr̃ pro cõ me fideiubere, ar. ext. de acc. repellat. Quidã cõ dicunt, licet. n. pacẽ cũ illo fecerit, nõ ideo tenet̃ facere guerram suis inimicis vel eos, si sint amici nõ iurare, alioquin pax potius esset ei mala, q̃ bona. Pręterea hmõi fideiussio pdest ipsi P. nec nocet A. q̃a nihilominus accusare põt, vnde interdicenda non est, arg. ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. sed & si fossa, & §. idem ait aq̃, & l. in summa. §. item Varus, in fi. Præterea libertas est naturalis facultas eius, quod vnicuique facere licet, Inst. de iure pers. in prin. Nõ ergo prohiberi debet facultas fideiubendi, vt ext. de secundis nup. c. pe. & fi.
6 28. dist. de his. † Quid si quilibet eorũ fecit pacẽ pro tota parte sua, postmodũ A. interfecit quendam consanguineũ ipsius B. ex ipsis, qui B. in guerra seruierũt, nũquid B. poterit accusare A. de pace rupta? Vr̃, q̃ sic, ille. n. cum eo fuit in guerra. vnde de eius parte esse vr̃, argu. C. de inoff. test. liberi. ff. de off. præ. vrb. l. 1. §. cum patronus. ff. de iur. fis. si accepto vlu togæ. C. de Iudęis, & cęti. l. cælicolarũ. Item affectionis ratio habenda est, ff. man. cum seruus extero, ff. de leg. 1. si domus, §. qui cõfitetur, ff. de seruis expo. si seruus, 1 & quæ. 2. nõ æstimemus. item facit ff. de iniur. l. lex Cornelia. ff. de testibus, l. 3. §. lege Iulia. ff. de acc. l. 2. ff. vnde cog. l. Octaui. Arg. contra, quia pactum & stipulatio non pertinẽt nisi ad personas in eis cõtentas, ff. de vsufr. l. 1. §. si operas. Item generaliter dictum fuit pro parte sua. Vnde illud videt̃ esse neglectum, arg. ff. de iniur. item apud, §. hoc edicto ff. de Publi. l. 1. resp. 1. Iste enim videtur esse extraneus, vt C. de rei uxor ac. l. vnica, §. extraneum, & C. de iu. dotium, l. fin. §. similiq; modo. & pro extraneo nõ potuit stipulari, ut ff. de verb. obli. stipulatio, §. alteri.
SOL. Dicunt quidam, pacem esse ruptã, pręsertim
e quia cum illo arma portauerat. e

ADDITIONES.

a Formari. *Secũdũ Ro. p. tr. 6. c. 3. fm ordinẽ rubricæ præmitti debuisset instr̃m treugæ, sed si Rolan. reformasset, auctor posuisset. Igitur suppleamus om. ssum, et cõiter Doctores. ponunt duplicẽ speciem treugarum, s. canonicas, de quibus eod. ti. c. 1. & hę non requirunt instrumenti formã, et conuentionales, sed posset addi tertia species, s. indistinctæ, vel iudiciales, et hę requirũt formas. Hęc tertia species probatur 24. q. 9. illi, qui, vbi videtur, quod prouinciale concilium episcoporum habeat indicere treugas, cui cõuenit, ff. de offi. presi. l. congruit, quæ ẽt de preside prouinciæ loquitur, facit l. æquissimum, ff. de usufruc. in prin. cum suis concor. ff. ad l. Cor. de sicar. l. penult.*
b Ver. in omnibus. *Dic, ut ibi no. ex. de collu. c. 1.*
c Et §. seq. *Vide, quod plene scripsi de homi. c. 2. li. 6. super 3. glo.*
d Item no. *Secundum Rolan. qui vbi supra, ponit hoc dictum et duo sequentia.*

*ADDE, procurator habens mandatum ad faciendam pacẽ, non potest obligare mandantẽ, quod non ibit in loco, vel comitatu, ubi morantur illi, cum quibus est facta pax, secundum Petr. de Ancha. consi. & versi sed pone. Adde, quę consuluit Paul. de Castro, consi. 298.*
e Portauerat. *Cõuertitur casus pone A. habens pacẽ cũ B. aggreditur et vulnerat ipsum B. in hoc habẽs duos socios, pone. C. et D. quęritur, an socij accusari possint de pace rupta, inuenio extra volumina Vber. de Bob. super l. uni. C. de his, qui pat. vel lib. occi. & Albert. Gal. allegare ad partem, quod teneãtur, l. utrũ ff. ad leg. Pompo. parric. quę bene facit. nam ibi opem. vel consiliũ dãs parricidio, tenetur eadem pęna, qua agens. Ad contrariũ alleg. Vbert.*

*Ybert.ff.de furtis,qui opem. Albert.Gal.ff.de condi.fur.l.proinde.& l.ult.aliter punitur,qui dedit opem furto, quam furem. Secunda uult dantem opem non teneri cōdictione furtiua licet teneatur furti.non habeo,qui eligant. Tenens secundam, respōdet ad primā illud pp immanitatē criminis speciale. Sed certe inter enormia bene cōputatur pacis fractio,de iudic.nouit.uersic.licet aūt.facit lex Federici,hac edictali,de pace iuramēto firmā. & c. Inuenio Hugo.de fun.disputasse hanc q. & inci.plures aggressi sunt,& c.et in tacit pro j.l.utrum,et tenet illos socios non solū sciētes frangere,sed ēt ignorantes teneri de pace fracta. Mouet eum quia fuerunt in culpa,et uoluerunt delinquere,allega.ff.de fur. ī sin.ti actione.§.ope.ubi si plures socij uadunt ad iniuriā inferendā, & alter furtum facit,& alij ēt tenentur. Itē q solum animū habuit corrūpendi seruum,tenetur ēt de rebus per eū ablatis,eo. ti.de fur.qui seruo.§.i.le Pomponius,& ff.de seruo corup.si quis seruum.in fi.cum l.seq.in prin.Catera perquirat indigēs de istis. qui dant operam rei illicitæ,quō eis imputatur euentus,ut de ex. de homic.sicut dignum,in glo.penul.uersic.si uero.*

*ADDE ad dictum Spec.quod scripsit Alexand.in l.Chrysogonus,de uerbor.obligat,et eius consil.120.lib 4.*

Bal.De ætate & qualitate.

| | |
|---|---|
| De clericis peregrinis. | De officio ordinarij. |
| De officio delegati. | De treuga & pace. |

ALIVD est cōcordia,aliud remissio iniuriæ,aliud pax Item procurator non potest facere cocordiam sine speciali mandato :omittere potest,remittere non C.de pac.l.pactum curatoris,ff.de uer.obli q.u.Romę §.Flauius.de Pub.l.fi.§.si quis professus,vide s̄.de accu. §.per famam.Item an uideatur rumpere pacem cum B.qui fidem bet pro eius inimicis,ibidem. G.Item qui dicantur esse de parte ecclesiæ,&qui de parte d.Bonabonis vice comitis,vide j̄ G.ap materiā vide j̄.de homi.§.tuto.& §.seq. Quomodo potest fieri pax de morte ante mortem,s̄ de accus.§.pax.vide alias 2.q.in §.an de iure,& §.seq.

a De pactis & transactionibus.a Rubrica.

a *Congrue miscuit auctor has duas rubricas, & ad q̄libet ipsarū facit qō scripta super regula.j̄.tus.li.6. Qōnē Pilei 63.de pacto destruenda domus ruinosę pro certo, quæ casu corruit, unde de pacto molendini,furni,uel nemoris,postea crescente familia pascentis,ubi scripsi extra de censibus.quanto in glo.argu. secundum Pet.& fuit dominicalis l.de facto ciue eo pacto, quod nō teneatur ad collectas & munera,scripsi de immu.eccle.c.2.in fi. An per pactum generale ueniant casus fortuiti, plene scripsi de commod.l. capitu. vno, super 2.glo.Et sciendum,quod Fran. Accur.disputauit quæstionem,quę incipit, Titius uendidit. quęrens de illo,qui vendidit adulto non habenti curatorem fundum,f.pro centum,& tradidit hoc pacto,q̄ restitutis sibi centum intra triennium teneretur emptor restituere venditori fundū, & uenditio haberetur pro nō facta,tenuit, qd̄ hęc venditio fuit pura,& sub cōditione resolui poterat facit ex. de pigallos vos.dicens,quod si contractus fuisset factus cum maiore,ualuisset,& locus esset legi secundæ,C.de pact.inter empt.& vend.quia uero ille minor erat,dicit,pactum non ualuisse,per l.si ad resoluendam,C.de prędys minor.non aliter.Circa materiam transactionis disputauit dominus meus,& quæstio incipit controuersia.si inter hæredem scriptum & legitimnum lis orta est,& transactione finita,a quo debitores hæreditarij debeant conueniri, Et hanc quæstionem facit lex,ff.de transa.,controuersia,dicit ipse,si legitimus dicebat testām rumpendum,et transegit,ex quo res non est reducta ad causam intestati,indubitatum est,quod scriptus hæres conueniētur a creditoribus,& aget contra debitores,ut no. in l.prædicta. Itē cōtra,si legitimus remanet hæres uniuersalis,et scriptus.habuit aliquam rem singularem.Ipse enim conueniret,& conueniretur,ut supra. Commoda enim personalium actionum semper sequuntur uniuersalē successorē,& nō certa rei possessorē.ff.ad Treb.l.1.§.Si hæres.C.de sent.pas.l.si debitor.Inst.de fideic.hære.§.si quis una.Sed ubi quisq;,f.& scriptus & legitimus habuit certam quotam ex transactionis causa,hoc casu de creditoribus scriptū est in præ l.controuersia,q̄ unumquenque pro rata cōueniat, sed circa debitores hæreditarios,a quo cōueniantur, dicit fuisse de facto dubitatū. Dicit aūt æquitate uideri,q̄ hoc casu, cū dubitatū, an locū habeat cā testati,uel intestati,debitor hæreditarius conueniat ab utroq; pro rata,arg.illius l.& licet alio casu loquatē, i.increditore,non tamen legis natura generaliter est lex,s.incertum successionis. De rigore tamen dicit,quod debitor nulli in tali dub. respondere tenetur,ff.de usu.l.sed & si quis stipuletur, in fi.de arbitris,non distinguemus.§.summa. Non enim respondebit reus actori non plene suam intentionem fundanti. C.de prob.actor. Et si opponatur non posse quem decedere pro parte testatū, fatetur id,sed dicit,bene posse dubitari,an testatus,an intestatus decesserit,& potuit esse qō inter scriptum & legitimū, & transactione sopita,& adhuc posset dubium remanere,& sic de æquitate quilibet pro parte admmittatur beneficio huius legis.*

*SVMMARIVM.*

1 *Transactio quid sit,& in quibus fieri dicatur.*
2 *Pactum est duorum,uel plurium in idem dandum,uel faciendū, uel non faciendum consensus.*
3 *Pactum ex postfacto,uel de non petendo,qualiter ntelligatur,& in quibus interuenire possit.*
4 *Amicabilis compositio potest in spiritualibus iudicis offi. interuenire.*
5 *Finis,remissio,refutatio,& huiusmodi, an ad idem semper referantur,aut an equipolleant.*
6 *Renunciatio est proprię rei, uel iuris spontanea refutatio.*

SCIENDVM est,q̄ aliud est transactio, aliud pactum,aliud amicabilis cōpositio, aliud finis refutatio,seu remissio,& aliud renunciatio.

1 † Transactio est de re dubia & lite incerta nō gratuita pactio,sed aliquo dato,vel retento,vel de re

a tinēdo a promissio,ext.e.super eo.C.eodem,transactio. Ex quo patet, q̄ non potest fieri titulo donationis : & hoc in spiritualibus non interuenit,vt ext.eod. constitutus.& c.super eo.nec in eis annexis,vt eo. titu. præterea. 2.Et si quandoque inueneris contrarium, expone, ibi transactio,i.amicabilis compositio,vt eo.tit, ex literis. cum suis concord.de offic.& pot.iudi. delega. si quan-

2 do.† Pactum est duorum,vel plurium in idem dandū, vel faciendum,seu non faciendum,consensus, ff.de pa. l.1.22.questio.prima,omne,quod. Et dicitur pactum, quasi ex pace factum,ext.de verbor.significat. pactum, & hoc in spiritualibus ab initio non interuenit, vt extra

3 de pac.actiones,1.q.2.quam pio.† Ex postfacto, sic. 8. questio.3.Artaldus,si sit talis conditio,ad quam alias tenetur,ext.de elect.significasti,ff.de cond.& dem.conditiones,33.dist quanquam.ext.de præb. significatum. & & de præsum.c.fi. Secus,si alias non teneretur, vt ext.de simo.per tuas,1.pactum aūt de nō petendo vlterius fit

4 super re certa,&fieri pōt gratuito.† Amicabilis compositio potest in spiritualibus iudicis officio interuenire, vt extra de pac.cum,pridem,ext.de præbē.nisi essent.& in præ.c.si quando,nulla tn̄ pactione præcedente, vt in

5 præ.concor.† Finis aūt,remissio,& refutatio, & hmōi, quodammodo referuntur ad idem,licet non adeo æquipolleant,quin diuersum habeant significandi modum, vt argumen. extra & hęc non valeant, nisi iustam causam,vel titulum contineāt,sicut nec cessiones,extra de

6 de fi.instr.si cautio.† Renunciatio vero est proprię rei, vel iuris spontanea refutatio. Primo igitur in hoc titulo instrumenta formemus, & secundo libellos.

ADDITIO.

a Retinendo *Vel suppledando,uel retinendo.*

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Instrumentum finis, refutationis, transactionis, & pacti de ulterius non petendo, qualiter sit conficiendum.*
2 *Renunciatio mulieris, aut pactum de non petendo ulterius aliquid de bonis patris, &c. an teneat.*
3 *Frater si postulet a sorore nupta securitatem de bonis matris mortuæ, qua ratione concipietur instrumentum.*
4 *Instrumentum generale finis, transactionis, & refutationis, qualiter sit conficiendum.*
5 *Transactio quo casu, etiam sententia lata, non teneat.*
6 *Ex pacto transactionis an possit oriri actio.*

1 1. §. Instrumentum † ergo finis, refutationis, trāsactionis,
a & pacti de ulterius non petendo, hoc modo cōficietur a.
FORMA. H. quondam filia B. & soror Titij fecit per
se suosque hæredes d. T. eius fratri, filio & hæredi quondam
dicti B. pro se suisque heredibus recipienti, finem,
refutationem, transactionem, & pactum de ulterius nō
petendo, de oī iure, & actione, & de oī eo, qđ ad eam
spectat, aut spectare, vel pertinere poterat in bonis quondam
dicti B. Patris sui, noīe & occasione institutionis,
seu successionis, aut hæreditatis, vel testamēti quondā
dicti B. patris sui, siue Falcidiæ ad se spectantis in bonis
paternis iure naturæ, seu alia quacunq; rōne, vel causa,
& hoc pro centum lib. Tur. quas cōfessa, & nis cōtenta
fuit se ab ipso T. habuisse & recepisse, exceptioni
non datæ, & non solutæ dictæ q̄titatis pecuniæ oī iure renūciās.
Vel sic & hoc pro cen. li. Tur. in quib. pr. eius eā
in testō hęredē instituit, quas cōfessa, & nis cōtēta fuit
ipsum T. eius fratrē pro ea, & ipsius mādato & voluntate
soluisse, seu soluere cōuenisse in dotē & donis suę nomine
P. eius viro, vel socero, absoluens eum, vel liberans,
eiusdemq; hæredes, ac bona ab oībus & singulis, q̄ p̄
dictorum occasione, aut alia quacūq; petere posset, nec
nō pmittēs solēni stipulatione eidē T. litē, vel controuersiā
seu q̄ōnē aliquam, vel eius hr̄dib. p̄dictorū occasione, vel
alia quacunq; p se, vel aliū de iure, vel facto, ullo tpe
nō inferre, nec inferēti ɔsentire, sed p̄dicta oīa & singula
ppetuo firma, grata & rata hr̄e & tenere, nec ɔtrafacere
vel venire aliqua rōne, vel cā de iure, vl̄ de facto sub pęna
quinquaginta li. Tur. stipulatione ī singulis capitulis huius
ɔtractus, pmissā, &c. insuper quia minor 25. annis erat
maior tn̄ 12. iurauit, &c. Sed ɔtra. C. de col. l. 3. C. de pa.
b pactum, quod dotali, dic, vt ibi b, & C. de inoff. test. si qū. §.
illud. Quod aūt dixi de iurō, probat ext. de rest. spol. ex
parte, & C. si adu. vēn. Auth. sacra. & 22. q. 5. paruuli,
2 & c. seq. † Et nota, ꝙ non tenet renūciatio mulieris, vel
pactū de non petēdo vlterius aliquid de bonis patris, vel
c matris c. q̄ fiunt, cū dotant parentib. viuis, de quorū hæ-
d reditate q̄rit, quod dic, vt in præ. l. pactū, & eo. ti. quam
e uis d. Poterit tamen, si fiat hoc modo, valere e.
FORMA Ego H. ɔfiteor me habere in dotē de bonis
dn̄i G. patris mei pro parte & Falcidia bonorum suorū
centum lib. traditas, vel promissas B. viro meo, unde ex
cā donationis promitto tibi P. fratri meo recipienti, &
stipulanti nomine tuo, & talium fratrum tuorum, ꝙ si
quid ad me de bonis paternis, uel maternis aliquo tempore
peruenerit, id totum restituam, atque dabo tibi
nomine tuo & fratrum tuorum recipienti, & tradam
excepto eo, ꝙ mihi dederunt in dotem, uel donauerūt,
uel in futurum dabunt, & spāliter quæ in testamento,
uel codicillis, uel donatione concesserunt. Quę omnia
promitto, ɔsentientibus patre & matre meis, sub pęna
centum li. & quia minor sum, iuro omnia prędicta corporali
sacrō seruare. hæc forma probatur C. de pact. l. fi.
ti. de rei. e. n. p. & uen. si quis seruam, & ualet hic ɔtus,
nisi pater mutauerit uoluntatem. Dēt etiam tabellio
scribere, quod hæc oīa facta sunt patre eorum pręsente,
ɔsentiente, & mandante. Est ergo necessarius consensus
parentum, ut dixi, & iurm etiam sufficit, secundum
Cano. ut s̄. & uide j. de emp. & uend. §. 3. uersi. so
f rore f. † Si autem frater postulet à sorore, quæ nupsit,
securitatem de bonis matris mortuæ, ita dicetur:
FORMA. Ego soluo, quito tibi P. fratri meo cōsentiente
patre meo, omnia bona quondā B. matris meæ,
& cedens & concedens tibi partē, q̄ mihi contingere
posset, cum actionibus utilib. & directis, realib. & personalib.
& oī iure mihi ɔpetenti, in rem tuam ɔstituēs
procuratorem ad habendū, tenendū, & quicqd tibi placuerit,
faciendum, ɔfitens me de prædictis bonis tātam
q̄titatē in dotē à uobis habere datā D. uiro meo, unde
renuncio exceptioni non datæ pecuniæ, & actioni, seu
petitioni, quæ ɔpeteret circumuentis re ipsa ultra dimidiā,
uel minus dimidia, quę omnia s̄. scripta, &c. C. de
transf. fratris. & l. cū mota. & l. si maiores. & l. quamuis.
1 Generale autem instrumentum finis, & transactionis
g & refutationis sic conficietur g.
FORMA. T. fecit per se, suosque hæredes P. pro se
suisque hæredib. stipulanti finem, refutationem, transa
ctionem pactum de non petendo spāliter de cētum li
bris Tur. quas ipse P. dicto T. dare & soluere tenebat,
ut patet instrumento manu talis notarii confecto: &
gn̄aliter de omni iure & actione, ac de oībus. & singulis,
ad quæ ipse P. dicto D. hactenus tenebatur, seu teneri
poterat nomine et occasione cuiuscunque quantitatis
pecuniæ, aut debiti, siue rei, uel promissionis, uel obligationis
sibi ab ipso P. hactenus factę, debitę, uel promissę,
aut ēt cuiuscūq; instrī, uel scripturæ, siue alia quacunq;
rōne, uel cā, et hoc iō, quia confessus et contentus
fuit se ab ipso P. habuisse et recepisse dictas cētum
libras Tur. et sibi integre solutū et satisfactum esse de
omni debito, et re, omnibusque et singulis, ad quæ idē
P. hactenus ex quacunque scriptura uel instrō, siue rōne,
uel causa tenebatur eidem exceptione sibi non datæ,
non solutæ, et non habitæ prædictæ quantitatis centum
lib. Tur. et sibi non soluti, et dati totius, ad qđ idē
P. sibi

ADDITIONES.

a Conficietur. *Secundum Rolan. parte 4. c. 8.*
b Dic, vt ibi. *& statim remittam vt.*
c Matris *Quę si mortua tunc esset, vide, quod dicam inf. de test. §. 1. super ver. pone. filius. & facit, quod sequitur.*
d Quamuis. *Tenet tamen, si fuit per illam iuratum, eo titu. cap. quamuis lib. 6. Sed non obstat filio nunc inopi iuramentum de nō petendis alimentis, vt no. inf. qui filij sint leg. §. 1. ver. sed pone.*
*ADDE de materia c. quamuis, pulchre per Pe. de Anch. cōsi.*
e Valere. *hoc consilium atribuit sibi Pe. de Bel. vt ponit, Cyn. C. de colla. l. pactum.*
f Ver. sorore. *Ad ampliationem huius materiæ est sciendū, quod Accur. in l. fi. C. de pac. in gl. sed ipse. in fi. tenet, quod etiā per stipulationē posset hæreditas deberi, quasi bona mea promitto post mortē mea, C. vt ab hære. & contra. hære. l. 1. & dicit, quod erit donatio causa mortis, vel inter viuos. Idē si promittis dare post mortem tuam bona, quæ fuerunt patris tui, & hoc dicit, secundū Azo. pro his facit Inst. de inu. stipu. §. post mortem. aliquibus videtur, quod hęc esset bona via, quod omnia bona donarentur vsufructu retento, alleg. l. si quis in fi. C. de resc. vē. ven. Et istius materiæ Canonistæ notitiā habeant, est sciēdū, ꝙ Al. Ga. extra opus super l. vlt. C. de pac. d. finxit pactū successionis esse duplex, s. de succedēdo, vel nō succedendo, de secūdo se expediuit, ꝙ nō valet, C. de inoff. test. si qū. §. 1. & de acqui. here. qui super iis de suis & leg. d. l. fi. C. de coll. l. pactum. respondeo ad l. 1. ff. si à parēte. §. si parens. vide ibi, & eo. ti. de pac. c. 2. li. 6. in 5. gl. Primo casu cum de succedendo, si fit cum illo, de cuius hæreditate agitur, nō valet, C. de pac. pactum, ꝙ dotali. & de pac. conuenientis, l. hæreditas. & de inutil. stip. l. ex eo. ff. de ver. obl. stipulatio hoc modo, l. aut inter milites in casu legis dicet. C. eo. tit. quod dic, ut ibi. Si fit inter alios & de hęreditate hoīs incerti, valet, ff. pro socio, l. 3. §. de illo. Si de hereditate certi hoīs fiat, eo consentiente valet, si perseuerat usque ad mortem, vt in pre. l. fi. C. eo. ti. Si fiat eo ignorante, nō valet, nisi fiat ex necessitate p̄cedētis cōtractus;*

&

*& sic loquitur ff.de ac.emp.si quis seruum facit ff.sol.m at.si constante.§.si.vir. Non obstat ff.de hære.uel act.vend.l.illud.quia licet hæreditas viuentis non possit principaliter venire in contractum, pōt tamen accessorie uenire,ut ibi, facit C.per quas perso. nob.acquir.l.2.*

*ADDE,quo ad primum, dicta Ram.consi.26. & quo ad vltimum,Pet.de Anc.consi.404.*

P. sibi hactenus tenebatur, vt dictum est, oĩno renuncians.volens insuper & mandans prædictum instrumẽtum manu.D. talis notarii scriptum, ac omne aliud instrumentum, & scripturam, in quibus apparet ipsum P.fuisse hactenus dicto C.occasione aliqua obligatum ex nunc vana & cassa & inefficacia ac etiam cãcellata, nec non absoluens, & liberans eum, eiusque hæredes, & bona per acceptilationem & Aquilianã stipulationẽ legitime interiectam,& promittens per se suosque hæredes d.P.pro se suisque heredibus stipulanti litem,vel controuersiam,&c.vt sup.in proxi.forma,vsque,insup quia,&c.ff.de pact.l.1,ext.eodem cap.1 & Inst.quibus mo.tol.ob Vel sic:

FORMA.Ego T.transationis causa finio,& quieto,atq; per pactum remitto tibi P.quicquid aduersus te dicere possum occasione sententiæ inter me & te latę per talem iudicem, quia transactionis nomine mihi tale quid fecisti,vel dedisti,vnde renũcio illi auxilio, quod competit re ipsa deceptis, & omni beneficio adiutorio quę omnia,&c.C.& ff.de trãsa.per totũ
5 † Et not. q si non firma esset,adeo q nulla restaret dubitatio,trãsactio non teneret, ff. de transact.l.1. & l. post.aut. ff.de
b condi.indę.elaganter.§.1.[b] Si autem super testamento, vel codicillo sit facta trãsactio, exprese debet fieri mẽtio,quod verba testi,vel codicilli sint visa & cognita,ff. quemad.test.aper.l.2.ff.de transa.de his. Ex pacto autẽ transactionis non orit actio, C.de pact.cum proponas. C.de transa.siue.sed ex quo stipulatio interuenit,si contra fiet,pęna petet.hoc modo tunc concipietur libellus:
6 LIB.† Corã,&c.cõqueror de P.à quo peto.10.nomine pœnę,quia venit ꝯ talem transactionem, quam sub dicta pęna seruare promisit, ad quod propono certi cõdictionem, C.de trãsact. promissimus. Remissio autem quæ fit de bonis paternis,sic scribetur:

FORMA.Ego H. per pactum remitto tibi P.fratri meo illud ius, qđ mihi cõpetit, vel existente conditione competere posset in parte bonorũ, quæ tibi obuenerũt de bonis patris nostri ex testõ eiusdem,remittẽs in certum conditionis fideicommissi, in quo te pater noster grauauit,& illud fideicommissum nullas vires habeat in futurum,quæ omnia sup scripta, &c.& si cõtra fieret,agetur ad pęnam,ut prædixi,& tale pactũ bene ualeret.ut C.de pac.l.1.Sed si esset simpliciter repudiatio,non ualeret,ff.de leg.1.si ita sit scriptum.§.1.

A DITIONES.

a Conficietur.*secundum Rolan. vbi sup.c.9.*
b §.1.*& C. de transac. cum ea,quę. & super hoc fundatur 65.qõ Pilei, quando appellatum erat à sñia, sed constabat appellationem non tenuisse, quia princeps prohibuerat, tamen fuit transactum,postea princeps appellationem ratificauit, an valeat transactio,& tenet,quod non, si princeps ignorauit transactum,alias secus,al.C.q.admit.ad bon. pos l.bonorũ.ff.de of prat.Barbarius.*

*SVMMARIVM.*

1 *Pacta nouissima an semper sint seruanda.*
2 *Pactum de petendo, & pactum de non petendo qualiter considerantur.*
3 *Pactum facies de non petendo vsuras postea post biennium fit pactum de petendo,an per ultimum pactũ restituatur ad omnia precedentia.*
4 *Pactum extinctum an resuscitari possit.*
5 *Filiusfamilias faciens pactum de non petendo debitori patris,an mortuo patre oberit ipsi filio tale pactum.*
6 *Venire contra factum proprium nemo potest.*

2.§.Postremo no.quod nouissima pacta seruanda sunt,vt C.de pact.l.pa-
1 cta.& arg.ext.de celeb.mis.cũ Marthæ §.cæterũ † Fallit tamen hic,quia si pactus sum cum aliquo, ne me recipiat in fideiussorem,si postea me recepit,non obligo me ei,nisi expresse dicatur, q teneat non obstante tali pro tali pacto,vt no.intra de fideiussor.§.1.vers.quid.si fi-
2 deiussor.† Sed ecce obligasti mihi oĩa bona tua pro 60. quæ tibi mutuaui.dein se obligasti ea T.pro alio debito,postea feci tibi pactum de non petẽdo,deinde factũ est pactum de petendo,queritur, quis sit potior in pignore, an ego,qui fui prior,vel T.qui fuit secundus cre
a ditor?Et vr̃,q T.a quia ius.quod habebã in pignore, remisi tibi per pactum,ex quo quęsitum est T.beneficiũ, qđ ei auferendum non est,nisi cõsentiat.ff.de pac.l.fi.ff. loc.& cõ lu.si cũ hoĩs,28.d.de his.Arg.cõt.ff.qui pot.in
b pig.hab,si prior.& l.creditor.in pri.[b] † Sed pone debes
3 mihi decem cum usuris,facio tibi pactum de non petẽdo,deinde post biennium facias mihi pactum, q possim petere:quæritur, an pro usuris dicti biennij agere
c potero c?videtur,q sic,quia per vltimum pactũ videor ad oĩa restitutos,2.q.3.si quem.in fi.ff.de rer.diui.in tm̃ in prin.C.de epis.& cler.l.seruum.& Auth.si seruus,qđ est 54.dist. Argumẽ.contra,quia vsuræ non currũt,nisi ex mora.Cum ergo hic non fuerit in mora,non currũt sibi vsuræ.& facit ad hoc ff.de iure pot. stipulatio. ff.de
4 l.b.leg.non solum,§.1 † Sed quid,si feci pactum debitori meo de non petendo decem,post 30.vero annos fecimus pactum de petendo?Et vr̃,q nõ valet ſm pactum. Cum.n.primum pactum extinctum fuerit, resuscitari non põt,ff.de sol.qui res §.aream de conse.d.4.quęris, omnis,n.actio tollitur spatio 30 annorum, C. de pręsc. 30.vel 40.annor.cum notissim.§.illud, & l.sicut. Arg. contra,quod secundum pactum debeat aliquid operari,& q petere possim.argu.ff.de leg.1.si qñ. ff.ad municipan l.1.in fi.ff,si quis cau.l.pe.19.di.si Romanorũ. & in præ.l.pacta.Item non vr̃ posse agere,qui exceptione repellitur,ff.si cer.pe.l.lecta.in fi.ff.de ver.obl.pupillus. ff.de iud.l.2.§.in oĩb.Nec obstat præsc.30.ann.pscriptio .n.tunc demum currit,cum agi põt,C.de ann.exce.l.1. in fi.Et pro hac solutione facit ff.de don.ca. mor.quod
5 debitor.† Quid si filiusfamilias facit pactum de non petendo debitori patris,cui patri defuncto filius ipse succedit,nunquid ipsi filio volenti debitum ipsum petere obstabit exceptio dicti pãcti.Et vr̃,q non,arg. C.de pa.
d l.post venditionẽ d. Preterea ipse non petit tanq̃ filius, sed tanq̃ heres ex psona defuncti,cũ quo eadẽ persona censet,in Auth.iusiur.quod a mor.præst.in prin.ex.qui fil.sint l.p venerabilẽ.§.verũ.23.q.4.si ecclesia.in fi. Ar. ꝯ.ff.de cdic.inde.si non sortem,§.si filius.cum suis con
e cord.e † Itẽ nemo põt ꝯ factũ suum uenire, ff.de ado-
6 ptio.post mortem.extra de cleric. coniug. diuersis. Ipse

ADDITIONES.

a Quod T.*pro quo facit dec.quamuis.de rescri. lib.6. quæ quo ad terminos directius faceret,quando post pactum de non petendo ante pactum contrarium fuisset facta obligatio secundo creditori, & uide,quod ibi dicã super gl.idem.*
b In prin.*In illis ll.tempore,quo primus creditor nouauit,non erat extinctum ius suum.sed hic per primum pactum extinctum erat ius crediti tempore secundi pacti contrarij,ibi ergo,ut dicunt ll. illæ,creditor succedit in locum suum nouando, & tamen licet in prioribus pignorib.præferatur secundo,qui tamen nouationem pcesserat,non tamen in superadditis tempore nouationis.*
c Potero.*Hæc q.non procedit secundum nos.*
p Post uend.d. *Non facit ad casum.*
e Cũ suis cõc.*filius cont.Mace.mutuatus,si soluit, postea heres patris nõ repetit.Ad hãc q.attinet remissio 2.q̃ feci super rub in qua ẽt allegatur ea lex.Item nemo potest contra factũ suũ uenire ff.de ado.post mortẽ,ext.de cle.coniug.diuersis.Ipse.n.remisit,& part⁹ pars matris est, de pę.d.2.charitas est.all.c. 3.charitas est.*

ſe enim remiſit,& corpus noſtrũ pars noſtri eſt,de pę. diſt.2.charitas eſt. Nunc dicẽdũ reſtat, qualiter in hoc tit.libellus concipiatur:& quidem ſic potes cõcipere:

LIB.Coram,&c.conqueror de P.quia cũ inter me & eum olim ſuper quadam vinea orta foret quæſtio, tandem quæſtio ipſa fuit per trãſactionem ſopita,nũc autem queſtionem eandem nititur refricare, quare peto per vos ſibi ſuper hoc perpetuum ſilentium imponi extra eo.c.1 & 2.

Bald. De Pactis.

NATVRALIS obligatio informis eſt, obligatio ad antidota formis eſt ex pacto nudo, C. de pact. l. pactum interdum veſtitur morte,vt C.de tranſac.l.cum nota.Inſtrumentum pacti, quod facit ſoror fratribus dotata.ibi.G.vide omnino infra de reg.iuris,§. 1.verſi. Item ſi ſoror.Item ſi inter pactum de non petendo, & pactum de petendo interſit media obligatio tertij,cuius hypotheca ſit potior. Item an pactum de petendo includat acceſſiones medij temporis.Item an poſt 30. annos valeat pactum de petendo.Item an filius, qui fecit liberationem debitoribus patris patre viuente, teneatur hoc habere ratũ etiam patre mortuo,§.1.G.C. de pac.l.fi.in 1.gl.Bal.vide ſup.de elec.& de plus pet.§. 1.An valeat pactum contra naturam contractus,infra de loca.§.an ualeat pactum,ꝙ niſi per unam ſpeciem probationis fiat probatio,vel ꝙ credatur ſimplici verbo alicuius,ſup.de prob.§.licet.& §.ſeq. Differentia inter pactum & renunciationẽ, de renun.& conclu.§.1.

a De poſtulando[a]. Rubrica.

ADDITIO

a *Supra in 1.par.habuimus rub.de aduocato.& ti.materiam ſatis plene,& eius tractationes ſcripſi ſuper rub. ſunt autẽ qõnes ad propoſitũ ſuper reg.contractus.& ſuper re.in arg.lib. 6.*

SIC concipe libellum:

LIB. Coram,&c.propono cõtra. P.qui cũ ſit in Eccleſia Narb.uel. ab ea bñficiatus,ꝯ eã in tali cã,ꝗ dicta Eccleſia aduerſus Titiũ habeat,aduocare præſũpſit,quare peto eum tanquam ingratum beneficio hmõi ſententialiter priuari,ext.eo.c.vlt.2.qõ.7.ca. 1.93.diſtin.ſi Imperator.ext.de do.c.vlt.Super ſalario vero concipitũ libellus,vt ĩ.de magiſt.ver.cęterum.& ſeq.in prin.

a De procuratoribus[a]. Rubrica.

ADDITIO.

a *Repete,quod dixi ſup rub.de pro.Pil.qõ.& Roſ. 16. tractant de pro.qui per nunciũ probibitũ miſit dño pecuniã, quæ perdita eſt,an teneatur actione mandati,Et tenet quod ſic, liquido conſtet illã fuiſſe perituram,ẽt ſi alius detuliſſet,alleg. ff. ad l. Rho.de Iac.ſi vehenda.Roſ.allc.ff.de ædil.edic.ediles.§.Paius. Qõnem Pil.de reuerſo de peregrinatione,qui non reuocauit pro. & vbi de illa tractat Acc.vide in no.eo.ti.ſi quẽ.lib.6. Aliã ipſius q. de falſo pro.qui fuit hæres dñi, vide ſu.de ſen.prolat. §.fin.& ſuper ver.quid ſi pro.Qõnem ẽt ipſius Gof.de proc. venditoris,qui fugit cũ pignore emptoris,ipſe ſoluendo 6.diſt.ponit,placet ſibi vl. quæ fuit But.vt nõ teneatur venditor,ſi ille fuit mediator.Si aũt ipſius vendentis proc.& tunc teneatur,per l.ff.de præſcr.verb. apud labeonem.in in ſi.ubi etiã remittit ad ſuã q. 38.quæ de mediatore loquitur.Qõnem domini mei ll.de pro.reuocato & certificato,qui poſtea cõtrahit,an obligat dominum,vide de reſcr.ex par.2.ſuper gl ſic inf.Qõnem de ſñia lata præſentib.domino,& proc.non facta procuratoris mentione.vide ſup.de ſen. prolat.§. qualiter.ſuper ver.porro.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus qualiter ſit contra procuratorem concipiendus.*
2 *Libellus contra procuratorem ſua negligentia dominum damnificantem,qualiter concipiendus.*
3 *Procurator qualiter libellum pro ſe contra illum, pro quo fuit procurator,concipere debeat.*

IN hoc titulo ſic poteſt libellum concipere:

LIB.† Coram,&c. propono ꝯ P. ꝙ cũ ipſe aſſerit,mihi qõnem mouiſſet,quidã T.vt dr̃, meæ defenſioni ſe obtulit abſq; aliquo mãdato,vel cũ mandato,qđ antea eo ſciente extiterat reuocatũ.ſicq; cũ illo fuit,vt dr̃ ꝯ me diffinitiua ſñia promulgata,quare peto dictã ſñiam caſſari,imo nullã & irritã ſñ̃aliter pronunciari,ext.de procu. in noſtra.&c.auditis.&c.de

2 mandato.ext.de reſcrip.ex parte. † Si aũt proc. in officio ſibi cõmiſſo negligenter ſe habuit,pp quod damnificatus eſt dñs,contra eũ ſic libellum concipe.

LIB.Coram,&c.conqueror de P.quẽ cũ in tali cã ꝓcuratorẽ meũ cõſtituiſſẽ ad agendũ,defendendũ, appellandũ,appellationẽ proſequẽdũ, & ipſe mãdatum illud volẽs ſuſcepit,& eodẽ vti cępit verũ idẽ P.in hoc doloſè,negligẽter & perperã ſe habuit, quia nec egit, nec defendit nec appellauit, nec appellationẽ proſequi curauit,nec officiũ ſuſceptũ circa p̃miſſa exercuit, vt debebat,ex quo dãnificatus ſum,& mea ĩtereſt in cẽt. marchis,quare peto eũ in illis mihi p vos ꝯdẽnari, peto ẽt expenſas,&c.C.de proc.ſi procuratorẽ.& l. inuitus.ex.eo.non iniuſtè.Poteſt etiam ſic cõcipi libellus.

LIB.Coram &c. cõqueror de P. qui mandato meo tale meum negotium geſſit, ex quo ad eũ decem peruenerũt,quæ mihi reſtitui peto,ff.mandati, ex mãdato.& ſi mandauero tibi,aut Titio.Vel ſic:

LIB.Corã,&c.conqueror de P.qui cum meũs procurator eſſet in tali cã, eius culpa ſum ꝯdẽnatus, ſiue dãnificãtus in decẽ.quare peto eũ mihi in dicta quãtitate condemnari,propoſita actione mãdati, ff.mãd.ſi procuratorem.§.pen.C.eod.à procuratore.Ille autem qui fuit procurator,ſic concipiet libellum.

LIB.† Corã,&c.cõqueror de P.cuius mãdato ſuus extiti procurator in tali cã,vel negotio, in quo de proprio expẽdi decẽ,quare repeto illa decẽ mihi reſtitui,

a ad qđ propono ꝯtrã actionem mandati a.Quib.autem verbis vtetur procurator in concipiendo libellũ, ꝯ aliquem,vel aliqs ꝯtra eũ dixi ſ.de lib.concep.§.iam nũc videndum.ver.ꝯtra procuratorẽ.& ſeq.Itẽ ſuper ſtipulationib.rẽ ratã haberi,& iudicatũ ſolui, formantũ libelli,ĩ.de pignore.§.ſequitur verſic. ſed & ſi quis. & ſeq. Qualiter autem formatur inſtrumenta procurationum,ſ.de pro.§.vt autem.Item ſuper actione manda-

b ti,ĩ.de iud.§.ſpecialia.

ADDITIONES.

a Mandati.*Inducere debuit dec.cum pro cauſa eo.ti.*

b §.ſpecialia.*Vbi ponit libellos poſitiones Roſ.*

a De his,quæ vi.metuſve cauſa fiunt[a]. Rubrica.

ADDITIO.

a *Huius rub.pabulum habuit auctor à Roſ.rub.de prætoria vtili rei vendic.quæ datur metũ paſſo,& rub.de act.qđ me.cã Io.de Bla.poſuit hanc ru.de actione,quod metus cã,quã pulchrè proſequitur diſtinguẽdo quatuor capitula ipſius actionis, ſuper quali bet formando & exponendo libellum.Addidit demũ 5.capitulũ ſine libello,& eſt primũ capitulũ huius act.ſecundũ eũ ꝙ cõpetit cõtra quemcũq.ad quẽ res peruenit,& qa facultatẽ hẽant reſtituendæ rei cũ hæc actio ſit in rem ſcripta.Secundũ cõpetit cõtra metũ inferentẽ,& tunc deſignatur certa perſona q̃ metũ intulit,nec diſtinguitur,habeat,vel nõ habeat facultatẽ reſtituẽdæ rei.Tertiũ cõpetit cõtra illũ,qui non intulit metum, nec hẽt facultatẽ reſtituendæ rei,lucrũ ſñ ſentit ex re, vt quia res quam*

com-

*compulsus fuit dare, peruenit ad te ex cã lucratiua, quã vẽdidit & ptiũ habuit & res postea periit. Nã in subsidiũ re perempta, agã contra R. per hanc act. q me t.cã, vt mihi det lucrũ, quod ex re mea sensit. hoc patet, ff.e.ti. si ipsa res. Formabitur aũt libellus, pone de equo, & fiet prædicta narratio, quõ per metũ, q, &c. & dedit B. equũ, quõ equus ex cã lucratiua peruenit ad talem, & quõ ille equũ Titio vendiderat pro centũ, quæ recipit in pecunia numerata, qui modo equus mox mortuus est quare petit illũ cõdẽnari ad dãdũ sibi illa centũ, q si dictã pecuniã intra quatuor menses nõ soluat, petit illum in quadruplum cõdẽnari, cuius triplum sit pœnale. Nota, q de quadrimestri tpe post sñiam hic dr quia reus debitor erat pecuniæ. In illis aũt libellis, qb est scripta actio in rem, dicet auctor, q si intra triennium per vos assignandum, non restituerit, peto illũ in quadruplũ, &c. vt su. Quartum cõpetit ad rescindendum contractum, vt.s. res retrotrahatur, & iste erit talis dico, q B. per metum, qui, &c. me compulit, vt sibi venderem talem equum pro decem, quæ mihi numerauit, quare cum paratus sim illi soluere & restituere illa decem, ago cõtra eum, vt illum equum mihi reddat, vobisque domine iudex supplico, vt eum ad hoc diffinitiuam sententiam condemnetis, quod si d.B. equum, &c probatur hoc, C.eo.ti. si vi, vel metu. quod additum fuit de traditione etiã metu facta dictũ est propter l.cũ te. eo.ti. Dicit posse addi quintũ, s. si quis me per metum cõpulit vt sibi promitterem, vel liberarem, possum contra eum agere, vt liberet, vel ut se reponat in pristinam obligationem, & veniet quadruplandum, quicquid venit simplandum, ff. quod met. capi. metum, §. sed prætor, & l. si cum exceptione, §. sed & si quod p uin. & §. fi. Qui libelli cõgruãt de ĩfrascriptis, inf. dicã 2. q. Vlei f 82. 83. quib. quærit de creditore, qui cum non haberet copiam magistratus, abstulit boues debitoris, an pdit actionẽ. & si pdit an in totum, uel in partem, uide. An autem uim fecisse dicetur is, qui diu abfuit, & rediẽs fundum, quem possidebat, ingreditur expulso occupatore, dixi su. de pet. & pos. § 1. in fi.*

## SVMMARIVM.

1 *Libellus in his, q̃ ui metusue cã fiunt, qualiter sit concipiẽdus.*
2 *Actio quod metus causa dicitur prætoria.*
3 *Libellus qualiter contra restituere nolentem concipi possit.*
4 *Actio ad exibendum, & Caluisiana, & Pauliana, licet sint personales, imitantur tamen naturam realium.*
5 *Obligationem metu factam reuocare volens, qualiter libellum concipere debeat.*
6 *Metu coactus rem alienans, qualiter, & quo libello possit eam repetere.*
7 *Agens contra illum, qui metum non intulit, rem alienatam metu repetere uolens, qualiter libellum concipiet.*
8 *Metus dicitur in se habere ignorantiam.*

1 SIC potes † concipere [b] libellum:
a LIB. Corã, &c. cõqueror de P. q me vide ecclesia, vel possessione mea spoliauit, vel metu, q cadere poterat in cõstantẽ virũ me renũciare coegit vel eã abstulit, vel vẽdere, vel donare, vel tradere, vel pmitere coegit. Vnde cũ ea q̃ vi, metusve cã fiũt, debeãt in irritũ reuocari, peto dictã rẽ cũ fructib. pceptis, & q percipi potuerũt, mihi integraliter restitui, & eũ ad id p vestrã sñiam cõdẽnari, ex.eo.c.2. &c. ad audientiam. & de rest. spol. grauis. ff. eo. ti. metũ. §. volenti. & §. hęc actio. & §. ex hoc edicto l. si cũ excep. §. si qs nõ restitu
b at. Inst. de actio. §. sequẽs. Iũge, fm Legistas [b], peto, & q mihi de dolo repmittat, ne res illa facta sit deterior, & si restituere ɔ̃dicat, peto mihi ipsũ in qadruplũ ɔdẽnari, &, ad hoc propono actionem quod metus cau
2 sa, † quæ prætoria est. hoc probatur in præd. concor. Sic etiam dicitur in actione ad exhibendum, peto mihi rem exhiberi &, & exhibitam vndico, vt inf. de iud. §. vlti. & hoc dixi P. causa litium dirimendarum, ff. si cer. pet. quidam. ex. de resti. spolia. frequens. Io. dixit, q
c sit vtraque sententia diffinitiua [c]: & secundum eum, duo libelli concipiuntur sub hac foma:

LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui talem rẽ per metum mihi abstulit, vnde rem illam mihi peto resti tui, & ad hoc propono actionem, quod met. cau. facta
3 s. condẽnatione, q restituat. † Si vero postea restituere contradicat, formabitur sic secundus libellus.

LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui talem rem mihi per metum abstulit, & ad eam rem restituendã condemnatus, restituere ɔ̃dicit, vnde peto ipsum in quadruplum condemnari, & ad prædicta propono actio
4 nem quod metus cau. † Sed prædictis libellis sic oppo
d nitur [d]. Hæc actio in personam est, vt ff. eod. metum, §. volenti quomodo ergo rem prosequitur, Resp. imitatur naturam realium. sicut & actio ad exhibendum, & Caluisiana, & Pauliana, quę licet personale sint, tamen prosequuntur possessores, & naturam realiũ imitantur. Hæc vera sunt, si uis rem aduocare, quę per me
5 tum tradita fuit. † Si autem velis obligationem p me
e tum factam reuocare, sic concipe libellum [e]:

LIB. Coram, &c. cõqueror de P. q per metum me
f compulit, vt sibi venderem, vel promitterem [f] rem talem: vnde peto, q me à tali obligatione liberet, & ad hoc ppono actionem, qd met. cau. habet. n. hæc actio locum siue perfectum, siue imperfectum sit negotiũ, & etiã in obligationib. rescindendis ff. eod. metum, §.
6 sed quod prætor. & †. ex hoc edicto. † Porro [g] metu coacto rem aliquã vendere vel donare, vel tradere, prætor succurrit. & vtilem rei vendicationem pter ad rẽ repetendam sibi contulit, licet de iure ciuili dominiũ
h sit translatum. Libellus ergo concipitur [h]:

LIB. Corã, vobis, &c. cõqueror de P. qui talem rem in tali loco positam, cuius cõfines, &c. iniustè detinet, vel rem mobilem talem, cuius signa sunt talia, quam tradidi T. propter metum mortis, vel quam per metũ à me extorsit ex causa emptionis, vel alias vel rem, quã T. per metum uendidi & tradidi, vnde rem illam peto mihi restitui. peto etiam, quod mihi de dolo repromittat, ne forte res deterior facta sit, pposita utili rei uen
i dicatione [i]: & ad hoc ipsum sententialiter condemnari. Hæc forma probatur Instit. de actio. §. sequens. & in
7 præd. §. volenti, & §. ex hoc edicto †. Si autem agit contra

## ADDITIONES.

a Sic potes concl. *Respectu personæ rei, prim. l tres libelli conueniunt 2. c. de quo sup.*

b Secundum Legistas. *Hoc plenius Rof. in rub. alle. 2.*

c Diffinitiua. *Quasi prima opinio habeat alteram interlocutoriã Et dicit Rof. quod opi. hanc Io. tenet Azo, & uerum est, ut patet in Summa e. ti. circa medium, uer. illud in hac quæritur. ubi quærit, an prima sententia sit diffinitiua, an interlocutoria, an admonitio, sicut in Auth. de hære. & Falci. § si quis autem nõ implẽs. Ipse autem Rof. cum Azo tenet primã diffinitiuã. Dicit autem secundã esse executiuam prima quo ad plenã ut s. illud simplum eo computato quadrupletur, nec putat libellum dandum, sed iudex ex officio condemnat non parentem ad illud quadruplum, etiam nullo libello porrecto, sicut iuramento in litem, quod præstatur loco pœna in contumaciam non restituentis, quod tamen nec fuit in primo libello petitum, nec datur super hoc nouus libellus, ff. de rei uen. qui restituere. & de pig. si fundus. §. in rei uẽdicatione. secundum eum, qui satis in hoc instat, & ibi uide.*

d Sic opponitur. *Secundum Ro. ru. 2. ad fi.*

e Lib. *Respiciens 5. de quo su. quoad unum membrum.*

f Promitterem. *Litera promitterem, plus conuenit conclusioni & sic posuit Ro. & Odof. qui etiã plus posuit, s. uel quod cum à tali obligatione liberarem, & ibi, liberet, subdit, uel ut se in pristinam obligationem reponat, & dixi super rub.*

g Porro. *Hic assumit uerba Ro. de ru. prius all. & hoc usq; ad fin.*

h Concip. *Respiciens 1. capitulum, de quo sup.*

i Rei uen. *Dixit Ro. ubi su. in fi. quicunq; agit contra uim inferentem securè proponit hanc actionem; quia q. dominij sibi referri*

ri nō pōt per illum: Sed si agit contra possessorem, qui uim non intulit forte habebit probare, quicquid probatur in rei uēdicatione, et prius metū, propter quod dicebatur ponderandum, ꝙ sequitur.

a tra alium, qui metum non intulit [a], dicet sic:

LIB. Coram, &c. ut supra in proxi. lib. usque talia. postea iunge, a me metu extortam. unde peto eam mihi restitui, & hoc erat dominus, uel quasi, metu tradens. Si uero solam possessionem habebat, dicet sic:

LIB. Corā. &c. ut sup. in proxi. vn̄ peto possessionem illius rei mihi restitui. Vel dic, si placet, esse petendum

b non per hanc actionem [b], quæ tantum respectu dominii solet competere, sed per actionem quod metus causa, de qua uidetur, loqui ff. quod metus causa, si mulier §. qui possessionem. Actor ergo sic ponet PO. act. Pono ꝙ mihi intulisti metum, & talem, qui cadit in constantissimum hominem, ff. quod metus cā, metum autem. ext. de spon. veniens. 2. & c. cōsultationi. in fi. & c. cum locum, quia habebas cultellum ad gulam meam, vel qa me posuit in carcere, ut ff. quod metus cā. qui in carcerem. vel quia ligatum me tenebas, uel me, Theutonicè verberabas, & male me cruciabas, C. de transac. interpositas. Item ꝙ in ipso metu, & pp eum rem illam tradidi. Itē ꝙ res illa ad te peruenit, uel ad alium pro te, Itē ꝙ tu in ciuitate Bon. es potentior me. Item ꝙ ibi intulisti mihi metum. Has positiones facit, si agit contra illum, q metū intulit. Si vero contra eū, q rem meticulosi possidet, easdē faciat. sed in tertia persona sic: Pono, ꝙ mihi

2 metus fuit illatus, & c. nec hēt designare personā, † qa metus habet in se ignorantiam, ff. quod me. cau. si. cum exceptione. Reus aūt sic ponat:

PO. rei. Pono, ꝙ vsque ad istā horā semper fui amicus tuus, & feci, quæ tibi placuerūt, Itē ꝙ eo tēpore, quo dicis tibi metū fuisse illatū, ego fui absens, uel ēt tu, C. de contrah. & cōmi. stip. optimam. extr. de test. ex tenore. Item ꝙ minatus fui male facere tibi, nec aliū metū intuli, ff. si cui plus, quam per l. Fal. hæc aūt satisd. in prin. ff. de re iud. si quis. Item ꝙ licet tibi mortis metū intulerim, sponte tn̄ tradidisti, C. quod me. cau. l. 2. ext. de sp. imp. de illis. 2. ext. qui clerici, vel uo. insinuante. de bapt. maiores. §. sed opponitur. Item quod tu es potētior me in persona, in amicis, in ædificijs, & parentibus, ff. quod metus causa, nō est verisimile. Item quod tu tibi hunc metum intulisti, ff. quod metus caus. si mulier. Item ꝙ rem mihi non tradidisti. Item quod quando dixisti tibi metum fuisse illatum, eras in curia Papæ, uel Parisijs, ff.

c quod metus causa, non est uerisimile [c].

ADDITIONES.

a Non intulit. *Certe & de tali loquitur proximus libellus.*

b Actionem. *scilicet per utilem rei uendicationem, quæ datur metum passo.*

c Non est uerisimile. *Hæc lex ostēdit, ꝙ si uult ista positio notare absentiā a loco, de qua prædixerat, licet illud, itē quod qn̄, & c. uideatur id sonare, se non fuit Ros. Illud solum ergo intendit ex qualitate loci præsumptiue metum excludere.*

a De in integrum. restitutione [a]. Rubrica.

ADDITIO.

a *Primam partem nigri recipit auctor a Ros ubi tractat de prætorijs, rub. 2. s. de actione in rem rescissoria, & eius fuit totum præter vers. hoc ēt scias. Secundā partem, ubi tractat de officio iudicum, & est rub. 3. de off. iud. quo restitutio datur minori. Est etiā sciendum, quod materiā primæ partis, s. rescissoriæ. Io. de Blan. plene tract. ubi de rescissoria. Dy. tract. Insti. de actio. §. rursus. & Cy. plene per 14. q. in fi. l. 2. C. ex quib. cau. ma: Secūdo uidetur auctor reprehendendus. qui su. par te 2. e. ti. §. fi. uer. quid de rescissiora. promiserat hic tractare, an rescissoria perpetuetur per contestationē obiectio esset uera, si litera id diceret de hoc, sed uera litera ibi est de hoc. Est aūt sciendū, prout dixit Roffr. ubi supra ultra medium uer. item queritur, quando tempore, quod Ioann. & Azo tenuerant rescissoriam durare quadriennio, & non ultra, dato ꝙ ulterioris temporis fuerit læsio. Si uero fuerit minus quadriennio, illo solo minori tēpore restituitur. Sed in hoc mēbro nō isto. Sed distinguendū est tēpus intra ꝙ, & tempus ad quod restitutiones dantur, quod dic, ut in cle. eo. ti. ab ecclesia. Dicunt aūt ꝙ litis contestatio super rescissoria perpetuat illā, sicut alias tēporales, ff. de fidei. tut. l. ult. C. de præscr. 30. an. l. fi. Ad ult. C. de temo. ī integ. rest. dicūt uerum esse, illā causam debere intra quadriennīū incipi & finiri, per q̄ q̄ritur, an integrum restitutio sit danda uel non, & si concedatur postea rescissoria, finitur intra id tēpus, ꝙ restat de quadriennio? & si lis cōtestetur super illa ueteri actione, perpetuatur, ubi prædixi, qa restitutio operatur, ꝙ ꝓlesse uel obesse nō dēt, ꝙ euenit, ff. ex q. cau. maio. l. 1. in prin. & facit, quod dicā inf. super uer. illud aūt in fi. Scias, quod Mar. de Fano, q super l. 2. C. ex qui. cau. maio. posuit de rescissoria unū tractatum per modum summæ. In fine ipsius dicit, illos nō male dicere, qui post restitutionem præstitam, & non prius, uoluerunt tn̄ competere intra annū, si fuerit interrupta, ne reus fiet 30. annis in suspenso, ita quod rem alienare non poterit, nec de euictione conqueri. & satis hoc uidetur expressum, ff. de actio. & obli. l. in honorarijs. §. pe. & bene dicitur. Non prius quia et tempus non dēt currere, nisi ex quo potuit intentari, ff. de ædi. edicto, cū lex, ff. de calu. l. annus. C. de anna. eXcep. l. 1 in fi. nec putat illū annum in quadriennium extendit, nec l. ult. C. de temp. in integ. restit. de hoc tempore loquitur, & hoc est certum, licet Azo aliter loquitur in summa huius titu. in fine. Et ad id, quod dictum fuit, rescissorium finiri post restitutionem intra tempus, quod restat de quadriennio, dicebat Martinus, quod sic, si ultima die quadriennij detur restitutio Absurdum, ergo illud uidetur. æquitatem habent hæc verba Martini de Fano.*

SVPER in integrum restitutione hoc ordine disputabimus. Primo enim super restitutionib. maiorum libellos formabimus: secundo de minoribus & ecclesia tractabimus.

*SVMMARIVM.*

1 *Actio prætoria, quæ dicitur rescissoria, quando cōpetere dicatur.*
2 *Libellus an sit, cum petitur rescissoria, necessarius.*
3 *Restitutionem petens officio iudicis, nullam prodit actionem*
4 *Libellus qualiter sit in impetranda restitutione concipiendus.*
5 *Actio propria quo casu dari non possit.*
6 *Restitutione concessa ex officio, competit rescissoria.*
7 *Restitutionem petens actione hypothecaria & personali, qualia, proponere debeat.*
8 *Duo insolidum eiusdem rei domini esse non possunt.*
9 *Restitutio & rescissoria an in eodem libello peti possit.*
10. *Actio ad exhibendum, & rei uendicatio, an possint in eodem libello peti.*
11 *Restitutio an possit contra sententiam arbitri impetrari.*
12 *Positiones qualiter pluribus uijs formari possint.*
13 *Reus, cui petitur restitutio, qualiter positionem formare debeat.*
14 *Actor petere uolens rescissoriā rōne iudicij, quid ponere debeat.*
15 *Actor dicens se adfuisse ex causa necessaria tantum, quas positiones formare possit.*
16 *Actor absens ex causa probabili tantum, qualiter ponet.*
17 *Actor ex causa probabili se absentem ponente, quid contra ponere reus debeat.*
18 *Actor uolens agere rescissoria, quia forte fuit indefensus condemnatus, qualiter ponet.*
19 *Absentis ex causa uoluntaria, an & quo pacto dāda sit rescissoria.*
20 *Actor absens ex causa mercantiæ, uel peregrinationis, qualiter ponere debeat.*
21 *Actor absens, qui contra alios usucapit, qualiter positionem formare debeat.*
22 *Vbi competit ordinarium auxilium, non est ad extraordinarium recurrendum.*

1 1. §. Sciendum est igitur, quod † est quædam actio prætoria, quę dicitur rescissoria. quæ tunc demum competit, cum res absentis reipublicæ causa, uel studiorum, uel necessita-

b te, vel captiuitate, uel simili, ab aliquo possidente

fundum suum talem, &c. pro maiori pretio, qua valeret, s. pro centũ, vnde cum lęsus sim, peto in integrũ restitui, & pretium mihi reddi vestrũ super hoc officiũ implorando, & propono rescisoriã, s. talẽ rem, si extat, alioquin conditionẽ incerti, & sine causa Insti. de
11 act. §. rursus. † Hoc etiã scias, quod contra sniam arbitri põt restitutio impetrari, licet nomen sniç non mereatur habere, quia per hãc restitutionẽ in integrũ cõtra sententiã arbitri intelligit quis restitutus, etiam cõtra obligationẽ contractam ex sententia ad pœnã. Idẽ si sententiæ non pareatur, arg. ff. de condi. instit. l. si sub conditione. §. si quis ff. de acq. her. si pupillus. Tamen melius concipiet libellus, si dicatur, peto in integrũ restitui contra obligationẽ pœnæ cõtractã ex snia, ff. de minor. si minor §. minores. secundũ Pau. vt no. ex. de
a integ. rest. cã [a]. Illud aũt sciendũ est, quod quandoq; q est absens, & ex cã probabili tantum, quod dic, vt sup. de
12 rest. §. 1. vers. dixi & seq. † Qualiter aũt in vtraq; via debeãt positiones formari videndum est primo, qualiter ponet actor, q absens fuit ex causa probabili ex necessaria, ad hoc, vt in rescissoria obtineant, & quidem po-
b net sic [b] POS. act. Pono, quod in mea absentia rẽ meã possedisti, 16. q. 3. §. por. 2. Itẽ qd posse sisti anno, bienmo vel triẽmo, hut de vtraca. itẽ quod rẽ ipsa n postea vsucepisti, computato tẽpore absentiæ, vel vsucap. Itẽ quod fui absens cã Reip. huius talis ciuitatis. item quod inuitus fui missus. Itẽ quod pp talem ab. e. ita sũ damnificatus in tm, vel in hoc. item quod tali die mihi fuit iniuncta ambasciata, & eod. die iui, vel sequenti. item quod fuit pessimũ tps. Item quod pôs fuit fractus. item qd fuit guerra, postq̃ iui ambasciator, & sic citò redire non potui, ff. ex q cau. ma. si cui. item postq̃ redij, nequiui habere aduocatu, nec potui p lucere hospitiũ, nec sarcinulas cõponere meas, ff. eo. in hostib. §. sed qd simpliciter p tor. item quod ius interea non reddebatur, ff. e. sed &
13 si per ptorem. † Contra ponat reus sic: PO. rei Pono, quod tu dedisti operã, & affectasti, qd fieres ambasciator pro Rep. Item quod cã tuę vtilitatis iuisti. Item qd fuisti absens, vt alium lęderes. Item qd cã vitãdæ litis q̃ talis tibi inferebat. Item qd maturius fuisti absens, q̃ debueras. Item qd tm tps finitũ est de mense. quod potuisti redire, & nõ es reuersus. Item quod tali die iter arripuisti. Item quod postq̃ redisti tm tps cucurrit, quãto tpe fuisti absens, & sic nõ dabit rescissoria, ff. ex q cau. ma. ab hostib. §. sed quod simpliciter. Et probant pdictæ positiones ff. eo. itẽ hi. & l. qui data. & l. reipublicæ. & l. abesse. & l. miles cõmeatu. & si 1. 2. 3. & 4. sequat actoris cõfessio, & denegat ei rescissoria, in alijs vero denegat p illo tpe, quo maturi[9] iuit, vel quo redire potuit, vel debuit. nã illa tẽpora non restituent. Hę sunt positiones
14 generales. † Verũ si vellet petere rescissoriã ratione iudicij, sic ponet actor: PO. Act. Pono, quod fui legitimè defensus. sed hæc est iuris, & negatiua, Item quod nullo mõ fui defensus. hoc. n. pfessato, vel p reũ nõ, pbato, restituet ad totã cãm, C. de pro. quia absẽte. ff. ex qui. cau. ma. ab hostib. C. e. l. j. Reus vero ponet sic. PO. rei. pono, quod fuisti legitimè defensus. hoc. n. confessato nõ restituet. nisi ad appellandũ, ff. de in integ. rest.
15 l. fi. ext. eo. c. fi. † Sequit videre de positionibus, quãdo quis dicit se habuisse ex causa necessaria tantum, puta captiuitatis, vel relegationis, tũc enim sic ponet actor: PO. Act. Pono, qd ego captus fui à talib. latronib. vel hostib. Itẽ quod fui relegat[9]. Itẽ quod eo tpe fui captus vel relegatus. Itẽ quod in illo tpe rem meam possedisti, & vsucepisti. Itẽ quod in illud tẽpus tu cõputabas in lęsionẽ meã. Reus vero sic poterit ponere: PO. rei Pono, quod fuisti captus à latrũculis, & nõ ab hostibus. hoc cõfessato nõ dabitur capto à latrũculis rescissoria. ff. qui test. fac. dol. qui à latronib. Itẽ quod aufugisti ad hostes. Itẽ quod potuisti relinquere procuratorẽ, nec reliquisti, ex. de dol. & cont. cãm, q. 1 e. Itẽ quod cũ fuisti relegatus, potuisti adire ptorẽ per tuũ procuratorẽ, uel p te ipsum, ubi eras: hoc. n. cõfessato nõ dabit rescissoria, ff. ex qui. cau. ma. itẽ ei, & l. ab hostib. ff. de minor. exuli reseruo. Itẽ quod potuisti redire à captiuitate illa uel relegatione, tã est mẽsis, nec redijsti, unde illius tpris denegat rescissoria, ff. ex q. cau. ma. item hi. Itẽ quod eo animo redijsti, ut ad hostes, uel latrunculos redires. & si hoc pfitet; non dabit rescissoria, ff. de cap. & postli. re. nihil. & ff. de ædil. ædi.
6 quis sit fugitiuus. † Si uero actor sit absens ex cã probabili tm, puta studiorũ, ponet sic: PO. Act. Pono, quod fui Bononię cã studij. Item quod nõ potui relinquere pcuratorem. sed hæc est negatiua. Item quod reliq pcuratorẽ. l. Tit. ũ. ex. de prædilectus, ex. de eo, qui mit. in pos. cau. rei ser. c. fi. de ot. dele. pstultationib. Itẽ quod ille l. mortuus est. Itẽ quod rẽ meã possedisti. Item quod usucepisti. Itẽ quod illud tps cõputas ad pscriptionẽ, uel usu-
7 capionem. † Reus sic. PO. rei pono, quod i scholis tota die eras cũ ganeis ludebas ad taxillos, libros semper pignori habuisti penes creditores. hoc enim confessato non pt petere restitutionem quasi ex cã probabili. Licet. n. ex cãæ probabilis occasione fuisset absens, non tñ cã fuit probabilis, unde ea cessãte, cessabit restitutio ar. C. de epis. & cle. decernimus. & l. gñaliter. & l. quicũque sub p. ex. de uot. magnæ. ext. de iureiur. & si Christus. prope fi. de app. cũ cessãte. Itẽ pono, quod qñ tu iuisti Bononiam, potuisti pcuratorem dimittere, nec reliquisti, ut in præ. dec. dilectus. hoc. n. confessato non habebit rescissoriam, ff. ex qb. cau. ma. nec nõ. & c. si qs ext. de dol. & cont. cãm, q. †
18 Si uero actor uelit agere rescissoria, quia forte fuit indefensus cõdemnatus, ponat sic, PO. act. Pono, quod nullo mõ fui defensus. sed hæc est negatiua. Itẽ quod fui minus legitimè defensus: hoc. n. pfessato restituitur ad appellandũ, nõ restitutionis beneficio, sed suo iure, ut C. quomodo & quando iu. ab eo ff. de in integ. rest. l. fi. ext. eo c. fi. tñ hęc positio est iuris. Re[9] uero sic ponet, PO. rei Pono, quod tu fuisti legitimè defensus. hoc pfessato nõ habebit actor rescissoriã, ff quan. app. fi. l. j. §. fin. hoc tamen iuris est.
19 † Hoc aũt sciendum est, quod absenti ex cã uolũtaria non dat rescissoria, nisi uenerit iudice pro tribunali sedente, siue sit uerè pumax, siue psumptiuè, ar. ff. de in integ. rest. diuus. & 2 q 6. biduũ. Sed qd de mercatore? Dic quod si principalis cã mercaturæ abest, uñ abesse causa probabili, ut est causa studitorum, ff. ex q ca. ma. nec non. in prin. ex. de pro. directus. Ideo credo in his, qui perigrinant, multo fortius, ex. de offi. dele. consultationib. & de pereg. c. unic. 24. q. 3. si quis Rompetas. & c. sed. cum ẽt anima prætiosior sit corpore, C. de sac. san. eccl. sancimus. 38. distict. sedulo. Idem ẽt est alijs
20 ex probabili cã absentib. † Actor ergo habens causam mercantię uel peregrinationis, ita ponet, PO. act. Pono quod tali mercatura utor, quia uado in Franciam, emo pannos, & uendo, uel alia mercatione. Itẽ quod hoc anno, uel mense fui pro tali mercator uel mercacione in festo sanctorum Iusti & Pastoris Narbonæ, uel Bon. in forum redij. Item quod iui, & mercatum feci t. Itẽ quod tot mẽtib. fui absẽs. Itẽ illos mẽtes pputas i usucapione talis rei meæ. Itẽ quod tu usucepisti. Item quod res q̃ usucepisti, est mea. Item qd fui causa orationis, seu peregrinationis ultra mare per annum, uel ad S. Iacobum, 24. q. 3. si quis Rompetas. & c. illi, q. Itẽ quod illum annũ pputas ad præscriptionem res meę. ·Item

## ADDITIONES.

a Causa. *Vbi scripsi in gl. siue cum pęna.*

b Ponet sic. *Scđum Rof. vbi fn. quæ dicit ibi ultra mediũ ver. si unt aũt, positiones hic discriptas procedere quãdo impetratur rescissoria per absentẽ, vel pręsentẽ, qui petit certũ tps tolli de medio ex iusta cã. Postquã aũt restitutio talis est per iudicẽ, & primitiua actio resuscitata est, positiones istæ non fiunt, sed fiũt positiones, quæ illi actioni conueniunt quæcunque sit illa.*

Itē q̄ vſucepiſti rem ipſam. Reus aūt contra ponat ſic:

POSITIO rei. Pono te aleatorē eē. p hoc excludat̄ 1. poſitio actoris, Itē q̄ nō iuiſti Narb. vel Bononiā ad eccleſiā, vel forū, vel nō iuiſti pro mercato, ſed in foro eras cū grācis & luxorioſis, & viuēdo luxurioſè, & totā pecuniā amiſiſti. Itē q̄ verecūdia mot⁹ retardaſti venire. Itē q̄ tot mēſes sūt, q̄ potuiſti redire. Itē q̄ nō iuiſti vltra mare, ſed ad quēdā amicū tuū viſitādū. Itē q̄ licet fuerit fama illo tpe, q̄ eſſes vltra mare, īcluſus fuiſti cū tua domicella, q̄ latēter cognoſcere ītēdebas. & ſic, tanq̄ Deū & mūdū decipiēs, īdign⁹ es reſciſſoria. Itē q̄ alia sūt ſigna ī ſepulchro Dn̄i. Itē q̄ ſic formata ē eccl. illa. ſi. n. ignoret hmōi ſigna, manifeſte patet, q̄

21 ibi nō fuerit. † Dicto de depoſitionib. abſentiū, ꝯ quos vſucaptū, ē ſubſequēter dicēdū eſt depoſitionib. abſentiū, q̄ ꝯ alias vſuceperūt pone ergo ſic. PO. actoris. Pon. q̄ ꝓcuratorē reliqſti talē, quē cōuenire potuiſti. ſed cū nō feceris, nō habes reſciſſoriā. ff. ex qb. ca. ma. is q̄ reip. ex. de ꝓ. dilect⁹. Itē q̄ habui defenſorē. Itē q̄ habui multos amicos, & cōſāguineos, q̄ me defndiſſēt, quos q̄a nō reqſiſti, nō cōpetit tibi reſciſſoria, ff. eo. ait p̄tor, & l. ſeq. Itē q̄ potuiſti dare libellū iudici cōpetēti, īterrūpere tp̄s, qd̄ ꝯ te currebat: qd̄ eſt ius ordinariū, vt C. de an. exce. vt pſect⁹. ex. de of. or. paſtoralis. in fi. Ergo

22 nō hēt locū reſciſſoria. † Quia ibi cōpetit ordinariū, auxiliū, nō ē recurrēdū ad extraordinariū, ff. de mi. l. in cāę. ff. de edē. l. argētari⁹. §. 2. Et ſic titul⁹ ille ff. ex qb. cau. ma. corrigit̄ p̄ p̄dictā ī l. vt perfectius. in eo, qd̄ dicit de reſtitutione pręſentiū ꝯ abſentes, ſecundum quoſdam

a Alij contra. vt notant quidam in præ. l. ait prætor a.

ADDITIO.

a ait prætor. *Dicebat Roff. quod ibi no. Azo, vide per Accu. in l. is qui. eo. ti. ſ. ex quib. cau. ma. ff.*

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia vel minore reſtitutionē petēte, fieri dēt generalis libel.*
2 *Minore per contractum vendente, ſpecialis fieri debet de reſtitutione facienda libellus.*
3 *Minor deceptus in pretio rei vel vendens, quod non expedit, an, & qualiter ſit reſtituendus.*

2. §. Dicto de officio iudicis, quo dat̄ maiori reſtitutio, nunc dicamus de eo, p̄ qd̄ loco principalis actionis minor, vel eccl'a reſtituit, ff. de minor. ſi minor. Sic ergo gn̄aliter ꝯcipit̄ libellus.

1 LIB. † Corā vobis, &c. ꝓpono ego talis ſindicus, ſeu ꝓcurator talis monaſterij ſeu eccłę, vel minoris 25. an. hēs ad hoc ſpāle mādatū, q̄ in tali cā ī qua corā tali iudice ſuccubuit p̄fatū monaſteriū, eccl'a, vel mi. omiſſa fuit exceptio p̄ſcriptionis, vel trāſactionis, & hmōi: vel talis ꝓbatio neceſſaria: vel ī hoc læſū fuit, q̄a, nō extitit à dicta ſn̄ia appellatū, vel in tali ꝯtractu, puta in tali vēditiōe, vel hmōi, quare peto noīe dicti monaſterij me ſiue ipſū ex officio vr̄o ad præfatā exceptionē, ſiue probationē omiſſam ꝓponēndam, ſeu ad appellandū, & appellationē ꝓſequēdā, ꝯtra p̄fatū ꝯtractū vēditionis ī integrū reſtitui, & reſtituēdū fore ſn̄aliter declarari,

a ex. e. ſuſcitata. c. auditis c. conſtitutus. & c. fi. Vel ſic a:

LIB. Conqueror, &c. vt ſ. vſq; mādatū iūge qd̄ cū in cā quę vertitur & verti ſperatur īter P. ex parte vna, & me noīe talis eccłę. vel minoris ex altera reciperim à vobis terminū ad ꝓponēdū oēs exceptiones dilatorias & ipſas legitimas & rōnabiles mihi cōpetētes omiſſerim ꝓponere in termino ipſo, ex hoc lęſus, vel læſa eſt enormiter, qd̄ me offero ꝓbaturū, quare cū ſit minor vel cū eccl'a iure minoris fungatur, peto me reſtitui ad probādū læſionē hmōi, & reprobata p̄ bn̄ficiū reſtitui in integrū, & ad huiuſmodi exceptiones omiſſas ꝓbādas admitti, quę tales sūt, ſ. de reſt. in inte. §. 2. ver. illud qcūq; nec fit in hoc libello litis cōteſtatio, ex. de of. iu.

2 c. vnico. † Specialiter in minore lęſo in contractu vēdi

b tionis ſic concipitur libellus b.

LIB. Coram, &c. conqueror de P. cui cum ſim minor 25. annorū, vel eſſē tpe cōtractus, vendidi equū ꝓ 15. q̄ valebat 22. vnde quia mea facilitate fui deceptus in pretio, peto pretium mihi reſtitui ex officio ueſtro

c ff. de min. tutor. & l. pe. C. ſi ad uer. uend. l. 1. & 3. c Eodem modo cōcipitur, ubicunque minor lęditur in cōtractu, uel quaſi, eum tn̄ ſpecificādo. ff. eo. ti. ff. e. ait prętor. §. ſi in iud. & §. nō ſolum. & l. ſi ſinc. §. reſtitutus.

3 & §. item ſi non, † Et hoc cum eſt deceptus in pretio: ſi uero quia uendidit, quod non expediebat, ſic concipitur libellus:

LIB. Coram, &c. conquęror de P. cui cum eſſem nor 25. an. uendidi codicem meū ꝓ decem · unde pe-

d to d contractum illū reſcindi, & codicem illū mihi ex officio ueſtro reſtitui, & ad hoc propono officium ueſtrum, ff. de mi. in cauſæ, & l. ſeq. Actor ergo ſic ponet.

PO. actoris. Pono, q̄ ſum minor 25. annis, ff. eo. l. 1. & l. denique, §. minorem. Item q̄ tecum contraxi. Item quod in eo contractu læſus ſum in hoc, ff. eo. non omnia. Reus uero ſic:

PO. rei. Pono, q̄ tpe contractus eras maior 25. ann. Item q̄ iuraſti te maiorem, & hoc licet eſſes minor, C. ſi minor ſe maior. dix. l. 3. in fi. Item quod iuraſti non contrauenire, C. ſi aduerſus uend. Auth. ſacramenta.

ADDITIONES.

a Vel ſic. *Aeg. fuit 22.*

b Concipitur. libel. *Secundum Roff. cuius eſt totum, quod ſequitur vbi ſup.*

c Et 3. *Oppono huic libello, ſecundum Roſ. de l. quod ſi minor. §. reſtitu. ff. de min. vbi patet, qd̄ reſtitutio eſt prioris ſtatus redintegratio. Dēt ergo ſecundū id minor patere rem ſibi reſtitui, & offerre pretij habiti reſtitutionē, C. de repu. quæ fi. & l. vnica. Reſ. libellū bene conceptū, cū ſubueniatur in eo, quod eſt læſus. Si ergo nō eſt læſus in eo, quia vendidit, reſtituitur in minoritate pretij, & hæc ſuppletio bene dr̄ reſtitutio, cum pretium ſit ſubſtantia contractus venditionis, ff. de cōtrahen. emp. l. pacta cōuentæ.*

d Peto. *Communiter ſic habetur in Roſ. iſte libellus, ſed in vno correcto habetur: vēdidi codicem meum, quē non expediebat mihi vendere cum habuerim illum in ſolis. vnde cum in hoc lęſus ſim peto. & c. & ego dicerē, quē expediebat mihi vēdere, vnde cum vendere. n. quod vēdere non expedit, poſſe eſſet ſine læſione. Ad id quod prędixi de ſtudio libri facit ſu. de fru. & itereſſe, §. viſo in princ.*

Baldus de in integrum reſtitutionem.

QVALITER formet̄ libellus, qn̄ petit̄ in integrū reſtitutio, & reſtitutio poſſeſſionis, eodem libello, §. fi. ad fi. uide ſupra de libell. concep. §. an per ſimplicem.

De alienatione iudicij mutandi cauſa

a facta a. Rubrica.

ADDITIO

a *Totum nigrum incipiendo in prin. ibi, porro vſque ad ver. vel ſecundum alios ad literam fuit Roſ. eo. ti. & eſt in opera Rich. inter edicta 12. Auctor hic in prin. quo ad inſtrumēta, remittit ad titulum de ceſ. act. ad fi. & tn̄ de materia recurre ibi primum. §.*

*SVMMARIVM*

1 *Inſtrumenta qualiter ſuper ceſſionib. ſint conficienda.*
2 *Libellus qualiter in cauſa mutandi iudicij ſit conficienda.*
3 *Alienatione iudicij ratione cauſæ facta, qualiter contra ſit libellus formandus.*
4 *Actor cauſa alienationis mutandi iudicij cauſa facta, qualiter libellum concipiet.*
5 *Reus actori pro alienare agenti qualiter reſpondebit.*
6 *Titulus de litigioſis cum habet in lite mota.*

SI

SI velis scire, qualiter infra super cessionib. conficiantur unde su. de actio cess. ad fi.† Porro si ꝯ te uolebam instituere rei vēdicationē, vel aliam actionem realem, vel personalem in rē scriptam, vt est actio quod metus cā, vt ff. quod metus cau. l. metum. §. cum autē. & oīa interdicta, vt ff. de interdict. l. 1. §. interdicta. & tu possessor cā istius futuri iudicii mutandi alienas in alium, cum tū velis rē habere. licet litem trāsferas, vt molestum aduersarium pro te subiicias, habeo ꝯ te actionem in factum à prætore descendentem ex edicto de alie. iu. mut. cā facta, per quā meū cōsequar, reseruata mihi rei vēdicatione, vel alia reali, ff. de alie. iu. mu. cā facta, l. 1. §. 1. l. 2. & l. inter. in fi.

a C. eo. l. vnica Sic ergo libellus concipitur:

a LIB. a † Coram, &c. coqueror de P. qui cā à se mutandi iudicij rem talē, cuius noīe volebam agere ꝯ ipsum, alienauit, & dedit Titio, cum illa sit ad eum reuersura, quia ipse T. est potētior, q̄ ipse P. vel alterius prouinciæ vel ho malitiosus. vnde pp talem alienationem interest mea in 20. ideo illud meum īteresse peto, & ad hoc propono actionem in factum descēdentem ex edicto prætoris de alie. iu. mu. cā. facta, ut in p̄. l. Prędicta uera sūt qn̄ interest mea rōne psonæ, in quā alienatio facta

3 est, vel loci.† Si uero rōne cāç, tūc sic concipit libellus LIB. Coram vobis, &c. cōqueror de P. qui seruū, quē possidebam, cuius noīe ꝯ eum agere volebam rei vēdicatione, vel alia reali actione, ipse manumisit: vel locū in quo ędificauerat ui, aut clam, vel quo nunciaueram nouum opus, vel ꝯpetebat mihi actio aquæ pluuæ arcēdæ, alienauit, quę res sunt ad eum reuersuræ, vnde quia pp talē alienationē interest mea in 20. ideo illud interesse peto, & ad hoc propono actionem in factū ex edicto de alie. iu. mu. cau. fac. ff. eo. l. quia §. 1. 2. & 3. & l.

4 item §. fi.† Actor ergo sic ponet: PO. act. Pono, quod volebam cōtra te intētare rei vendicationē, vel aliā realē actionē. Itē ꝙ cā futuri iudicij cuitandi rē, q̄ possidebas, alienasti T. ff. eo. l. 1. & l. ex hoc. §. ait. & l. non solū §. 1. & §. ad iura. Itē qđ alienasti pp hoc, vt ipsum T. mihi supponeret aduersariū cū res sit ad te reuersura, ff. eo. item in fi. Itē quod alienasti, nec adhuc reuocasti, ff. eo. ex hoc. §. si quis ali. Itē quod mea interest in 20 te non alie

5 nasse, ff. eo. non solū. §. hæc actio.† Reus uero sic: PO. rei. Pono, ꝙ tu noīe talis rei ꝯ M. tūn volebas instituere iudicium, sed hoc implicat negatiuam, ex. de cā pos. & propr. cum ecclesia. Item quod rē, cuius noīe volebas actionē instituere, nunq̄ possedi, nec dolo feci, quo minus possiderem. sed hęc est negatiua, ex. de cōfessis, sta

b tuimus b. Item uere alienaui rem vel quasi ꝯcessi ex toto, vel quasi uendidi. Item quod alienaui de necessitate redhibendo, vel soluendo, cui tenebar. Item quod si alienaui, illam rem recuperaui. Item quod sum paratus suscipere iudicium, ac si possiderem, ff. eo. quia. §. fina.

c Vel, secundum alios c potest sic concipi libellus.

LIB. Coram, &c. cōqueror de P. cui cum litem super tali vinea, vel super decem quæ mihi dēt, mouere deliberassem, ipse hoc præcognoscēs, dolo & fraude Titio potentioris patrocinium aduocans sibi, rem, vel debitum ipsum uendidit, siue cessit, seu eius patrociniū cōduxit, quare peto ipsum per uestrā sniam in tactura cāç

6 dānari, ex. e. ex parte. C. ne lic. pot. l. 1. & 2.† Iō. dixi mouere deliberassem, quia si esset iā mota, locū haberet ti. de litigiosis, C. de litig. l. ult. & Auth. litigiosa. Itē iō, dolo, & fraude, quia alias non haberet locum hac pœna, ff. de alie. iu. mu. cā fa. l. non solū. Sed prima positio melior est. nam dicta pœna nō hēt locum, quando qs alienat cā mutandi iudicij. quod dic, ut supra de cessione actionis prope finem. Quādo autem aliquis agit ex iure cesso, qualiter concipitur libellus, dixi supra de ꝑcur. §. sequitur. uer. sed. quæritur.

ADDITIONES.

a LIB. *Qui bene continet illa tria, de quib. sup. de ces. act. §. 1. ver. illud quoque.*

b Statuimus. *Lib. 6.*

c Alios. *Libellarios cognitos perquisiui, ut uiderem, si quis errorē excusare posset, qui sequitur, s. debitorem uendidisse, uel cessisse.*

a De arbitris a. Rubrica.

ADDITIO.

a *Qui tractauerunt ex practicis materiā rubricæ, uide sup. tt. de ar. super rubrica, de materia hic in fi. auctor illuc remittit. Quæstio super regula, de dolo, li. 6. tractat. an ualeat compromissum factū in arbitratorem publice excommunicatum, & an arbiter possit exigere salarium, scripsi sup. de salar. §. 1. in fi.*

*SUMMARIUM.*

1 *Libellus qualiter sit contra arbitrium, seu compromissum continentes, concipiendus.*

2 *Arbitratore iniquam sententiā ferente, an auctoritate iudicis possit ab ea discedi.*

3 *Libellus qualiter sit pro aliqua arbitratorum sententia reuocanda concipiendus.*

1 IN hoc titulo sic poteris concipere libellum: LIB. † Corā, &c. propono cōt. P. qđ cū nuper inter me & eum super fundo, vel super quadam summa pecuniæ, vel super tali ecclesia quæstio suborta fuisset, demum in tales sub certa pœna extitit compromissum vtrinque, qui de ipso negotio cognoscentes, taliter, qualiter arbitrati fuerunt, qđ quidem arbitrium pars altera obseruare contemnit, quare peto dictum P. ad dicti arbitrii, seu sniæ obseruationem ꝯpelli per pœnam in ꝯpromisso appositā, & à partib. stipulatā. Vel dicat, vnde peto pęnā ipsam mihi dari, & solui, peto & expēsas hac occasione factas, quas æstimo centum, & ad hoc vestrum officium imploro,

a Vel hoc peto ex vigore ꝯpromissi. Vel sic a ꝯcludat. Vnde peto ab eodem centum libras, quas mihi dēt ex cā arbitrii, siue laudi inter nos p talem arbitrum promulgati, & quia non soluit prædictam pecuniæ quantitatē in termino in dicto laudo comprehenso, peto ipsum condēnari ad pęnam centum lib. & pro damnis & interesse & expensis in decem libras, ext. eo. dilecti. & c. 2. in fi. & c. exposita, ff. e. dic. §. stati. Ar. ergo ex stipulatione ad pœnam, non ex arbitrio, C. eo. l. 2. ff. eo l. 2. ext. eo. per

2 tuas.† Si autem arbitror, vel amicabilis compositor,

b vel etiam arbiter, vt puta b iniquam tulerit sniam, auctoritate superioris poterit ab ea discedi, & concipitur sic libellus:

3 LIB. † Coram, &c. propono, quod cum nuper inter P. & me super hoc quęstio suborta fuisset. demum in tales tanquam in arbitros, vel arbitratores, seu amicabiles compositores, sub certa pęna extitit cōpromissum, qui in dicto negotio procedentes, iniquam protulerūt sententiam, seu arbitrium, siue laudum in meum præiudicium & grauamen, quare super hoc uestrum imploro officium, & peto per uestram sententiam declarari, ad eius obseruationem me non teneri, & pænę stipulationem non ualere pronunciari, extra eo. ca. 2. & c. exposita, ff. pro soc. si societatem, 2. §. arbitrorum. Quę hic desunt, vide sup. de arbitris.

ADDITIONES.

a Vel sic. *Secundum Bonag. parte 2. in formis libellorum, & Aeg. cap. 121.*

b Vt puta. *Quare hoc dicit, intelliges per no. ver. par. 1. eo. ti §. 1. post prin. uer. arbitrator. §. 6. & quę ibi addidi.*

Bald. de arbitris.

ARBITRAMENTO potest renunciari, & de nouo ꝯpromitti, C. de transact. l. si diuersa. Concordia tollit uotum captandæ mortis, C. de transac. l. si fideicom. no. Qualiter formetur libellus, cum agit ex laudo. Item quomodo formetur libellus cū petitur reductio ad arbitrium boni uiri. G. Prelatus non potest compromittere super liquido, C. de trans. si diuers. l. uide sup. de arbitro, §. rector, uide sup. eo. tit. in prima parte.

# PARTICVLA II.

a De iudiciis a. Rubrica.

### ADDITIO.

a *Practici auctores, uel alij non curarunt hanc rubricam, saluo quod Ross. in prin. sui operis posuit rubricam, quid sit iudicium, cum n. practici de ordine iudiciorum tractent per integra ipsorum opera specialem hanc rubricam ponere non curauit. De cone generali 65. an consentientes in iudicem ante litem contestatã p̃ueniat, unde multas quæstiones sup. de compe. iu. adit. §. nunc super uer. 10. & de hoc no. co. t. t. c. 1. De iudicio habito cum filio fa. unde diffuse supra de actore, B super uer. item quod est filius.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudiciorum species quot, & quæ sint.*

HAEC rubrica generalis est, multas in se complectens species. 1 † Iudiciorum nanque alia sunt uniuersalia, alia generalia a alia specialia a, alia communia, ut not. supra de act. seu pet. §. sequitur, in principio & uersi. & no. quod iudicium, & licet hic titulus in libris Decretalium se ad hoc non extendat, utile tamen est, vt hoc seriatim de singulis prosequamur, ultimo autem de actione ad exhibendum dicemus. De actionib. realibus & personalibus uide inf. de cau. poss. & propr. §. notandum igitur.

### ADDITIO.

a Specialia. *Ros. post prin. sui operis rub. 21. & duab. seq. de actionib. uniuersali, speciali, & generali tractauit.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudicium uniuersale quid sit, & nu. it.*
2 *Libellus qualiter sit in petitione hæreditatis concipiendus.*
*Libellus qualiter in petitione rei hæred. ... sit formandus.*
3 *Hæredem pro parte se uolẽs dicere, qualẽ libellũ formare debeat.*
4 *Positio actoris pro hæreditaria possessione agentis, quæ esse debeat.*
5 *Positio rei cont. agentẽ pro hæreditaria possessione quæ debeat esse.*
6 *Possessoria hæreditatis petitio prætoria quæ sit, & quando locum habeat.*
7 *Petens hæreditariam possessionem ex testamento, qualiter formabit libelli uerba.*
8 *Possessoriam hæreditatis petitionem proponens, qualem positionem formabit.*
9 *Prætoria hæreditatis petitio quæ sit, & quãdo locũ habere dicat.*
10 *Prætoria hæreditatis petitione agens, qualiter debeat ponere.*
11 *Iudicia uniuersalia sunt quatuor.*

1. §. Vniuersalia sunt, vt petitio hæreditatis, ff. de rei vẽ. l. 1. ff. de pet. hær. sed & si §. fi. ff. si pars her. pet. l. 1. in fi. quæ datur a iure ciuili ei, qui succedit tanquã proximior ex testõ, vel
a ab intestato, & ciuilis est, a ff. eo. item ueniunt, §. pridie,
1 ff. de rei uen. l. 1. † In qua sic concipitur libellus.

LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui possidet seu tenet hæreditatem T. cui ex testõ, uel ab intestato tanquã proximior successi, unde ago contra eum, quod ipsam hæ-
b reditatem, seu bona T. mihi restituat b, & eum peto ad id sententialiter condemnari, peto etiam fructus perceptos, & qui percipi potuerunt, & ad hoc propono pe-
c tit. hæred. ff. de pet. hær. l. 2. & 3. In eodem enim libello c non põt petere ex testamento & ab intestato, C. de co. l. fi. † Si uero una res petitur, sic libellus concipitur.

LIB. Coram uobis, &c. conqueror de P. qui possidet bona, quæ fuerunt quondam T. cui ab intestato successi, uel ex testamento, unde ago contra eum, quod mihi talem rem cũ fructibus restituat, & ad hoc propono petit. here. Cum n. generaliter petam, in rebus à te postea possessis debes condemnari, ff. eo. si hæreditatem petã. & l. si quo. Sed cum agam ad vnam rẽ tm̃, non vr̃, quod possim dicere, ago ꝯ talem qui possidet talem hæreditatem, vel res, quæ fuerunt T. nam reus posset negare se possidere, vnde quidam sic libellum concipiunt.

LIB. Corã, &c. conqueror de P. qui possidet, seu tenet talẽ rẽ, q̃ est in hæreditate T. cui ab intestato successi, vel testõ, vnde ago ꝯ eũ, quod mihi restituat, & ad hoc pro
5 pono pet. hæred. † Si uero dicas te hæredem pro parte sic dices.

LIB. Coram, &c. peto bona, quæ olim patris me fuerũt pro dimidia, quã dico illa ad me pertinere ꝑ dimidia ex testõ, vel ab intestato, & hoc, quũ sum certus de certa parte, Si vero incertus, tunc in certę partis dat̃ petitio, qd̃ intelligas rõne exitus, quia põt pars petita minui vel augeri. ff. de rei uend. si pater ff. si pars hęr. pe. antiquæ. & non rõne petitionis, quia certam partem dẽt petere, puta quartam vel quintã, ff. eo. l. j. Item cõcipe libellum, vt j. de success. ab intest. Actor ergo sic ponit.

PO. actoris † Pono, quod T. mortuus est ff. de vul. & pup. subst. l. 2. hoc n. debet scire, C. de e. posst li. reuer. nec nõ C. qui admit. ad bon. poss. quamdiu. Item quod fecit testamentum. Item quod in eo me hæredem instituit: vel quod decessit ab intestato. Debeo aũt eligere, an petam ex testõ vel ab intestato. ff. eo. l. 2. 2. & 3. C. de codi. l. fin. Item quod sum sibi gradu proximior, Inst. de hær. quę ab intest. defer. & de leg. ag. succe. C. de iur. & fac. ig. l. 1. Si hoc neget pone specialiter de parentela, ext. de test. licet ex quadã & de consan. & affin. tua. Item quod illum testm̃ fuit legitimum. Itẽ quod sum talis, qui possum institui, C. de hæred. inst. l. ... qui test. fac. pos. si intestato Item quod T. potuit condere testamentum. C. qui test. fac. si ater. & l. furiosum. 2. q. 7. §. diffinitiua. Item qd illam hæreditatem adiui, ff. de acqu. hær. aditio. Item quod possides illam hæreditatem, vel totam, vel partem, vel aliquã rẽ, uel ius: & te hæredem contendis, & ff. eo. regulariter. & l. licet. si pars hęr. pet. l. 1. §. 1. Reus uero sic ponet:
6 PO. rei, † Pono, quod ille T. uiuit. Item si mortuus est dicat: Pono, qd fecit testm̃, & instituit me hæredẽ. Itẽ quod T. fuit minor 14. annis tpe mortis, vt ꝑ. §. diffinitiua. Itẽ quod interfuerũt tm̃ quinq; testes in codicillis, ubi hæreditas neq; dari, neq; adimi põt, C. de co. hęreditatẽ. Insti. eo. §. si. Itẽ quod fuit homo intestabilis, s. de edit. inst. §. cõpẽdiose. sed hoc iuris. Itẽ quod institutus nõ est capax ff. qui test. fac. pos. is, cui. §. cũ lege. Itẽ quod G. fuit T. proximior, ꝙ tu ext. de pæ. c. 2. Itẽ quod ille G. adiit hæreditatẽ. Item quod mihi de illis bonis possideo, sed hæc est negatiua. Itẽ
d quid, quod possideo, emi d. Item quod alio titulo potes petere, ff. c. ẽt. §. & si quis. & §. idẽ erit Itẽ quod tenuisti & possedisti fundũ quę à me petis, & si actor hunc cõfiteat̃, se à prosecutione petitionis hęreditatis excludit, argu. ff. de pet. hæredi. si quis hæreditatem. & l. nõ tantum. §. 1. qd ꝑ emptore. & l. si à domino. §. si. possessor hęreditatis

### ADDITIONES.

a Et ciuilis est. *Et dicitur directa, & de hac plene Ros. vbi de ciuilibus, rubrica de directa hære. pet. & est ibi 8. in ordine, ponit ẽt 9. quæ requiritur in ista, quę ex positionibus collige, vbi de prætorijs tractat, infra dicam.*

b Restituat. *Hic posuit Ros. quod auctor transtulit supra de li. conce. §. fi. ver. hic autem notandum.*

c Libello. *Apertius dixisset, tamẽ dixit Ros. quod breuitatis causa cõprehenderet utrumque, & tunc bene sequitur, illud enim.*

d Emi. *Hic nimis succincte transiuit auctor, in quo tamen satis instat Ros. quęrẽs, quare petitio hæreditatis non detur contra titulo possidentẽ, contra quẽ tamen datur rei uendicatio, & de hoc no. C. de pe. hæ. l. hæreditatis. & C. in qui. cau. can. ces. lon. tem. præscri. l. hæreditatem. plenius per Cyn. de pet. hæred. l. cogi. in 4. q.*

*ADDE, ut plene per Pau. de Cast. consi. 6. & 96. per Ange. consil. 229.*

*ADDITIO. Adde tu Philip. Cor. consi. 278. inci. in causa. col. 4. uer. & ideo. in 4. uol. Et an heredi, qui semel possedit bona post mortē defuncti, & postea desijt possidere, cōpetat petitio hæreditatis contra possessorem, uide Bal. cons. 12. incip. quidā do. Mat. in 1. uol. & Phi. Cor. consi. 254. incip. principalis difficultas. col. fi. uer. & petitio hæreditatis. in 4. uol. Hen. Fer.*

6 tis. circa fi. † Est & alia hereditatis petitio possessoria a, q̄

a est pretoria, & locum habet, cum de iure pretorio ad successionem quis vocatur, vt emancipatus, quem ius ciuile non cognouit, vt Inst. de hær. quæ ab intesta. defe §. emancipatus. & de exhæ. li. §. emācipati. qui si admissus fuerit, quia sibi data est bonorū possessio, poterit petere bona, quæ fuerunt defuncti, nō per directā hæreditatis petitionē, sed per prætoriam, s. per possessoriā hereditatis petitionē, quæ tantundem operatur, ff. de poss. hær. pet. l. 1. & 2. Sic ergo libellus concipitur.

LIB. Coram vobis, &c. conqueror de P. qui ininstè detinet hereditatem quondam T. cuius hæreditatis possessio, Vnde liberi, mihi data est a prætore, cū sim eius filius, licet emancipatus, vel Vnde agnati, vel Vnde co-

7 gnati. & hoc quando ab intestato. † Si vero ex testamēto, dicas, cuius bonorum possessio contra tabulas, vel querela inofficiosi testamenti data est mihi, quam hæreditatem mihi peto restitui, & ad hoc propono possessoriam hereditatis petitionem, & super hoc peto mihi iustitiam exhiberi. Sed si in testamento quis est institutus, vocatur de iure ciuili, sicut quis extraneus. Vnde, secundū quosdam debet in libello dici, ab intestato mihi delatam. Verum hodie non est necesse, q̄ quis petat bonorum possessionem, nisi in casibus, qui not. infr. de

b testam. §. sequitur. ver. in summa b. sed tantum agnoscat. quia hodie æqualiter succedunt emācipati, & sui

c vt C. de leg. hær. defuncto. & Auth. cessante. Vnde sic formabis & melius:

LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui iniuste detinet hæreditatē T. cuius bon. poss. Vnde liberi, vel vnde co-

d gnati, vel vnde agnati agnoui d. & hoc quando ab intestato. Si autem ex testamento, dic, vt supra, vnde illam hæreditatem mihi peto restitui, & ad hoc propono pos-

8 sessoriam hereditatis petitionē. † Actor ergo sic ponet:

PO. act. Pono, quod ego fui filius talis testatoris, vel agnatus. Item q̄ fui emancipatus ab illo, institu: de bo. possess. in princip. Item quod ipse in testamento præterijt me, vel exhæredauit & illud testamētum ego P. cōtra tabulas, vel per inofficiosi querelam expugnaui, ff. de inoffi. test. qui de inofficioso. Item quod bon. poss. vnde liberi, uel unde cognati, fuit mihi concessa, ff. de leg. hæred. l. de emancipatis. infra de testamen. §. sequitur. Reus vero sic:

POS. rei. Pono, quod nō es filius, vel agnatus. sed hæc est negatiua. Itē quod fuisti iuste exhæredauis. sed hoc est iuris. Item quod illud testamentum nondum est ruptū. Item q̄ adhuc es in potestate, sicut fuisti. vnde, nō

9 proponet possessoriam, sed directam. † Est etiā & alia hereditatis petitio prætoria, quæ fideicommissaria nūcupatur, quæ tunc locum habet, si quis Titium in testamento hæredem instituit, rogans eum per fideicōmissum, vt tibi hæreditatem restituat, qđ ipse fecit, sed hæreditas illa ab aliquo possidetur. Contra quemlibet. n. possessorem tibi datur hæc actio, preterquam cōtra heredem, qui iam tibi restituit, ff. de fideicom. hære. pe. l. 1. & fi. & sic concipe libellum.

LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui iniustè detinet hæreditatem talem, quæ fuit Sempronij, quæ hæreditas ad me ptinet, & mihi restituta est auctoritate senatusc. Treb. ab hærede in testamēto Sempronii instituto; vnde illā hereditatē mihi peto restitui, & ad hoc propono fideicommissariam hereditatis petitionem. hæc forma probatur ff. ad Treb. l. 1. Si autem vis petere fructus, dices, & peto fructus perceptos & percipiendos: & hoc cū tota hæreditas petitꝰ. Si uero pars, dicet: peto

e hereditatem quondā Sempronii e, alijs seruatis, quę in

10 libello dicuntur. † Actor ergo sic ponet:

POSI. Act. Pono, q̄ talis in testō suo, uel codicillo talē heredē instituit. Item q̄ eū rogauit, q̄ mihi hæreditatem suā restitueret. Itē q̄ in illo testō septē testes interfuerūt, Inst. de test. circa princ. Si neget, prosequere, & dic, pono, q̄ interfuit P. & R. & Seius, & M. & sic vnā positionem p quolibet. Itē q̄ talis fuit q̄ potuit facere testm̄, s. de ædil. edi. instro. §. pendiosè. i prin. sed hæc est iuris. Itē q̄ fuit maior 14. annis, 2. q. 6. c. ei, q §. diffinitiua, Itē q̄ sum talis persona, quę possum ex testō capere, vt ī præ. §. cōpendiosè. sed hęc est iuris. Item q̄ vnus hæres īstitutus & rogatꝰ restituere mihi hęreditatem, eā mihi restituit. Reus vero sic: POS. rei. Pono, q̄ is, q fecit testm̄ fuit minor 14. annis, C. qñ pu. nō. est nec. l. 2. & 3. & præ. §. diffinitiua. Itē q̄ quatuor testes tm̄ interfuerūt, vt C. de test. hac psultissima. Itē q̄ septē testes, q̄ īter fuerūt, nō fuerūt rogati, C. de test. Auth. rogati. Itē q̄ non interfuerūt vno ptextu tpis, C. de test. hac psultissima. Itē q̄ pater tuus pmisit crimē lęse maie. C. ad l. Iul. ma. q̄s. q̄ els 6. q. 1. Itē q̄ es hæreticus, C. de hær. oēs. & l. 2. ex e. excōicamus. §. credētes. Itē q̄ es filius sacerdotis, & ī sacerdotio genitus, vñ nō potuit tibi reling. C. de nat. lib. l. 1. Potes ēt ponere de casib. quib. aliqs fit indignus, qui notanꝰ in Summa Azon. C. de his, q. vt indi. & supra de edit. instrumen. §. cōpendiosè. ver. 1. Item quod

## ADDITIONES.

a Possessoria. *De hac & seq. Rof. plene, vbi de pretorijs rubr. de petit. har. possessoria, & rub. seq. ubi de fideicommissaria, & Io. de Blande bis tribus sui operis char. pe.*

b Versi. in summa *Vltimus uer. est.*

c Et sui. *Dic, ut alij, & placet Azo quod licet sublata sit inęqualitas in successione, non tamen in modo, & de hoc Rof. ubi supra in princ. Quatuor autem, quæ in ista sunt necessaria, exprimit Rof. colliges expositionibus.*

d Agnoui. *Io. de Bla. ubi suprà format libellum in possess. unde uir & uxor, ff. unde uir & uxor. l. unic.*

e Sempronii. *Hunc patentem errorem uide etiam in Roff. inueni tamen in uno correctū, peto partem talem hæreditatis, &c. & facit quartus libellus sup. eo. Quinque autem, quæ hic requiruntur, expositionib. colligas. Roff. autem, ubi sup. in fi. contra libellum ponit. duo. Primum in eo, quod dicit hæreditatē restitutā per Trebellianum, cū forte restituta & addita fuerit sponte. Vnde nō fuit necesse per Trebellianū cōpelli adire, uel restituere, Instit. de fideic. hæred. §. si uero. Sed in eo, q̄ dicit hæreditatem restitutā, & petit illā ab alio possessam, ergo nō fuit restituta, cum per traditionē acquirātur dominia, C. de pactis, traditionib. Ad primū respondet, quatuor esse remedia Trebelliani, quod cogatur hæres adire, q̄ directæ actiones sint hæredis, transeant utiles in fideicommissarium. Quartum, q̄ sponte adiens, & restituens detrahit quartam, patet ergo sine compulsione Trebelliano locum. Ad secundum respondet, quod in adeunda hæreditate suffi it uolūtas, nec est necessaria possessio, uel traditio, ff. de acqr. hær. toties. Quod aūt est in instituto, idē & ī substituto. ut restitutione uerbali recepta statim fit dñs. & sic pcedit petitio. Huic conuenit, q̄ dixi Io. de Bla. ubi de actione ex testō, qui in pdicto libello, ibi, mihi peto restitui. addebat re, uel uerbo. & ubi de fructib. per ceptis loquitur, addebat a tēpore moræ. Addebat ēt, q̄ cū ipse hæres talē rem hereditariam, q̄ æstimat decē lib. Tur. perire pmiserit per suā culpam latā, uel dolum, petebat illas decē sibi solui, & hoc prosequendo dicebat, quod dicitur de testō factum, nō uis ponere, cū de restitutione possit qs grauari & in codicillis, ff. Treb. l. recusare. §. meminisse. Additū de lata culpa, pcedit ēt in negligēdo, quo casu nō tenet de leui, de qua tn̄ teneretur faciēdo, ff. ad Tre. mulier. §. sed & em. & de l. 1. si seruꝰ leg. §. cū quo. Quod dixit Re. uel uerbo, tellige, si possideat, uerbo, si nō possideat. ff. ad Tre. l. rest. Id qđ de fructib. dicit, a tpe moræ pcedit, qa restitui dēt,*

*uel in quartam cōputari, perceptos uero negligentiā non petentis lucratur heres, ut in præ. l. mulier. §. si hæres. Item in eo, quod dicitur in libello, quod hæres detinebat, sonat, quod adiuerat, tamen I o. hoc exprimebat in libello, quia si non adiuisset, non ageretur contra ipsum actione ex testamēto, sed per. senatuscō. Tre. ageretur officio iudicis contra eum, ut adiret, & restitueret. ff. ad Tre. l. ille, a quo. §. tempestiuum. Aliqui dicunt coactionem fieri iudicis officio, restitutionem ex testamento.*

*ADDE, ut per nouiss. in l. 1. ff. ad Trebe. & Pau. de Cast. con. 9.*

ꝙ institutus nō adiuit hęreditatē spōte, vel coactus, & 11 si adiuit, nō restituit tibi re, vel verbis. Item vniuersale iudiciū est, si dico, peto talem ecclesiā, vel talem locū cū omnib. suis iurib. & pertinentiis mihi adiudicari, & talis libellus admittit, ext. de resti. spol. cū ad sedem. & de fi. instr. īter dilectos. de exce. cū uenerabilis in prin. & de re iu. abbate. li. 6. & vide inf. de relig. do. vers. illud Et breuiter, sunt quatuor vniuersalia iudicia, vt supra a de acti. seu pet. §. sequitur. versic. sed & si quis act. a

ADDITIO

a Ver. sed & si quis. act. *ad fi. de quatuor vniuersalibus actionibus ibi in uer. & nota.*

*SVMMARIVM.*

Iudicium generale quid sit,

1 *Instrumentū obligationis, seu societatis qualiter sit conficiendū.*
2 *Duobus pariter murum ædificantib. qualiter sit instrumentum conficiendum.*
3 *Libellus in actione pro socio, qualiter sit concipiendus.*
4 *Libellus qualis esse debeat, ubi societate omnium bonorum contracta, dipersa, uel expensa sunt aliqua illorum bonorum.*
5 *Contracta societate omnium bonorum, si propter socium societati damnum euenerit, qualiter libellandum erit & nu. 6.*
7 *Societatem contrahens certam personam eligere dicitur.*
8 *Socius bursam habens societatis, si emat aliquid, ēt societati necessarium, an de pretio contra socios aget, uel si plus expendit, quam habuit, an a sociis repetet.*
9 *Socius recedens an possit partem rerum communium repetere, uel alteri sociorum dare.*
10 *Actio pro socio directa qualiter competere dicatur.*
11 *Vtilis actio pro socio inter quos locum habere dicatur.*
12 *Vtilis actio pro socio dicitur esse bonę fidei, & in ea ueniunt illa de quibus nec actum, nec cogitatum est.*
13 *Quasi societas inter quos esse dicatur.*
14 *Actio pro socio non potest durante societate competere.*
15 *Actio negotiorum gestorum directa qualiter oriatur, & qualiter in ea sit libellus concipiendus.*
16 *In actione negotiorū gestorū qualiter sit libellus concipiēdus.*
17 *In omni actione negotiorum gestorum qualiter sit procedendū.*
18 *Negotium alienum qualiter fiat non alienum.*
e te, & non in debitore, si dominus ignorauit alienari e.
29 † Sed de hypothecaria quæritur, quanto tempore tol-
f latur f. Respon. quandoque quadriennio, vt quando
fiscus vendidit rem alterius hypothecatam vt suam, vt
C. de quad. præscrip. l. 2. & l. fin. quandoque sopitur spa
cio 10. vel 20 annorum, ut quando quis vendit rem pi-
gnoratam bonæ fidei emptori: nam tunc emptor in-
ter presentes decennio, inter absentes vicennio se tue
tur, ut C. quib. non ob. long. tempo. præscri. l. fin. quan-
doque 30. ann. tantum tollitur, ut cum quis extraneus
rem pignoratam possidet bona fide & sine titulo, uel
cum titulo sed mala fide, uel sine titulo & mala fide, ut
C. de ꝑscrip. 30. an. sicut & l. omnes. C. de dona. excep.
l. 1. quandoque sopitur spacio 40. an. tantum, ut qñ con
tra debitorem, uel eius heredem intenditur, ut C. quib.
non obst. long. tem. prescri. l. fin. & in pred. l. cum notis
simi interdum spacio 6. mensium, ut C. li. 10. de agri. &
30 censi. l. fin. de hoc not. C. si aduersus cred. l. 1. & 2. † Sed
nunquid hodie huiusmodi præscriptiones, 10. uel 20. ann. lo
cum habent? & videtur, quod non, nam malæ fidei pos
sessore alienante cessat longi temporis præscriptio, vt
in pre. Aut. malæ fidei. nam semper hic venditor, idē-
que debitor, qui vendidit, quantum ad hoc malam fi-
dem habet, qñ uendidit rem obligatam. Respō. quod
in præd. l. continetur, uerum est, cum non dñs vēdidit,
sed in præsenti materia aliud est, & uide, quod no. ext.
31 de re. iu. abbate sanè, li. 6. in prin. † Quid si bene scit em
ptor rem alienā esse, ignorat tamen obligatā fore, nū-
quid præscribit hypothecariæ actioni? Resp. non, cum
non possit præscribere rei uendicationi. Sed quid si ne
sciuit emptor rem esse alienam, sciuit tñ obligatā fo-
re? Rñ. prescribit rei vendicationi, sed non hypotheca
g riæ g. Qualiter concipiatur libellus in Publiciana, di-
xi sup. de cau. pos. & ppri. §. nunc dicendum.

## ADDITIONES.

a §. si. *Ibi concordantiæ.*

b Olim inter. *Ibi scripsi in magna gl. & uide, quod ēt scripsi de relig. do. cum dilectus. in glo. hic satis.*

c Venerabilium. *Quam hodie non habemus, sed fuit ex ea sumpta dec. 1. eod. titu. lib. 6. ut ibi no. in 1. glo.*

c Ver. quid ergo. *Quæstio Pil. 8. & domini Cy. 9. & distingue in præ. dec. in eo. ti. lib. 6. s. an iure commune, vel præsumptio sit contra præscribentem, et an alleget præscriptionem, cuius initij non sit memoria.*

d Alienari. *Trāsportatio impedit intellectū, deberet. n. dicere, loquitur non in debitore, sed in possessore alienante, si dñs, etc. hoc non pcedit in alienatione facta per dñm, sed per debitorem, qui ēt, quo ad proprietatē non possunt dici malę fidei, ut l. si qs fundū, alle. sup. versi. prox. & facit inf. duobus uersic. proximis, & hoc ēt placet Iacob. de Are. ut sic l. 1. & 2. C. si aduer. cre. alle. inf. uer. px. de præscriptione contra emphytheoticariū non corrigātur per Auth. Inducit ad idē l. sequitur, § si rem, ff. de usu. ubi si debitor subtrahi creditori rē mobilē, & uendit res usucapitur quia res non est furtiua, licet ipse teneatur furti. de hoc ēt per Cy. in præ. Auth. malæ fidei, patet idē ff. de fur. cū qs § 1. & §. si rem Vnde ad intellectū huius, & eorum, quæ sequentur, sciēdū est, q dupliciter dr̄ mala fides, una uera & ppria, sm̄ q quis bene scit rē esse alienam. alia est ficta, cum s. ex alterius persona auctoris s. quis malæ fidei censetur. Hic ēt distinguitur inter hæredem & singularē successorem. fingitur. n. heres una persona cū defuncto, in Auth de iureiu. quod a mo. præs. in prin. cum cōcor. non sic singularis successor, ff. de diuer. & temp. psasc. l. an uitiū in prin. & l. cum hēs, & quod ibi no, in ult. gl. De prima s. uera & propria, loquitur sup. eo. §. uersi. prox. & l. si quis fundum, ibi alleg. & uer. ulti. inf. eo. Secundo uero, ficta, s. ex persona auctoris, non impedit prescriptionem cōtra emphytheoticariam, etiam emptore, vel donatario ignorante, & sic saluus maneat titulus all. si aduersus creditorem, nec de eo casu loquatur Auth. malæ fidei. quod patet dū dicit, si uerus dñs ignorat, &c. & idem uer. in Auth. ut spon. lar. §. rursus, unde sumpta fuit Auth. ibi, si aūt ignorat uerus dñs &c. de præscriptione igitur dñij loquitur. Declarandum igitur offertur, quod ponit Cy. ubi supra, post Iaco. de Are. ubi supra, constat, q de iure antiquo per alienationē rei mobilis cōmittebatur furtum, & fiebat res inusucapibilis, Inst. de usuc. §. furtiue Iustinianus in re immobili, in qua non cōmittitur furtū ex rei qualitate, quia contrectari, uel baiulari non pōt. Inst. de usucapionib. §. quod aūt, sustulit præscriptionem longi tps p prædictā Auth. sed, ut sup. dixi debitore rē mobilem surripiente creditori, qz res furtiua non est, pcedit usucaptio emptoris, licet euidens fur fuerit, & sic scientia uenditoris non nocet emptori, sic in re immobili scientia uendentis, uel donantis scienter rem obligatā, non nocebit emptori, uel donatario contra hypothecariā præscribenti, & sic remanet titulus ille, si aduer. cred. et nō noceret mala fides ficta ex persona auctoris isto casu sicut nec illo & uera locutione ille dr̄ bonæ fidei, ff. de uerb. sig. bonæ fidei. Itē non noceret dño acquirendo, licet sciret alij obligatā, uel usūfructum alteri, ff. de contrah. emp. quas a quolibet, & ibi not. est. n. tale ius extrinsecum a dño & possessione. arg. ff. de leg. 3. l. Meuius, §. penult. ubi uide in ultima glossa.*

e Quanto tempore tollatur. *Quæstio fuit Alb. Gal. de pignorib. post princ. sed hic plenius. Quō autem alias tollatur, plene no. ff. de pact. si tibi decem millia. §. de pignore.*

f Hypothecariæ. *Hoc no. C. de præsc. 30, uel 40. an. sicut in rem. in glo. malæ fidei.*

### Baldus de præscriptionibus & exceptionibus.

AN Solutio census facta per colonum, uel emphyteotam, qui de facto vendiderunt alii, cōseruet domino possessionē rei, casus est in l. Pomponius, ff. qb. mod. vsusfruc. amit. ver. pone, co onus. G. An Papa sit sub ꝑscriptione actiua, vel passiua, cum non sit sub lege, ver. illud. G. Cōsuetudo est actuum repetitio, præscriptio est possessionis ꝯtinuatio, ver. sed quę est differētia. G. An vsus iurisdictione ī certis capitulis retineat possessionē ī aliis capitulis, ver. sed pone, miles G. Quāto tpe tollat hypothecaria, ver. de hypothecaria. G. An p citationē non præcedente aliqua petitione interrūpat prescriptio, sup. de exceptionib. §. 3. & qñ interrumpatur in criminali, supra de citatione, § nota, q in criminali

An

An sententia det titulum præscribendi, supra de primo, & secundo decreto, §. q l. si malæ fidei possessor. Quod & quale impedimentum impediat præscriptionem, supra de poss. §. quidã vult, & quot requirãtur, vt pbet pscriptio, sup. de probationib. §. pone me possedisse, pro materia vide etiam sup. de resti. spol. §. pone, & §. seq. vsq; ad fi. Nota, q exceptio nõ nu. pec. potest opponi confessioni, vel liberationi, vt ff. de accept. l. si acceptolatum, §. inter acceptilationẽ, & apochã. Bald.

a De sententia, & re iudicata. a Rubrica.

ADDITIO.

a *Vide, quod dixi supra parte 2. super rubrica de sententia, & rubr. seq. principalius autem nigrum hoc fuit Roff. rubr. de act. in factum ex re iudicata.*

*SVMMARIVM.*

1 *Actio iudicati quæ sit, & qualiter exponatur.*
2 *Positiones actoris, & rei ubi proceditur in actione iudicati.*
3 *Condemnatus an, & qualiter possit petere sententiam reuocari.*

IN hoc titulo sic potest libellus concipi. LIB. Coram, &c. propono contra B. quia cum inter me, & eum super fundo lis fuisset corã vobis exorta, demum in causa ipsa diffinitiuam sñiam protulistis, vnde nunc peto sñiam ipsam per vos executioni debitæ demãdari, & ad hoc vestrum officium imploro. Cum. n. executio in facto consistat, officium implorari debet, ff. de rei vend. qui restituere, in princ. & ff. de re iud. à diuor. per totam, l. & tunc summatiè cognoscetur, nec est libellus necessarius. Si autem petatur executio per actionem in factum, vt j. ver. porrò, tunc fiet litis ꝯtestatio, & solennitas seruabitur, quod plene dic, vt s. de sent. execut. §.
a breuiter. a Qualiter autẽ in causis appell. petetur sñia confirmari, vel infirmari, dicam, inf. tit. proxi. §. nunc dicendum, & §. seq. Item si mulier intendit probare Eccl. in sñia sup causa matrimoniali lata fuisset deceptam, ꝯcipit libellus, ut inf. de diuor. ver. quid si. Item qualiter formetur libellus ꝯtra iudicẽ, qui recepit pecuniam ob iudicandũ, uel non iudicandũ, not. inf. de
1 accus. §. nec formæ. uer. 2. super. † Porrò b est & quæ-
b dam actio in factũ, quæ oritur ex re iudicata, & ciuilis est, de qua habes, C. de reb. cred. actori. quę quandoq; dicitur actio iudicati, sed exponitur tunc. i. quæ oritur ex re iud. ff. de re iud. si se nõ. in princ. & l. miles, §. decem, & §. fi. C. eod. l. 1. in qua sic concipitur libellus.

LIB. Coram, &c. cõqueror de P. à quo peto decem mihi solui, & dari, in quibus fuit mihi per sententiam T. iudicis cõdemnatus, & ad hoc propono actionem in factum, quæ oritur ex re iudicata, vt in præ. concor.
c & in præ. §. breuiter. c † Actor ergo sic ponet.
2 POS. act. Pono, q conueni te corã tali iudice super decem, quę tibi mutuaui. Item, q super hac petitione fuit lis cõtestata, & iuratum de calumnia, C. de iudic. Auth. iubemus, ext. vt lite nõ ꝯtest. c. 1. Itẽ, q de intẽtione mea probaui per testes, vel instra. Item, q allegationibus, & probat. conclusimus, & renunciauimus, ut s. de concl. & renunc. Item, q iudex cõdẽnauit te in illis decẽ teneri, ff. de re iud. in summa, C. de sent. & interloc. presẽs. Itẽ, q ille T. fuit iudex noster, ff. ad Tertul. l. 1. §. fi. C. si à nõ cõp. iud. l. fi. ext. de iud. at si. Item, q in illa sñia fuit seruatus solitus ordo iudiciorũ, & oĩs solennitas, C. de sen. ex breu. reci. l. 2. & fi. & de sen. & interlo. ꝑlatã, ff. de arb. si feriatis, 2. q. 6. c. ei, qui. §. diffin. Item, q ab ea nõ fuit appel. ff. nil no. app. pẽ. C. de app. l. 3. ff. ad Turp. l. 1. §. fi. 2. q. 6. appell. Reus uero sic.

POS. rei. Pono, q illa decẽ petijsti à T. ext. de psum. nonne. Itẽ, q si à me petijsti, renunciasti, & sic nõ fuit lis cõtestata, 7. q. 1. q̃ periculosum. Itẽ, quòd nõ fuit iu-
d ratũ de calũnia, d s. de iur. calũ. Itẽ, q in ꝓbatione defecisti, 6. q. ult. actor. Item, q ille iudex erat Narbon. & nos eramus Biterẽ. 3. q. 6. peregrin. Item, q ab illa sñia fuit appel. ext. de iureiur. uenientes, 2. q. 6. appellat. interposita. Item, q post latã sñiam nouatio intercessit s C. de except. rei iudic. si cãm. Item in sñia fuit omissus solitus ordo iudiciorũ. Itẽ, q ꝯtra iura fuit lata sñia, & specifica, in quo, quæ dic, vt s. de sñia, §. iuxta. uer. item est nulla rõne processus. Itẽ, q omissã fuit iuris solennitas, quia sine scriptis lata fuit, vel die feriato, quæ dic, ut in pręced. §. uer. item nõ ualet, si iudex. Item, quòd iudex corruptus per pecuniam tulit sñiam, ext. de re iud. cum ętern. 2. q 6. d. c. ei, qui. §. diffinitiu. Qualiter autem petatur reuocari executio sñię facta post appel. uide inf. tit. prox. §. nunc dicendum, uersic. si vero, in
3 tertia forma, & sup. ut lite pendente. † An condemnatus põt sic cõcipere libellum, peto sententiã cõtra me de facto latam nullam pronunciari, & an talis libellus admittatur, peto sententiã nullã pronunciari, & si aliqua esset, eam peto cassari, uel contra eam restitui, uide in pred. iux. uersic. nunquid ergo, & seq.

ADDITIONES.

a §. breuiter. *Et vide, quæ ibi scripsi post Roffr.*
b Porro. *Incipiunt uerba Roffr. supra, qui dicit in petitione, quæ sequitur, decem requiri, quæ per positiones patent.*
c §. breuiter. *Dixit Roffr. quod ideo dixit dari, quia sic debent solui, quod fiant accipientis, ut d. l. si sic, §. pen. & ff. de leg. 1. l. non quocunque modo, in princ.*
d De calumnia. *Hodie hoc non uitiaret sententiam, nisi alias, ubi fuisset expreßè remissum, de iur. cal. c. 2. 2. resp. lib. 6.*

Baldus de re iudicata.

SI iudex pronunciat aliquem nõ audiendum, ista interlocutoria non põt reuocari, nisi de partium consensu, l. 1. in fi. ff. de prę. sti. per Bar. Forma libelli in act. in factum, quę nascitur ex sententia. G. in hac ueniunt usurę centesimę, & fructus medii temporis, secus in officio iudicis, quia officium non deseruit officio, de pet. hęred. l. hęres furiosi. §. ult. G.

n De appellationibus. a Rubrica.

ADDDITIO.

a *Vide quod scripsi super rubr. de appel. sup. par. 2. & quæst. reg. de quib. ibi sparsim dixi, vide sup reg. cum sunt, super reg. in alternatiuis, & super reg. pluralis. Cõplures aũt formas hic positas habuit auctor ab Host. hoc eod. tit. in Summa, vt inf. distinctim dicetur, & vide quod dicã inf. §. sequitur, in princ. Memor sum, dum fui in curia, mihi talẽ casum fuisse narratũ, appellatũ fuit ad Papã a grauamine Calen. Iulij, demũ procurator appel. in fi. Septemb. impetrauit rescriptũ, nullo tunc cõparente ꝓ appellato, superueniens ꝓcurator appel. in fi. Octob. reprobari obtinuit illud rescriptum iã bullatum, et facta fuit conuentio per ꝓcuratores partiũ de alijs iudicib. in audientia contradictorũ, & hoc in fi. Nouemb. procurator tñ appel. ad bullationẽ, uel prosecutionẽ conuentionis, nil egit, usquequo finitus est continuus annus, & elapsi aliqui dies, vltra procurator appel. reuertitur ad audientiã, & impetrare uult nouũ rescriptũ. procurator appell. resistit, finaliter procedit rescriptũ, de quo fuerat cõuentũ, q̃rebatũ, an appel. p pdicta sit tutus cõtra except. de lapsu primi anni, ita q negligẽtia, q̃ habuit post cõuentionẽ iudicũ, et loci, non absorbeat diligentiã, q̃ prius habuerat? Dicebat, q quęstio nauigabat alto mari, & turbido, nõ clare diffinito, & qa audiuerã, q cõpositores Clement. q circa huius materia dubiã cõmendabiliter terminarunt hoc aggreßi, nũc occurrit eius diffinitio, quæ quo nõ esset parũ eis grata, et uere dico idẽ, sed specificatio hui* plixitatẽ haberet, pp quod omitto. Resp. aũt q̃renti, ubi loci uicinitas nõ resisteret, ob hæc appel. negligentiã attribui nõ posse, qui tẽpestiue miserat, & impetrauerat tam citò, quod ex illo rescript*

*scripto poterat intra annum cã diffiniri. Ex facto aũt aduersarij tpr illud diligentię factum est inutile, nec dici poterat nimiũ prætermisse, qui in fine tertij mensis impetrauerat, per quę satis uidebatur s'm no. per Inn. in decr. ex rõne. eo. ti. ei competere s'm annum, dico integrum, & finito primo. Habebam aũt meum nouellam, nondum tamen publicatam & correctam, quam exhibui quærenti uidendam, super prædicto c. ex ratione. & maxime in 2. col. ver. suff. cit in p e. & ult. col. quę cum studueris, inuenies te perplexum. Vides autem, prętentis terminis sup. dictis neglexit procurator appellantis ultra sex menses post conuentionem in locum & loci, suspicor, quod sibi uideretur tanta negligentia absorbuisse primam diligentiam. Sed quid diceres, si septẽ mensium negligentia præcessisset, & in ultimis quinq; fuisset diligentia, Forte contrarium iudicares, & maxime, cum potuisset illis quinq; mensib. terminari, de his uide supra. Quid certum et dete minatũ tene. et in his & sim. lib. Curia, audire non potui. Si diceretur in q̃one, quod statim, quod illud tps diligentia fuit factum inutile, cõpetere, cepisset, nõ dico secũdus annus, sed beneficium secundi anni habendi finito primo nõ tolleret sequẽs negligentia, ꝙ tamen competere cęperat, fact. ff. de success. edi. l. 1. §. sed uidendum, de rest. in integ. c. 2. li. 6. de appe. concertationi. 2. resp. eod. lib. & cle. de elec. constitutionẽ. uer. tamẽ Nec obstat, quod modicũ illud tempus fuit factum inutile, facit de elec. lib. 6. ff. de verb. sig. l. 3. ad Turp. in senatus. in fin. & in hoc te extendas p ea, quæ dixi, ubi sup. in pen. col. uer. ad contrariũ. Ex prædictis quæritur, an sit appellanti necessaria declaratio iudicis in his temporib. quib. ipso iure seruatur illæsus, forsan opponens, quod quasi seipsam soluit per uerbum ipso iure, sed hoc nego, uerba enim illa ponuntur, ut habeatur distinctio ad tempus, quo quis eget restitutione, in quo necessaria est temporis illius concessio, non simpliciter declaratio sed ubi seruatur ipso iure illæsus, non est necessaria tpris concessio. Sed hic quæritur, an sit necessaria declaratio, & nulli dubiũ, ꝙ declaratio esse posset utilis, quo ad quid sed consultius est, ꝙ nõ implicet se in illo iudicio. facit ext. de magist. c. fi. & quod ibi no. in glo. pen. & bene facit lex ibi alleg. ff. de cond. inst. quę sua conditione. §. fin. vbi pro remittendo iuramento non habet hæres necesse prætorem adire, cũ iam sit iuramentũ a prætore remissum Aggrediatur ergo psecutionẽ appellationis suę, & si obijciatur cursus fataliũ, tollitur de cã ipsum cursum impediente, p decr. ex rõne. eod. tit. & ibi nota. in glo. & ext. gl. bene facit ff. de bon. pos. contra tab. si præteritus, cũ concor. quas vide ibi in vlt. glo. Non obstat hæretic. cum sin. lib. 6 in p. qa hic litẽ inchoatã saltem per appellationẽ psequitur, ibi in noua aggredienda requiritur declaratio. & facit, quod scripsi de hom. pro humani. in p. Per eundem modum respondetur ad l. 1. in fi. C. ex quib. cau. ser. pro pret. lib accip & ad dec. Romana. §. postquam. de censi. lib. 6.*

*ADDE ad id, quod lo. An. dicit sibi in curia fuisse narratũ, quod Old. consuluit eius cons 257. inc. casus talis est, appellatũ extitit ad Sedẽ Apost. vbi verba formalia hic scripta inuenies.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Appellatio in iudicio ante sententiã facta, quot modis sit valida.*
2 *Libellus appellationis quæ debeat continere.*

CVM in varijs causis appellationes emitti ꝯtingat, quia vbicũque qui se grauari cõgnoscit, locus est appellatione, vt extr. eo. vt debitus, quæ appellationum formæ libelli nuncupantur, vt 2. q. 6. si qs libellos ingesserit. ideo ad studiũ instructionẽ in hoc tractatu libellorũ varias
1 formas appellandi supponemus. † Prænotãdũ est aũt ꝙ ad hoc, vt appellatio in iudicio ante sñiam facta ualeat, requirũtur in ea dece. Primũ est cã grauaminis illati vel comminati, extra eod. cum cessante, secũdũ, quod sit legitima, tertium, quod sit vera, quartũ, quod fuerit expressa, extra eod. tit. cum causam, §. fin. quintum quod non fuerit admissa exceptio, seu petitio, eod. titu. dilecto. &c. interposita, sextum, quod ideo fuit appellatum, quia non admittabatur, eodem tit. ca. dile-
a cto. a §. fin. septimum, ꝙ fiat in scriptis, octauum, quod petantur apostoli, nonum, quod si appellatus si hoc petierit, appellans veniat instructus, eod. titu. cord. decimum, quod fiat intra decem dies, quę dic, vt supra de appel. §. restat & § qualiter. † Item nota, quod libellus appellationis debet continere nomen appellatoris, et iudicis a quo appellatur, & eius ad quẽ appellatur, & eius contra quem appellatur, vt sup. de. pp. §. qualiter versi. etiam & §. de officio quoque, versi. sed pone, quare, vt ibi no. & diem latæ sententiæ, & interpositæ appellationis, & cãm, quare appellatur, & apostolorum petitionẽ. & an proprio, vel alieno nomine appellat, vt infra in formis patebit. Hunc autem morem in hoc tit. seruabimus, ut a prius dicemus de appellationibus, quæ in iudicio interponuntur. Secundo, de extraiudicialibus. Tertio super ipsis appellationum formis apostolorum formas supponemus. Quarto etiam super ipsis appellationum formis libelles concipiemus, scilicet primo super ipsis appellationibus iudicialibus, secundo super extraiudicialibus.

## ADDITIONES.

a Dilecto. *Vbi 13. scrips. post Host. in gl. enumerat.*

*ADDE, ꝙ etsi non esset nisi unus iudex, qui cognosceret de appellatione, illius nomen tamen debet exprimi, s'm Ol. cons. 213. Et an impeditus per aduersarium, debeat habere s'm annũ integrum ad prosequendam appellationem, uide Ta. de Coll. cons. 21. Et an appellans uiua uoce saluo iure appellandi in scriptis debeat psequi prim. an. uel secũdum, uide eundẽ cons. 25. & Ro. cons. 41. Et an decem dies currant minori necess. non appellanti & habenti tutorem, uide Albat. cons. 70. 4. li. & ibi ẽ, an legatus Papæ, possit quẽ ad appellandũ restituere. & an si iudex a quo præfigat terminum appellanti, ut se præsentet coram iudice ad quem. & intra terminum sidem faciat de prædicta præsentatione, an secundus terminus ualeat & & si ualet, ꝙ non faciens fidem, an dicatur renunciasse appellationi, uide Fed. cons. 25. Et an appellatus appellatione deserta possit petere a iudice ꝙ pronunciet appellationem desertam, per eundem Fed. cons. 1, 3. Et an appellatus possit cogere appellantem ad appellationem prosequendam, per eundẽ cons. 173. Et qualiter intelligatur nil inouari appellatione pendente per eundem cons. 222. Et ꝙ appellans possit a sñia Papæ ad concilium, tenet Ro. cons. 521. Et an ualeat appellatio dicendo appello ad iudicem competentẽ p Bal. cons. 297, 1. li. Et ibi, an appellatio dicatur deserta, si non est satisfactũ s'm formã statuti. Et an possit appellari a reuocatione legationis, per eundẽ consi. 305. 2. li. Et quomodo intelligatur statutum, quod sñia lata in criminalibus non possit appellari, per eundẽ con. 265. 2. li. Quid iuris autem, cum appellatio deserta sit, et in quantũ, p eundẽ Bal. con. 340. 3 l. Et an sententia lata super coniunctis causis, quarũ ab una poterat appellari, ab alia non possit appellari, per eundem con. 126. e. 3. li. Et an appellatio sit interponi a mero possessorio, in mixto, per eundem con. 81. e. 3. lib. Et an appellari a nuncio citante, per eundẽ cons. 338. Et an appellatio dicatur deserta nullitas, uide Ang. cons. 266.*

*S V M M A R I V M.*

De appellationibus iudicialibus.

1 *Appellatio a grauamine in iudicio facta, qualiter sit formãda.*
2 *Verba, In his scriptis, in forma appellationis apposita, quid operentur.*
3 *Instrumento publico standũ est, donec contrarium appareat.*
4 *Appellatio ab eo, qui cognoscit appellatione remota, qualiter sit formanda.*
5 *Appellatio pro eo, quod offerens se paratum probare exceptionem legitimam, non fuit admissus, qualiter sit formanda.*
6 *Appellatio ab interlocutoria qualiter sit formanda.*
7 *Appellatio a sententia apud acta, non eget uerborum forma.*
8 *Appellatio an debeat continere diem, qua interponitur, aut ea, quæ interponuntur.*
9 *Vno duobus ex pluribus appellantibus, qualiter sit formanda talis appellatio.*
10 *Appellans alieno nomine quibus uerbis uti debeat.*

11 *Sen-*

*11 Sententia quod viis possit impugnari.*
*12 Pluribus vna sentẽtia condemnatis, si vnus appellãs obtineat an cæteris prodesse debeat.*
*13 Appellatio coram quo fieri debeat vt de ipsa fides habeatur.*
*14 Iudicis, vel partis grauantis copiam habere non valens, coram quibus possit appellare.*
*15 Appellare timens si intra tempus, intra quod appellari põt, corã bonis viris protestetur, & causas appellationis exprimat, an habeatur pro apellante.*
*16 Appellans ex certis causis qualiter possit suã appellatonẽ innouare.*

1. §. Ante omnia dicendũ est de appellationib. iudicialibus. No. ergo, ꝙ qñ appellatᷓ in iudicio, aut appellatur ante sentẽtiã, aut post: si ante sentẽtiam, aut a grauamine, aat ab interlocutoria Si à grauamine appellatur, quia à cõminatione iudicis, sic
a formabitur appellatio [a]:
1 FORMA. † Cõstituto in vestra presentia magistro Guil. Duran. domini Papæ capellano, ac eiusdem dominij palatij censarum generali auditore, ego talis ꝑpono, & dico, ꝙ cum uos die tali mihi fueritis comminati, ꝙ nisi darem & soluerẽ decẽ T, vsq; ad talem diẽ, quæ tamen de iure sibi dare non teneor, vel nisi respõderẽ tali positioni, cui tñ, cum impertinẽs, vel duplex, vel implicita, vel obscura sit, respondere nõ teneor ante declarationem, quia ĩ ea capi possem: vel nisi satisfacerẽ super tali excessu, quem nego me cõmisisse, nec notoriũ est, nec inde sum cõuictus, vel nisi contra me instrumẽtum producerem, me excõmunicaretis, uel decẽ libras à me extorqueritis: vel qa dixistis, ꝙ libenter mihi noceretis, si possetis, vt ex. de offi. deleg. cum super abbatia. in parte decisa, quã cõminationẽ si executioni mãdaretis, manifestè grauarer, ideo præsẽtiẽs grauamẽ per vos mihi inferẽdũ, nisi prouide illud vitem, quia melius est ante tẽpus occurrere, q̃ post cãm vulneratã remedium quærere, vt C. in quibus cau. in integ. rest. non est neces. scimus. à tali comminatione ad sedem Apostolicã. vel dñm Papam in his scriptis appello, & apostolos instanter peto, & iterũ ac iterũ peto vel etiã instãter, instantius, & instantissimè peto, extra eo. cordi. lib. 6. & c. cum cessante. ex. de probat. c. 1. Possũt aũt hic dari apostoli refutatorij, si cã falsa est: dimissorij vero non sine rubore. Et intellige, ꝙ à cõminatione põt appellari, si iniuriosè & sine cã, vel cũ cã iniusta, uel falsa fiat, C. eo. si quis. alias non, C. cõmi. epistto. & progrẽ l. 1. & 4. cũ ex officio iudex cõminari habeat ut ff. de iudicio in peremptorio, ff. de of. præsi. obseruã
2 dũ, ext. de in itegr. rest. cũ ex literis. in fi. † Et notabiliter dr in prædicta forma In his scriptis, nam non uidetur ualere appellatio, C. eo. litigatoribus. & ff. eo. à sentẽtia
b Arg. tñ contra, C. de testam. cum antiquitas [b], ex quo autem tabellio testificaĩ illum in his scriptis appellasse sufficit, sed si diceĩ In scriptis appellauit, & non adijceretur, In his, non sufficeret forte, nisi appererẽt illa scripta, ex. de fid. instr. ca. 1. C. de eden. Aur. si quis in
3 aliquo. Sed contra: † nã Instrumẽto publicõ statur, donec contra probatur, C. de proba. cum precibus. ex. de præscrip. ad audientiam. At in instrumento dicitur appellauit ĩ scriptis. Sed hoc uerũ est, qđ crediĩ instrumẽto, in his, super qnib. cõficiĩ principaliter, secus aũt esset, si fecit mẽtionẽ de alia scriptura ut dixi. Si uero nõ dixerit in his scriptis. procuret, qđ saltẽ ĩ fine instrĩ dicat sic notarius. Lecta & porrecta fuit in scriptis appellatio prædicta sub prædicta forma die tali, præsentibus talibus, & c. & hoc sufficit, & vide sup. de sentẽtia, §. iuxta. ver. nõ valet etiam, de hoc in Summa Azo. in ti. de
4 appel: §. j. c † Si autẽ appellatur ab eo. qui cognoscit ap
c pellatione remota, sic formabitur c:
FORMA. Constitutus coram vobis talis deleg. à sede Apostolica in cã, quam talis mouet cõtra me, ꝑpono & dico, ꝙ libello nõ oblato, vel si sit oblatus, dicat, ꝙ in libello oblato super decẽ libras, quas à me petit. non exprimatur cã debiti. vel si petatur res, dicat, ꝙ in libello oblato super frundo. quẽ à me petit, nõ ponit, aliquas cohærentias, quare non teneor respõdere, vos aũt id non admittitis, sed his spretis, vel non obstãtib. mihi tali die præcepistis, ꝙ responderẽ libello, vel in cã ꝓcederetis ꝑ perinde est, ac si interloqueretĩ, ex. de app. dilecto, & c. ex parte. & c. suborta. vnde ex hoc sentiens me per uos cõtra instantiã aggrauari. in his scriptis ad sedẽ apostolicã appello, & apostolos, & c. ex. de lib. oblat. c. 2. & 3. sup. de lib. concep. §. iuxta. vel qa locũ non tutũ mihi assignatis, nolẽtes aliũ assignare à me humiliter requisiti ext. de libel. obla. c. pe. & fi. de app. ex parte. vt lit. nõ cõt. accedens & sic de alijs grauaminib. in iure expressis, de quibus habes multas sup. de iudi. de le. §. fi. & possunt hic apostoli reuerẽdi dari, dimissorij aũt uel refutatorij non possunt sine rubore dari, vnde
5 melius facit, si reuocet grauamẽ. † Si vero qs appellat pro eo, ꝙ offerens se parattum probare exceptionẽ le-
e gitimam, non fuit admissus, sic forma e:
FORMA. Constitutus, & c. vt supra, vsq; & dico. iũge, ꝙ cum P. agenti contra me ad 10. opposuerim exceptionẽ pacti de non petendo corã vobis & me, ipsã obtulerim probaturũ vos dictã exceptionẽ, & me ad ipsius probationẽ admittere contra iustitiã noluistis, vnde ex hoc sentiens indebitè me grauari, & c. ex. eo.
f interposita f. ext. de test. ex parte A. ex. pe lit. contest. exceptions. lib. 6. de hoc vide supr. de app. §. nouissimè.
6 ver. illud etiã. † Si vero appelleĩ ab interlocutoria, sic
g formabitur g:
FORMA. Constitutus, & c. vt supra vsq;, & dicò. iũge, ꝙ cũ P. me coram uobis traxisset in causam, dicens ꝙ me iniustè opponebã electioni de eo factę in tali ecclesia, ad eũ repellendũ duxi excõicationis sñiam proponendã, uerũ eo in mundũ replicationis me excõicatum fore in contrariũ asserente, uos testes prius super sua replicatione, q̃ super mea exceptione recipiendos fore per vestram sententiam temere decreuistis die tali, ex quo me sentiens cõtra iustitiã aggrauari, sedem apostolicã, uel talẽ, & c. ut sup. extra de excepp. dilecti.
h & c. significauerunt. Vel sic h:
FORMA. Cõstitutus, & c. ut supra usq;, & dico. iũge, ꝙ cum corã uobis excipiendo proposuerim, ꝙ T. g corã uobis a me petebat centũ ex causa mutui, uel super tali uinea, uel ecclesia me conueniebat, non habet personam standi in iudicio quia iniecit in M. clericũ manus temere uiolẽtas: uel quia excõmunicatus fuit a tali iudice propter cõtumaciã in cã, quæ inter ipsum & talẽ super tali re corã tali iudice uertebatur, uel qa rei iudicatæ parere nolebat, uos per uestram interlocutoriam dictam exceptionẽ cõtra iustitiã expulistis, uel non admittendã esse pronunciastis tali die, vt ea non obstante eidem T. respondere deberem, unde in hoc sentiẽs indebitè me grauari, a dicta uestra interlocutoria ad sedẽ, & c. ut su. 2. q. 6. §. forma uero app. & §. si uero post datam. ex. de exce. pia. & c. excep. Vel sic:
FORMA. Constitutus, & c. ut sup. usq., & dico. iũge quod

## ADDITIONES.

a Appellatio. *Secundum Host. qui hanc formam ponit in Sũma sub §. qualiter. ver. ego Ioannes.*
b Cum antiquitas. *Ex cã bene licet antiquitati addere, vel detrahere, vt in prin.*
c §. 1: *Vide, quado no. in pra. c. cord. in gl. istud. & ꝙ super ea dixi.*
d Formabitur. *In Summa incipit, Ego, Pet.*
e Forma. *quæ incipit in Sumaa, Ego Martinus.*
f Interposita. *Puta. ꝙ sufficiat verbalis oblatio, super quo vide, quod ibi plead scripsi super ver. offerre sm quod habet dicere, & probationes tales obtulerim, quas recipere noluistis.*
g Formabitur. *Hoc incipit in Summa, nos C. & P.*
h Vel sic. *Vide quod plene dixi eo. ti. à nol. s. a. 6. membro.*

quod cũ talis corã vobis super hoc meĩ causa extraxisset, excipiẽdo ꝓposui, ꝙ nõ tenebar corã vestro examine rñdere, recusãs vos suspectum, ex eo ꝙ estis meus inimicus capitalis, seu ꝙ estis aduersarij mei, vel talis inimici mei spãlis amicus, & sup hoc eligere arbitros obtuli me paratũ, & adhuc offero, q de dicta cã recusationis cognoscere deberẽt: vel peto, ꝙ iurisdõnis vestræ mihi copiã faceretis, ut super ea possem deliberare, uel iudicias pro q̃rendo aduocatos cõcederetis, uel terminũ ad exceptiones dilatorias proponẽdas. & huiusmodi: uos uero dictã recusatiõẽ admittere recusãtes, uel iurisdictionis copiã facere, uel dilationẽ concedere denegãtes, vultis me inuitũ cogere corã uestro examine litigare. ex quo reputãs indebite me grauari, ad Apostolicã sedẽ, &c. ex. eo. legitimi. de offi. dele. suspicionis, & c. insinuãte. 3. q. 5. q ĩ suspecti. ex. de acc. repellant, ext. de offi. dele. cũ ĩ iure. de rescrip. dilectus filius P. &c. Rodul. &c. significãte. C. de mã. prin. l. vnica. ex. vt lit. nõ ptest. c. j. C. de postu. l. i ex. de excep. pastoralis. Et forma hic apostolos, vt inf. §. sequit. ver. alij dimissorij. & sequenti. Formam recusationis vide sup. de offi. iud. deleg. Vel sic:

FORMA. Constitutus, &c. vt su. in ver. forma. vsq; parere nolebat. iunge hanc exceptionem me probaturum obtulerim corã vobis, & adhuc sim paratus ꝓbare vos die tali per vestram interlocutoriã probationẽ recipere recusastis, &c. vt ibi sequit.

7 † Si autẽ a sñia apud acta appellat̃, nõ est necesse formã dari, q2 sufficit dicere uerbo, siue scriptis, appello ab iniqua sñia, 2. q. 6. in fi. uer. litigatorib. ff. de ap. l. 2. & ex. e. cordi. & intelligit̃ tũc appellare à sñia, q̃ immediate lata est, p q̃ põt satis cõstare, qs, cõtra quẽ, à qua sñia, à quo & ad quẽ appellat̃, licet hoc ĩ appellatione nõ dicat. Si uero appellatur à sententia diffinitiua nõ apud acta, sed ex interuallo intra decẽdium, tunc est in scriptis appellãdum, ut in præ. concor. & supra de appella. §. qualiter.

a & tunc sic formabitur appellatio [a]:

FORMA. Constitutus, &c. ut sup. usq;, & dico. iunge, ꝙ cũ uos anno, mense, & die talibus sñiam iniquã, si sñia dici põt, ꝯ me tuleritis, ut dr, in cã, quæ uertit̃ inter me & P. sup re, uel cã tali. & specifica, si uis, s. ut decẽ, q̃ à me petierat, uel ut rẽ petitã sibi restituerẽ, uel ut cũ Berta contraherẽ, uel cohabitarẽ, iõ hac sñia sentiens me & cãm meã ꝯ iustitiã aggrauari, ad sedẽ, &c. 2. q. 6. §. forma. 2. Et ibi habet̃, ꝙ dies latæ sñiæ est ĩ appellatione inserẽda, ut ex inspectatione appellationis appareat, utrũ ĩtra decẽdiũ fuerit appellatũ. Vel sic cõtra sñiam vestrã in me iniustè latã ad sedẽ, &c. 2. q. 6. §. si vero post. ff. de lib. dimis. l. vnica, ff. eo. l. j. §. fi. nec. n. est necesse personã aduersarii in appellatione cõpre-

b hẽdere, vt ibi [b]. Et si plures habeo aduersarios, non nocet, si vnũ exprimo, & aliũ reticeo, vel vnã cãm expres-

8 si, & aliã reticui, vel nullã expsi, ff. e. l. 3. † Hoc aũt scias, ꝙ quidam ponant in appellatione diẽ, qua eã interponunt, vt iã dixi, ar. 2. q. 8. c. præscrip. §. libellorũ. Sed nõ curo de hoc, q2 illi scripturæ nõ creditur quo ad hoc. Sufficit ergo scriptura tabellionis, qui de appellatione conficit instrumentũ. Itẽ apponũt in appellationibus, quæ interponũtur in scriptis. sic, vnde viua voce in scriptis appello. & hoc fit ad cautelam. sed is, qui de appellatione conficit instrumentum, hoc declarare dẽt, & vide supra ver. & nota.

9 † Quod si vnus, vel duo ex pluribus appellant, dic ita incent:

FORMA. Cõstitutus ego P. syndicus taliũ, &c. vt s. vsq; & dico. iũge, noĩe dictorũ dñorũ meorũ, ꝙ cũ vos anno, &c. vt supra in proxima forma, & in fi. subiũgas noĩe dictorũ dominorũ meorũ ad sedẽ, &c. vt in præ. §. si vero post. Idẽ quoq; ẽ ĩ quolibet ꝓalio appellãte, vt ei⁹ noĩe debeat appellare. Quidã tñ utunt̃ his uerb.

10 FORMA. † Talem sententiã ꝯtra me latã dico nullã, & si qua esset, ab ea ad sedẽ, &c. quod fieri põt, arg. C. de excep. si quidẽ, ff. eod. nemo. ff. de damn. infecto. q vias. & l. prætor. §. si ꝯtrouersia. & l. ꝓprietas, §. Plautius, & sub alternatione, vt ff. quorum legat. l. 1. §. quod autẽ

11 † Et hoc ideo dicũt, quia duas habet quis uias ad impugnandã sentẽtiam, s. unã nullitatis, per quam petet sententiam nullam pronunciari, quia quod nullũ est, amplius annullari, uel rumpi nõ pt, ff. de iniust. rup. & irrit. test. nam nisi solũ de facto, & sic intelligitur ext. de reb. eccl. alienan. uel non alie. si quis presbytorũ, ibi, quamuis ab initio, &c. & 27. dist. consilia, cum suis concor. & 27. q. 2. §. ex his omnibus. Aliam iniquitatis, per quã petet sententiam ueluti iniquã, aliquam tamen, infirmari, ext. ut lit, nõ contest. accedens, i. prope fi. Sed ego nõ curo hoc apponere, licèt cautela sit. nã licet non apponat̃, uel & licet a nulla sñia nõ appelletur, poterit tñ ꝯ sñiã dicere nullam, ut ex de re iudic. c. 1. & c. cũ inter. in fi. ff. quæ senten. sine appel. rescin. l. 1. §. 1. 2. q. 6. c. ei, qui, §. diffinitiua, uersic. item si sñia ꝯ. Arg. tñ contra, ꝙ nõ admittatur taliter appellans, q2 sibi ur̃ cõtrarius, ext. de app. sollicitudinem, in fi. nam eligere dẽt quis, &c. ff. de tribut. qd̃ in hẽredẽ, §. eligere. nec iudicium fieri põt sub cõdi-

c tione, ff. de iudic. nõ queãdmodũ. c Item dicit quidam, ꝙ si quis appellat a sñia, quæ nulla est, nõ ur̃, ꝙ possit postea cã dicere nullã, cũ per appellationẽ aliqua facta fuerit, sed hoc non est uerũ, q2 sñia per appellationẽ non efficit̃ aliqua. Quod aũt uiam nullitatis possit quis in nullo libello simul prosequi, & an corã iudice appellationis poterit dicere sententiam nullã, no. sup. ti. de sñia, §.

d iuxta, ver. vtrũ, & versi. sed nũquid. [d]

12 † Quid si plures vna sñia condẽnentur, & vnus solus appellet, & obtineat? hoc prodest aliis, si res sine causa sit communis, & communi iure muetur. & idem negotiũ eadeq; cã sit defensionis, ext. eo. vna, ff. eo. socio. †. j. C. si vnus ex plur. app.

13 l. 1. & 2. † Cæterum sciendum est, ꝙ appellatio fieri debet corã notariis, vt de ipsa fieri fides possit, si forte negetur appellatũ esse, vt ext. eod. Romana, §. si vero, lib. 6. & notarius sic inde conficiet publicum instrumentum.

FORMA. In nomine domini, amẽ. Anno, die mẽse, & indictione talibus, talis coram tali iudice, uel auditore constitutus, in præsentia mei infra scripti notarii, & testium subscriptorum quandã appellationem legit, & in scriptus ab ipso interposuit in hæc verba. Constitutus in præsentia vestra, &c. ponatur totus tenor appellationis, & consequenter sic adiiciat̃: facta & interposita fuit dicta appellatio per talem a dicto domino tali, in loco tali, anno, mẽse, & die, & indictione, quibus supra, præsentibus talibus ad hoc testibus vocatis, & rogatis, & ego talis, auctoritate tali notarius, vocatus interfui, & rogatus hoc scripsi, & in publicã formam redegi

14 & meo sigillo signaui. † Illud quoque prætermitendũ non est, quod si iudicis, vel partis grauantis, vel interloquentis haberi copia non possit, potest coram aliis publicis & authenticis personis appellari, infra §. sequitur

e uersi. hoc etiam. e Quod fieri poterit sub hac forma.

FOR-

ADDITIONES.

a Appellatio. *Secundum Host. ubi sup. & inci. ego Rob. & est ult.*

b Vt ibi. *Et ibi sic dixi Host. in ult. forma, & si addas, notatur, uerũ dicit, nam tex. uidetur dicere contrarium, sed quod ibi, hoc hic habetur in l. 3. in prin. ad cuius solutionẽ gl. in fi. primæ legis, quod exprimendũ est, non tamẽ nocet, si non exprimatur, hoc etiam dixit actor sup. de app. §. qualiter, uer. hoc etiam.*

c Non quemadmodum. *Probabilia sunt hæc contraria, tamen in uersi. infra alleg. dicit, quod curia tenet primum, & quod sic plures pronunciauit de mandato Papæ.*

d Sed nunquid. *Et ibi ẽt remittit ad not. per Innoc. in decre. dilecto. eod. tit.*

e Versi. hoc etiam. *q si plures fuerũt iudices, quia eorum forte copia simul haberi nõ potest cõmode, ab eis, uel ipsorum maiori parte singulariter poterit appellari, quod dic, ut in clem. eod. ti. cap. 1.*

FORMA. Constitutus, &c. in prima forma vsque, & dico. postea iunge, ꝙ talis iudex, seu auditor, uel aduersarius meus mihi ex animo comminatus est, uel in hoc me grauauit, vnde cũ eius copiam habere nequeo ut coram, eo appellem, quia latitat, uel absens, uel infirmus est, idcirco coram vobis ex his grauaminib. in his scriptis ad apostolicam sedẽ appello, & apostolos, &c. s. de dilat. §. nunc videamus. Possunt autẽ hic dari apostoli testimoniales, ut in præceden. vers. hoc etiam. hoc probatur in concord. in eo. uer. in princ. positus. Appellator autem debet, quam citius poterit, iudici, & aduersario denunciare, seu notificare, qualiter appellauit, & se intendere prosequi appellationem: caute tamen denunciet, ut sup. de citatione. §. sequitur uer. & hoc in argu. & super hac appellatione fieri etiam publicũ instrumentum sub forma præscripta. Quod si velis, vt is, corã quo appellas, suum sigillum apponat in testimonium rei gestæ, sic in Romana curia frequẽtatur ante uerba illa, & ego talis, & c, si dicat, in cuius rei testimonium & memoriam, &c. ut su. de ap. §. officio. uers. porro. ubi
25 uide hanc formam.† Porro si propter instrumẽtũ nõ audes a iudice appellare, debes intra tps. intra quod appellari põt, coram eo, aut coram bonis uiris, si eius copia haberi non põt, protestari, & caustas appellationis exprimere, & perinde erit, ac si appellasses, ut ext. eo. ca. si. Debet enim coram eo, aut coram illis sic dicere:

FORMA. Domine iudex, uos me grauatis in hoc, uel talis iudex me grauat in hoc & in hoc, exprimẽdo grauamina sufficientia, propter quod ego libenter appellarem, & hoc corã uobis protestor: sed iusto metu vestro, uel suo perterritus appellare formido. In hoc. n. casu expressio grauaminũ habetur pro appellatione: licet uerbum appellationis non duxerit exprimendum, ut in præd. c. & C. eo. l. 2. Et licet postmodum coram eo litiget, non ideo uidetur renunciare tali appellationi durante metu, argu. extra de his, quæ ui metusve causa fiunt, c. 1. C. eod. l. 2. Et intellige, ꝙ metus dẽt esse iustus & non uanus, ff. de reg. iur. uani. Nec est prima facie credẽdum ei, qui dicit se timuisse appellare ab aliquo episcopo, uel iudice, nisi uis interuenerit, ut C. eo. l. 1. & 2.
26 & C. de his, qui propter met. iud. non ap. per totum.† Hoc quoque notandum est, quod si quis ex certis causis appellauit, uel alius pro eo: & pcessu temporis vult appellationem suam innouare, facta narratione de sua appellatione olim facta, sic dicat:

FORMA. Appellationem ipsam confirmo approbo, & innouo, & ex eisdem causis in litis scriptis iterũ ad talem appello, & me in ea uelle perseuerare, & ipsam uelle prosequi profiteor. Nisi. n. ponat uerba illa, Et iterum ex eisdem causis appello. sed solum dicit, Talem appellationem innouo, confirmo, & approbo: ex tali siquidem innouatione se iuuare non poterit, si cõstiterit primam ex aliqua cã uirib. caruisse: qa innouatio nihil iuris tribuit, ext. de priuileg. ex parte. cum suis conco. & extra de re iud. cum inter uos. & sic obtinuit.

*SVMMARIVM.*

De appellationibus extraiudicialibus.

1 *Appellatio, ne fiat, ꝙ de iure fieri nõ debet, qualiter sit formãda.*
2 *Electioni, postulationi, uel prouisioni se opponẽs, & appellãs, quę debebat, & coram quibus obiicere.*
3 *Appellatio à superiore, qui electionem, quam confirmare debuit, noluit, qualiter sit formanda.*
4 *Timens, ne aliquis sibi dicat ius, uel iniurietur super re, uel possessione, qualiter possit appellationem formare.*
5 *Iudice uolẽte cognoscere de eo, de quo cognoscere nõ potest, qualiter sit appellandum.*
6 *Archiepiscopus quo casu possit suam iurisdictionem in abbatem exercere.*
7 *Appellatio a monitione & comminatione extra ius, qualiter sit facienda.*
8 *Appellatio a procedere uolente cõtra aliquem ratione excessus, quem notorium dicit, qualiter sit formanda.*
9 *Prouocationis forma extra iudicium facienda, an sit necessaria.*
10 *Inquisitore copiam articulorum facere recusante, qualiter sit appellandum.*
11 *Appellatio extra iudicium proprie de futuro, uel instanti grauamine, est facienda.*

2 §. Restat videre de appellationib. ext. iudicia lib. Et no. ꝙ, qñ que appellat, qñque
1 prouocatur. Appellatur aũt, diuersimodè.† Si. n. appel-
a lat quis, ne fiat, quod de iure fieri nõ dẽt, sic formabit a,

FORMA. Ego canonicus Tholosanus, attendens, & considerans, ꝙ P. quem intenditis eligere in episcopum Tholosanum, est periurii, vel falsi testimonii, vel adulterii crimine irretitus, quodque est publice de tali crimine infamatus, vel excommunicatus, quæ uobis denuncio, appello ad sedem apostolicam, ne vos alii concanonici mei ad electionem ipsius procedere attẽtetis, & apostolos peto, & instanter, instantius, ac instantissimè peto, extra de app. constitutis. 2. de electio. statuimus. & c. cum in cunctis. & hoc casu, quia extra iudiciũ appellatur, dantur apostoli conuentionales, siue testimoniales, vt inf. §. sequitur. in prin. b Vel sic:

FORMA. A. Appello, ne ad electionem nisi canonicam procedatis, extra de electi. cum vobis olim. vel ne sine consensu totius uel maioris & sanioris partis capitu, i eligatis, extra eo, auditis. uel contra priuilegia ecclesiæ vestræ, eo. tit. considerauimus. uel contra diu obtentam & approbatam consuetudinem, extra de consuet. cum dilectus. de uerb. sig. abbate. Potest etiam appellari ab electione iam facta, si sit facta de indigno, puta illegitime nato, criminoso, illiterato, seruo, de homine insufficientis ętatis, uel ordinis excommunicato, suspenso, interdicti uiolatore, infami, laborante epileptico morbo, habente plura beneficia sine dispensatione, sicut hæc probantur per ordinem eod. titu. cum in cunctis. & c. innotuit. 23. di. qui episcopus. 25. di. §. criminis. extra eo. cum in cunctis. & de renũ. nisi. §. pro defectu. & de ætat. & qual. c. pe. & fi. de seruis nõ ord. ca. 1. & 54. di. per totum, extra eo. ti. cum dilecti. de ætat. & quali. à multis. de cler. excom. mi. fi. de consuet. cum dilectus. ver. quia verò & de postu. c. 1. ad fi. & c. 2. 34. dist. laici. de exces. pręla. inter dilectos. ex. e. cum inter canonicos. & c. dudum. 2. & de præb. de multa. vel si fit. ꝯ conciliũ Lateranense, eo. t. cum in cunctis. vel contra illas formas, quę sunt eo. tit. quia pp.† Hoc tñ scias, quia si quis ele-
1 ctioni, uel postulationi, vel prouisioni opponit, et propter hoc appellet, debet, quęcunque intẽdit ꝯtra personas, vel ꝯtra formã, obiicere corã personis authẽticis, uel personas in instrõ publico exprimere, præstito iuramẽto, ꝙ credit, quę sic promit, uera esse, et se posse illa pbare, nec admittetur ad opponendum alia, quam quę sic fuerint expressa, nisi fortan aliquid nouiter emerserit, aut probãdi facultas superuenerit. uel de nouo ad opponentium notitiam peruenerit, super qua facultate et notitia fidem facit iuramento, ut in decr. Gregorii X. de electione, ut circa. libro sexto, vbi de hoc plene, dicemus. Sed et appellans, et omnes, quorum interest, debent uenire ad curiam, secundum formã, quam habes eo. ti. statuimus. Quod mandatũ requiratur ad opponẽdum crimina, vel defectus, uide supra de proc. §. 1. uer. sed

ADDITIONES.

a Formabit. *Et fuit hæc prima forma Host. in sum. sub §. qualiter hic. & incipit, ego Bertholdus.*

b In princ. *Nõ ualeret hodie talis appellatio, quia appellãs cõtra certã persona, ne eligatur, habet necesse seruare formã decr. ut circa. quę statim allegatur, ut patet de elect. qui cõtra certã. lib. 6*

a sed nunquid media.a † Si uero superior electionē, uel
b presentationem factam renuit admittere, uel cōfirma
3 re, sic forma.b

FORMA. Constitutus ego talis coram uobis domino tali episcopo, uel archiepiscopo, propono & dico, quòd licet decretū electionis de me per tales, ad quos de iure spectat electio, uel præsentatio in plebanū, vel archipresbyterum, vel episcopū talis ecclesię canonice celebratę vobis solenniter præsentassem, a uobis petens humiliter & deuote, quòd electionē ipsam dignemini admittere, approbare, & cōfirmare, offerēs insuper me paratum fore docere electionem & presentationē ipsam canonice celebratam fuisse, vos tamen sępius requisiti absque causa ligitima pro solo voluntatis arbitrio confirmationis munus tribuere denegastis: vnde ex hoc sentiens me per uos cōtra iustitiam grauari, ad sedem apostolicam in his scriptis appello & apostolos, &c. extra de iure patro. pastoralis. §. 1. de elect. cū inter. R. &c. querelam. 2. q. 6. non solet. 16. q. vlt. decernimus. extra de iure pat. consultationibus. & extra de except. significauerunt. Qualiter autē in hoc articulo con
4 cipiatur libellus, dixi supra de elect. §. i. uers. si autē. † Si autem times, quod aliquis sibi dicat ius, uel quod tibi
c super re, uel possessione aliqua iniuriet, sic formabis c

FORMA. Ego P. prior sanctæ M. de Cassiano ordinis sancti Augustini diœcesis Biteren. considerans, quòd grāgiam de cambrilis canonice, quiete & pacifice possideo, quādoque nullus pacifice possidens eiciēdus, sine expellendus sit de sua possessione, uel quasi, ordine iudiciario, prætermisso, timens tamen ex talibus probationibus & uerisimilibus causis, quæ ad aures meas noniter peruenerunt, mihi uiolentiam inferri, & me iniuste eiici, uel possessionem dictæ grangiæ mihi turbari per uos, reuerende pater P. episcope Biteren. offero me paratum stare coram domino Papa, & ibi respondere vobis, & cuilibet super dicta grangia conquerenti, ad sedem appellans apostolicam, ne uos, uel alius præsumatis per uos, uel per interpositā personā sup possessione, uel iuribus dictæ grangiæ me molestare, uel in meum præiudiciū aliquid innouare, & apostolos. &c. ext. eo. bonæ. &c. dilectus. & c. significante. &c. cū teneamur. Vel sic,

FORMA. Ego talis clericus rector & possessor talis ecclesię, siue dominus & possessor talis rei, timēs super ipsam indebite & contra iustitiam, & iuris ordine postposito, extra iudicium prægrauari, siue de facto vexari, præcipue a uobis tali, (si ille præsens sit) offero me esse paratum super dicta possessione stare, & parere iuri & cognitioni cuiuscunque iudicis, qui de hoc cognoscere possit, ponens me, & prædictam ecclesiam, uel possessionem, & omnia bona mea & iura sub protectione Romani Pontificis: ad cuius audientiam uiua uoce ac in his scriptis appello, ne vos talis, quisve alius præsumatis me sup dicta possessione indebite molestare, & apo
5 stolos, &c. vt s. an præ. concor. † Si autem iudex velit cognoscere de eo, de quo cognoscere non potest, forte propter priuilegium, licet alias de iure communi cogni
d tio ad eum pertineat, sic forma d.

FORMA. R. abbas Electrē. propono coram uobis venerabili patre domino M. archiepiscopo Narbon. quòd procurationē ratione visitationis, quam a me nomine dicti monasterii petitis, uobis, ut dictis, debitam soluere, vel dare non teneor, nec debeo, nec vestrum iudiciū super hoc subire contra priuilegia exemptionis monasterio Electrē. à sede apostolica expresse indulta, nec ēt uobis dicta priuilegia exhibere: unde offero me paratū super hoc iudicio stare summi Pontificis, uel delegato suo, cum nec alius de hoc cognoscere possit: uerum cū timeam per uos, quem in parte merito suspectum habeo, me & dictum monasterium indebite prægrauari, super his uos ad apostolicā sedem appello, ut tali die, quam ad repræsentandum, & ad hanc appellationē prosequendam, uobis, seu appellationi præfigo, sitis coram eo paratus per uos, uel alium super præmissis facere & recipere, quicquid poposcerit ordo iuris: & apostolos, &c. C. ne quis in sua causa, in l. unica ext. de præsc. cum olim. & c. accedentes. de m. cum uenissent. 3. q. 5. quia suspecti. ext. eo. c. personas. & §. fi. & c. sæpe. in & oblatę. de renunc. uenieus. & possunt hic dari apostoli dimissorii,
6 & etiam refutatorii, de quibus dicā inf. §. proxi. † Hoc tamen scias, quòd nisi abbas ostenderit priuilegiū exēptionis coram archiepiscopo in loco cōgruo & securo. vel coram aliquibus iudicibus ab ipso archiepiscopo deputatis, potest archiepiscopus suam iurisdictionem in eū exer
e cere, ut in constit. Alexan. IIII. de priuil. quia personæ. e Super forma uero prædicta uide, quod no. secundū Pa
7 pam, extra de cens. uenerabilis. de uerb. sig. ex parte. † Amonitione uero & comminatione extra ius facta sic
f potest appellari: f

pro decima persolutum. Et aduerte, quod in forma pauperum, quæ hodie hēt hanc clausulā, q̄ non habuit olim forma d. Clemētis, qō hac parte non est dubia. Remanet ergo dubium in forma gratiæ in qua ēt interpretatio curiæ non habet per hoc gratiā impedire, facit, ff. de vsufruct. leg. l. legatum, & de infa. l. libellorum, §. 1. Videtur autem aliquib. quod ueræ æstimationis habebitur ratio, facit ff. de ædil. ædic. l. si plura, in fi. ff. de condit. & demonstr. l. in testamento. 2. quia cum non extat monumentum, cuius simile testator sibi fieri præcepit, fiet ſm substantiam, & dignitatem defuncti, facit, de vita & honest. cler. quoniam de censib. cum Apostolus. Alÿs vr̄ per extrauag. Io. suscepit. 2. & hoc in ecclesiis, quæ æquipararant taxationem decimæ & dimidiam fructuum, ꝙ habeatur ratio dimidiæ, quod multis placet. Tertÿ sequuntur, ꝙ de forma pauperum præmissi, vt habeatur rō eius, quod plus est solutum pro decima. Sed istud esset æquare gr̄as literis iustitiæ, uel quasi, q̄ iustitiæ suasit pauperib. prouideri, sed vt pauperib. Vnde aduertendum, ꝙ forma pauperum non hēt, nec vnquam habuit bullam cum filis sericis, vt notetur, ꝙ plus iustitiæ habet, q̄ gratiæ, de præb. cum secundum Apostolum, de rescript. postulasti. Sed quartus vr̄, quod vbi ad summam taxatam pauperib. dantur literæ gratiosæ, in illa summa iam diffinitum non immutetur. Si uero de maiori summa taxet̄ gr̄a, inspiciatur vera æstimatio, ut prius dixi. Et notandum, ꝙ de decima Papali loquimur, non de illa, q̄ debetur Deo, q̄ clerici clericis nō soluunt, de dec. cap. 2. Vnde clementina vocat istam beneficiorū decimā, in cle. deci. si beneficiorum decima, & de hac fiunt multæ deductiones, quæ non fiunt in cōib. vt ibi no. in 1. gl. in talibus & plene habetur in declarationib. Super hac deductione fundari posset, æquitas extrauag. susceptæ. & opinio secunda, de qua supra dixi, licet fateatur per ipsam decret. probari magnam inæqualitatem esse posse inter decimam & remissionem; ꝙ ostendit optio, quæ ibi datur. Nec videtur reprehensibile sequi in nō taxatis illā diuisionem dimidiæ praelectam suo casu, quasi ægorem. De rigore aūt puto illam quantitatem venire æstimandā, vbi non est taxatio, quę factis detractionib. de quib. su. (vt dixi) ueniret in decima soluenda, & scđm id debebitur beneficiū, uel non debebitur, ita ꝙ prima opinio placet, cum hoc adiuncto, ita ꝙ factis illis detractionib. si ualet ultra centum, non debeatur. In 2. & 3. quæst. quod tempus sit spectandum datæ vacationis, vel præsentationis, abundant iura, quæ vide de præb. dilectus. secunda super secunda gl. post princ. & in fi. & ext. de rescript. præsentata, in fi. vbi ēt remissiones dedi. Item vide Brocar. de initio & fine spectando, de elect. dudum, primo. in 6. gl. sed potissimè pro tpe datæ; hoc casu considerando facit clem. de rescrip. literas, ut sicut inspicimus, an sit beneficium tpe datæ, si inspiciamus, quale fuerit eo tpe in facultatib. ex quo in illis facta fuerit taxatio, sic inspicimus tempus datæ in qualitate impetrantis, e. tit. de rescrip. si in eo tpe, lib. 6. Ad contrarium facit eod. lib. de præb. et, cui ibi soluitur, & cle. si de beneficio, de præb. ubi licet tpe datæ non pertinuerit collatio ad grauatū, satis est ꝙ aliquo uocationis tpe pertineat, & impetranti debetur. itē bene facit, ff. de re iud. si calendis, de ver. oblig. quoties in diem. Item conditionem habet hæc gratia, ff. qui. ma. lib. non fi. l. 3. de optio. lega. cum ita, de leg. 2. l. unum ex familia, circa princ. In conditiolib. autem tempus conditionis debet attendi, ff. de cond. & demon. eum qui post apertum, de leg. præst. contra tab. bo. poss. pet. interuenit, de leg. 3. deportati, in prin. de leg. 2. non oportet. Itē si si dicas, ꝙ excedens tempore datæ, sed cum uacat, exinanitū nō cadat in gratia, quia ponderata sit datæ, eadē rōne dices, ꝙ inclusum & tenue postea ualde ditatū tpe vacationis debebitur, quod contra uerba & mentem scribentis esse videtur, ꝑꝑ quod videretur tenendum in forma pauperum, ꝙ hoc ditatum excedens summam illa forma taxatam, licet tpe datæ fuisset tenue, nullo modo debetur. Ratio, quia taxatio nō adiungit̄ bñficio, sed mandat̄ prouideri beneficio scđm suę probationis merita competenti, si inuentus fuerit uitæ laudabilis, & conuersationis honestæ, ut in cle. e. ti. c. uno, & de of. dele. c. 1. postea per longū interuallum ponitur prohibitio, de qua dixi sup. q̄ aperte respicit tps prouisionis, ibi ne prouideatur, & c. ut sup. Sic dico econuerso, ꝙ si beneficium locuples valde exinanitum est, & inf. summam taxatam reductum, licite sibi de illo prouidebitur eadem rōne. s. quia inhibitio & taxatio tempore prouisionis facienda adiungātur, ut prædixi. Sed uerba ista licet bene sonent, ubi poneret̄ sūma sine taxatione, tñ in forma pauperū non ꝓcedunt, qa forma pauperum respicit duplicem taxationem. s. ordinariam, si extat alias quantū plus fuit solutum. Sicut ergo stat̄ taxationi, ualeat plus, uel minus in 1. par. sic & in 2. stabitur illi maiori solutioni quæ deficiente ordinaria taxatione est 2.ª taxatio. Et si dicas, hoc posset esse iniquum, fateor, sed idē fateri oportet in 1. Sufficit .n. sic scriptum esse, de fer. c. 2. de concor. primæ gl. Remanet ergo dubium in literis gratiæ, in quib. impetrat beneficium primò vacās spectans ad collationem talis, cuius annui redditus nō excedunt certam summam florenorum, uel simpliciter, uel secūdū taxationem decimæ, & ibi nō est talis taxatio. Quib. casib. si per Iuristam diceret̄, uel per Papam declararetur, ꝙ oīs taxatio sūmæ in literis beneficialib. non determinata respiceret tempus uacationis uideretur bene actum, & tunc æstimatio ualoris fieret, ut prædixi in 1. q. In ea uero parte, quæ de augmento, uel diminutione valoris florenorum quæritur, sciendum est, quod seruet curia. ad quod laboro; tñ non audio, quod curia non ponderat ascensum, uel descensum florenorum. Et si dicas, quod curia hēt pro taxato flor. 12. Turon. cum dimidio, sed remanet qō, quid in ascensu, uel descensu Turon. quod sæpe nostris tēporib. vidimus. Demum quærebatur de distributionib. & mortuarÿs, an ueniāt in æstimatione; & quia diuersa sunt hæc, diuersimode tractabūtur. De primis formatur casus de ecclesia, quę hēt canonicos prębendatos, & ultra id mensam, ex qua singulis præbēdatis in singulis horis certum quid datur, & præbendati soluunt ibi decimā de præbenda, & capitulum de mensa, si tamen hæc coniungantur quod percipit, excedit summam, si diuidatur, ut soluitur, non excedit. Et primo pro hac negatiua inducitur, quod Papa ꝓuidere voluerit, de beneficio, cuius redditus, & c. sed constat, quod distributiones nō augent præbendā, sed propter operā personæ præstant̄, nec aliter debentur, de cler. non resi. c. uno, lib. 6. & sic nō est eius cum re cōio facienda, ad hoc, ff. si mensor falsū mod. dix. l. 1. 2. resp. & pro socio, l. cum duob. §. 2. ubi pretium rei operæ est, & c. & de seru. rust. prædior. l. pecoris, & quod ibi no. Item aptitudo acquisitionis non auget pretium rerū, ff. ad leg. Fal. pretia. Multis. n. ex causis accidere pōt, quod aptitudinem non sequitur actus, ut ibi, & ff. de acq. rer. do. naturalem, §. 1. sicut & de persequente feram, q̄ iam vulnerauit, dicitur ff de acq. rer. dam. naturalem, §. 1. Cum ergo actum & corpus hoīs requirat distributio, quod non requirit præbenda, merito non est inter hæc dicenda cōio, cum pendeant distributiones ex euentu fortunæ, & dentur per dies, & horas: ergo, vt sup. facit, C. de do. sancimus, §. pe. Item ista sunt diuersi generis & diuersæ naturæ, & ut diuersa ponuntur in iure. Dictum ergo de uno, alterum non includit, de cler. non resi. l. de cætero, de præb. licet. item bene facit, de rei uē. in rem actio. §. item quæcunq. Per quæ patet, quod ad hoc, ut in diuersis constituatur unum corpus, necesse est id fieri eadem materia mediante, sed in fructib. præbendę & distributionib, est distinctio materialis, quia altera sola requirit operam, ut sup. ergo non est coniunctio; quod ergo recipit uniuersitas, non est singulorum, sicut qđ ipsa debet, non debent singuli, nec quod sibi debet̄, singulis debetur. ff. quod cuiusq; uniuersi, sicut §. 2. Litera aūt mandat dari beneficiū, cuius redditus & prouentus, & c. sed si isti non sunt simpliciter redditus & prouentus beneficÿ, sed operæ; sic ergo ad exclusionem nil oꝑatur. Hæc allegando dicta ad defensionem impetrantis fortius in mortuarÿs habeant locum, q̄ adhuc fortius sunt incerta & fortunę submissa; sed hoc maximè, si dicamus mortuaria, quæ cum mortuis offeruntur. Si aūt recepimus mortuaria anniuersaria, vr̄ distinguendū, an sint uoluntaria, & tunc, vt sup. ff. de offi. procōsul. l. solent. in fin. de annu. leg. l. Seio. §. 1. Aut ab inuitis exigi possunt, qa sunt testō relicta, vel per uiuentes ordinata, & hoc plus dubÿ. ad hac ff. de acquirendo rer. dñio. l. statuas, & l. rem in bonis. & tñ licet sint in bonis ecclesiæ, cum tamen personarū opus, et certum usum requirant, nec ad alium transferri possint, nō dicantur esse in bonis singulorum, ut supra dixi, sicut relictum ciuitati ad certum eius usum, ciuitatis est, ff. de legatis, 1. l. si heres, §. 1. & l. ciuitatib. tamen si ad illum usum seruari possunt, ad alium transferri non debent, ff de vsufruct. lega. l. legatum, & l. quędam prędia.

*facit extra de testam. nos quidem. Quia vero pro anniuersario recipitur plus, vel minus pro numero præsentium, non videtur computandum in taxatione impetrantis. Sic ẽt cũ mensurãtur facultates ecclesiæ propter numerũ statuendũ, vt extra de vita & honest. cleric. q̃m cũ concord. non debet haberi consideratio ad aliquod incertum de futuro, sicut & Falcidia de talibus non detrahitur, tamen aliter prouidetur. s. per cautionẽ, ff. ad l. Falc. in l. Falc. non habetur, & l. cũ Titio, vbi de hoc. Item in bonis nostris non est, quod acquiri posset, ff. de his, quę in fraud. cred. l. qui autẽ, in princ. & aliud ius in re, q̃ ius ad rem, hoc eod. tit. ca. vlt. lib. 6. Ad aliam quæst. multis videtur ponderãdam æstimationẽ Romanæ Curiæ, vbi manauit taxatio, nec est verisimile, ꝙ de alio loco Papa intellexerit, & sic dupliciter satisfit, l. nummis, ff. de lega. 3. q̃ vult consuetudinẽ patrisfamilias, & regionis attendi, sequitur & cõius attenditur locus beneficij hac ratione, q. a actus expediendus certo loco, fictione iuris ibi expediri debere videtur, vbi fuit celebratus, ff. de reb. aur. iudic. poss. l. 3. de indie. hæres absens, §. fi. de act. & oblig. contraxisse. Non obstat, quod dictũ est, primo, quia ipse princeps sic intellexisse præsumitur exprimendo locũ ff. de reb. cred. l. vinũ, de tritic. l. fi. ff. de fideius. sicut proponitur. De tp̃e respondetur i tẽ. s. ponderandũ tempus vacationis, per iura alleg. super 2. & 3. quæst. versic. ad contrariũ. De bonit. monetæ vr̃ ponderandũ ualorem intrinsecũ, C. lib. 12. de veter. numis. potestate, l. 1. & facit, ff. si cert. pet. cũ quid. Verius est attendi cõem, vsualẽ, & extrinsecũ, & concurrentẽ valorẽ monetæ expressæ in taxatione, q est in loco beneficij, vel circumuicinis, quæ loca in his veniunt attendenda, de consuetcũ olim, de censi. super eod. ff. de alim. & cib. leg. l. pen. ff. de leg. 1. de quib. ad primũ inducitur, ff. ad l. Falc. l. pretia, & l. in l. Falc. ff. de eo, quod certo loco, l. 4. Cõis. n. usus. & cursus habet res, quę per pecuniã æstimantur, non econuerso, ff. de fideiuss. l. si ita fideiuss. considerari f̃m extrinsecũ, & vsualem ualorẽ monetæ loco currentis, bene facit, ff. de contrah. empt. l. 1. circa principiũ ibi, non tã ex substantia, &c. Et quod vsus in hoc præponatur omni consti. pater, ff. de leg. 3. liberorũ, §. quid ergo, & quod ibi not. et extra de spons. ex literis, et ff. de reg. iur. l. sẽper in stipulationib. Si verò moneta in literis expressa, puta floreni Turonẽses, uel similis, non habet ibi, vel in vicinis locis cursum, dixi in princ. harum quæst. gratiam non extingui in simili casu, q̃ñ. s. taxatio decimæ non est in partibus, & illa iura hic sufficiant. Ad taxationem autem ueniri poterit hoc mõ, ꝙ sciatur, quacunque diligentia sciri poterit, q̃uo moneta hic currens possit coæquari monetę taxatę, quod facile sciri uerisimiliter poterit, ponderata bonitate intrinseca, & pondere vtriusq; ęquato, finge librę pondus de vtraque, quæ in massa ualet decem, et facta demũ collatione ad ascensum formę, uel bonitatis extrinsecæ proprię monetę, puta, quia pondus librę monetarum valet 15. facile iudicabitur excessus ad illam ponendo idem pretium metalli. s. auri, & argenti in vtraq;, & per unum, uel duos floren. vel Turonen. habeatur ratio oĩs magni põderis. Additur de perpetuo uicario in ecclesia monasterij, in cuius uicarię creatione fuit ordinatum, ꝙ uicarius oẽs redditus, & obuentiones haberet, & daret annis singulis monasterijs 60 lib. preter annos, quibus solueretur decima papalis, tũc solueret sola quinquaginta. & taxatio decimę in uicaria soluit pro 110. lib. quæritur, an habens literã Apost. de centũ ad taxationẽ decimę, possit illã acceptare, quia si illas decẽ imputaremus monasterio, caderet ĩ gratia. Sed cũ superius dictũ sit, ꝙ uicarius oẽs prouentus recipit, ita ꝙ in fructibus nullũ ius habet abbas, & pecuniã taxatã recipit de manu uicarij, patet ergo monasteriũ, uel abbatem nõ esse vsufructuariũ, ff. de usufructu leg. l. patrim. & l. fundi, & ff. de usufruct. l. defuncta, §. 1. Non obstat lex, si quis ita, eod. tit. ut ibi nota. Beneficium ergo plene est penes uicariũ cũ onere soluendi, nunc 60. nunc quinquaginta, q̃ decẽ nõ mutãt obligationẽ passiuã sine respectu uicarij, qui semp tm̃ soluit, & unũ minus tp̃e decimę, & sic in diuersam causam, facit, ff. de usufructu leg. l. quidã prędia, nec aũt monasterium illa decẽ soluere, sed potius nõ capere, q̃ multum differunt, ff. de his, q̃ in fraud. cred. l. qui autẽ, & scripsi de his, q̃ fiunt à prel. cũ. Apost. sup. glo. ideo. Totũ ergo imputatur uicario, et suũ dr̃, ff. ad l. Falc. cũ nõ est nouũ, cũ duabus legibus seq. & C. de caducis tollen. l. l. una, ad fi. uersic. sin, uerò non omne.*

*ADDE, & comprehendes, quàm insignis fur aliorum laborum Ioan. Andr. fuerit, & primo, quoad primã quęst. in uersic. ibi, extra glos. Oldr. consil. 137. incip. plures sunt, & consil. 136.*

*ADDE eundem Oldr. cons. 113. incip. litera Apost. & uers. sępe occurrit. Oldr. cons. 201. incip. casus talis, & uersic. sed uenit in dubium. Oldr. cons. 175. incip. thema tale est, & uersic. & ut intelligatur. Oldr. cons. 118. incip. ex uirtute gratię, & uers. tractetur. Oldr. cons. 225. incip. factum tale est, & uer. in secunda. s. quod tẽpus sit inspiciẽdũ, an impetrationis, uel uacationis. Adde eundem. Oldr. cons. 58. incip. quidã impetrauit, & an distributiones quotidianæ ueniant in ęstimatione, uide alleg. cons. 118. & uers. ad aliã quæst. Oldr. etiã cons. 168. incip. ad 1. quęst. Et ad ualorem monetæ, quo tp̃e inspici debeat in rescriptis, et in testamentis, uide late Rom. cons. 124. & quę posui in l. quod te, ff. si cert. pet. Et an currat tempus mensis ad prouidendum, si acceptatio fuit nulla, uide Petr. de Anch. quod non, cons. 414.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Libellus qualiter sit in materia concessionis prębendarum concipiendus.*

*Libellus qualiter sit formandus, ubi ratione personę concessio prębendę alicui facta impugnatur.*

2 *Libellus qualiter sit concipiendus contra eum, qui plura habet beneficia.*

3 *Dicere uolens aliquem ad beneficia ineligibilem, qualiter formabit libellum.*

IN HAC materia sic poteris libellum concipere.

LIB. Coram, &c. propono contra P. ꝙ cũ talis ecclesia, vel præbenda spectãs de iure ad collationẽ capituli talis ecclesiæ tanto tp̃e vacauisset, ꝙ ipsius collatio esset ad collationẽ venerabilis patris talis Epĩc. deuoluta, ipsẽ Episc. dictã Ecclesiã, seu p̃bendã mihi cõtulit, & me de ea per suũ annulũ inuestiuit. verum capitulũ p̃fatum post semestre tẽpus dictum P. de facto ad eã elegisse dr̃ in meũ præiudiciũ, & grauamen, quare peto eandem ecclesiã ad me pertinere per vos sententialiter declarari, & eidẽ P. super ea perpetuum silentium imponi, cũ nullũ ius habeat in eadẽ. Peto etiã fructus, &c. ext. eod. nulla, &c. quia diuersitatem, de electio. cum in cunctis, in fi. Vel sic.

LIB. Corã, &c. propono ego T. procurator abbatis, & conuentus talis loci contra P. ꝙ licet monasterium dictum talẽ prioratum per suos monachos teneret, et possideret, ac tenuisset, & possedisset, vel quasi, inconcusse per tm̃ tempus, cuius [a] memoria non existit, tamen archidiaconus talis loci falsò asserens prioratum eundem fore parochialem ecclesiam, & ad ipsius collationem spectare, ipsum eidem P. non monitis, nec citatis abbate, & conuentu, de facto contulisse dicitur in iniuriam, & graue pręiudicium monasterij memorati, & pręfatus P. pretextu collationis huiusmodi memoratos abbatem, & conuentum turbat indebitè, ac molestat, quo minus prioratum ipsum possideant, vel quasi, pacificè, & quietè. Quare peto pręfatam collationem, & quicquid ex ea, vel ob eã secutum est, irritari, seu cassam, & irritam nunciari, & dictũ P. per vos cõpesci, & vt à dictis turbatione, & molestatione desistat, sibiq; inhiberi, ꝙ de cętero similia non attentet, cum nullum ius sit ei talia faciendi, & ei super prioratu ipso, & iuribus, & pertinentiis eius perpetuũ silentium imponi, extra de rebus eccles. alien. vel non, possessiones, de supplen. neglig. prel. c. 1. extra de capellis
1 monach. c. 1. † Quod si concessio prębẽdę facta alicui impugnetur ratione personę, sic libellus concipitur.

LIB.

ADDITIO.

a Cuius. *supple, initij.*

LIB.Coram,&c.propono contra P.quod eo tempore,quo talis præbenda a tali sib fuit de facto collata,nõ erat capax beneficii ecclesiastici,vt pote qui erat maiori excõmunicatione ligatus. Item infamatus de furto apud bonos & graues,sacrilegus,infamis,virginum deflorator,concubinarius manifestus, & vsurarius: quare peto dictã collationem annullari & irritari, & nullã seu irritam nũnciari:& sibi super dicta præbẽda perpetuum silẽtium imponi,cum nullum ius habeat,vel habere ualeat in eadem. Protestor tamen, quod non adstringo me ad omnia & singula probanda, &c.de cler. excommun.postulasti,&c.vlt.de ætа.& qualit.cum bonæ.de exces.prælat.inter dilectos.C.lib.10.de insa.l.vnica,33.dist.maritus,extra de usur.præterea.47.dist. quoniam. Alias formas supra in ti.de præb.inuenies expeditas.† Quod si plura habet beneficia,contra eum sic cõcipitur libellus.

a

LIB.Coram,&c.propono contra P.quod ipse talem ecclesiam,vel dignitatem habẽs,postmodum in ea retenta talem recipit,& vtranque de facto retinere cõtẽdit: quare peto ipsum prima per vos sententialiter priuari, extra eo.de multa.de electione,dudum.2.21.q 2.si quis iam.† Si vero velis dicere eum inelgibilem,dices sic:

3

LIB.Corã,&c propono cõtra P.quod ipse plures ecclesias,uel dignitates,vel præbendas habet, & tenet sine dispensatione sedis apostolicę specialis:quare peto electionem de eo factam cassari & irritari, & cassam & irritam nunciari,vt in præ.concord.Quid iuris sit de dispensatione super pluralitate beneficiorum,vide supra de legato,§.uidendum a.

a

ADDITIO.

a §.uidendum.pe.§.est.

Baldus de Concessione præbendæ.

POSSVNT Obiici plura crimina cum protestatione,ꝙ opponẽs non adstringit se,uer.quid si.cũ,seq. G. An mortuo prælato capitulum possit absoluere,in fin.

a Ne sede uacante aliquid innouetur a.Rub.

ADDITIO.

a *ROFR.in libelli iuris Canonici posuit hanc rubricam: & est ultimæ primæ partis, & ibi describit tempus mortis Gregorii 9. & successoris sui Celestini,qui 15.dieb.vixit,post vacationẽ fere biennalem electus fuit Inn.IIII.& computo,ꝙ de mense Iunij,qui cũ 66.incipit,hodie est dies quinta,erunt centum & tres anni,prius aũt uocabatur Sinibaldus.& fuit presbyter cardinalis sancti Laurentij in Lucina;& fuit Genuensis de nobilib.de Fiesco,& comitibus Genuensib.& decuit sic instare circa ipsum,quisolus dupliciter nos ditauit,s.apparatu solenni,vt magister;& constitutionibus,quas vt Pontifex edidit in generali concilio Lugdunensi,& post quas iam in Sexto habemus insertas. primas expressi sup.de sum.tri.super Rub. Ad rubricam et facit qđ Pil.106.de re mon.uac.vel abbate in remotis age ite alienata est iusta cã per conuẽtũ.& de consensu episcopi an ualeat;an vero abbas substitutus,vel reuersus illã reuocet. Soluit,quod si abbas esset in loco,quo requiri posset,requirendus esset.alias alienatio non valeret.allegat 16.q.ultima,decernimus.Si nesciebatur,ubi esset,vel erat valde remotus;si necessitas,uel utilitas monasterii suberat,putat alienationem per conuentum auctoritate episcopi, & alias iuridice factam ualere,nil dicit de vacante,& unde quod no.hoc ti.c. i.in gl.uacante.Tu dic,in casu necessitatis ad uitandum graue dãnũ ecclesiæ,detur per epm defensor monasterio uacanti,cum quo supplente uicem prælati seruata forma iuris fiat contractus,facit de ere.vlt.e.ti.qua ibi de defensore loquitur. Et si dicas,ut ibi exponitur,dic,quod erat qđ cum episcopo. Item dilatio cãæ non est sic periculosa,ut prætermissio cõtractus esse possit. Itẽ quod de defensore dixi,patet de rebus ecc.non alie.dudum li.6.& facit cle.e.tit.una.Quib.autem fiant solutiones debitæ ecclesia uacanti,scripsi eo.ti.c.si.super uerbo,legitimo.*

SVMMARIVM.

1 *Capitulum.sede uacante,an in concessionibus præbendarum fungatur uice episcopi.*

2 *Institutio episcopi,seu admissio ad præbendam nulla dicitur,ubi pñsentatio nulla probatur.*

3 *Episcopali sede uacante non tenet,quicquid fit de bonis,uel causis episcopatus.*

*Ecclesia uice minoris fungi dicitur.*

4 *Episcopali sede uacante potest in necessitate, & in utilitatem cõstitui pcurator,q causas & negotia episcopatus pmoueat.*

5 *Archiepiscopus in rebus episcopalibus, & episcopus in rebus capellarum suarum de iure communi est uisitator.*

6 *Episcopali sede uacante,an possint principes administrationem, uel custodiam bonorum episcopatus accipere.*

7 *Reges an sede uacante possint fructus episcopatus colligere.*

8 *Sede uacante,an possit capitulum absoluere illos,quos episcopus uiuens excommunicauit.*

HOC titulo multis modis possunt cõcipi libelli,sed paucis sum contentus.

LIB.Coram,&c.propono ego syndicus uel procurator,seu rector talis ecclæ cõt. P.ꝙ ipse,uacãte dicta ecclesia,emit,uel in emphyteosim accepit prędiũ tale,cuius fines,&c.uel ꝙ eius electio vacante maiori ecclesia nõ a capitulo eiusdem ecclesię,sed ab aliis extitit confirmata,uel ꝙ sñia pro ea lata fuit contra talem ecclesiam uacantem. unde peto ea lata fuit contra talem ecclesiam uacantem vnde peto præfatũ prædiũ dictæ ecclesię restitui a,& alienationẽ ipsam,uel confirmationẽ,uel sñiam , uel pcessum nulla pronunciari,& quatenus de facto processerunt,irritari,extra eo.c.ult.extra de maior.et obed.cũ olim.12.quęst.2.si qua.ext.de reb.ecc non alie.dudum. Vel sic.

a

L I B.Corã,etc. propono ego episcopus talis ecclesiæ,ꝙ nuper ipsa ecclesia pastoris regimine destituta, idem capitulũ episcopalẽ iurisdictionem temere usurpauit,manus extendens ad ea,quæ ad ipsum de iure nõ poterant pertinere,conferendo videlicet beneficia & præbendas,quę tempore citationis dictæ ecclesiæ in eadem diœcesi vacauerunt b:† cum ta nen nullo iure caueatur,ꝙ capitulũ uacante sede fungat vice episcopi in collationibus præbendarum:quare peto dictas collationes & concessiones nullas pronunciari, & eis, ne de cętero talia attentare præsumant,inhiberi;& super eis perpetuum silentium imponi. Peto insuper institutos,a q eis perpetuum silentium imponi. Peto super institutos ab eis in dictis ecclesiis amoueri,& amouẽdos fore sententialiter decerni & declarari cum nullũ ius habeant in eisdem,ext.eo.c.2.Vel sic:

b
1

LIB.Corã,&c.ppono ego H abbas talis monasterii ꝙ P,q in p rectore talis ecclesiæ ad meã pñentationẽ spectãtis se gerit,ꝙ nuper uacãte,memorato monasterio ipse ad ea vacãtẽ per talẽs pcuratores eiusdẽ monasterii de facto tali epo extitit pñentatus:q si quidẽ eps huiusmodi præsentatione admissa,eũ de facto instituit in eadẽ:quare peto,q quid de ipso tã circa pñentationẽ , q̃ circa institutionem,quam etiam circa alia attentatũ est, cas-

ADDITIONES.

a Restitui. *Dixit Rof.cuius fuit iste libellus,ubi sup. cum fructib. inde perceptis & percipiendis;& demum contra hoc opponebat istam a fru.lib.as excusandum,cum titulum habuit,C.de rei uẽ. cer.Inst.de rer.diu.§ si quis a non do nino,ff.fi.re.l.3.§.post litẽ. Inst.de off.iu.§.2. Respondet titulum talem haberi pro non titulo;& sic malæ fidei possessor dicitur mercando contra interdicta legum,uel canonum,C.de ag.& censi.quemad no,l.11.das regulam,quod ubicunque titulus habetur pro non titulo,non excusat a fru.lib.quod not.cã.l.sed & partus.de pet.har.Lettam.*

b Vacauerunt. *Esset addendũ,quorũ collatio ad solum epm irrequisito c.noscitur pertinere,uel licet requisito c.noscitur pertinere hoc dico propter determinata bo lie eo.tit.c.uno,lib.6.*

est,cassari & irritari,cassum & irritũ pronũciari,& ei-
dem P.sup dicta eccl'a & ei⁹ iuribus ppetuũ silentium
imponi.cũ nullũ ius habeat in eadem,& eũ inde sen-
tentialiter moueri.Peto insup expẽsas & fructus, etc.
Sicut enim nõ possunt conferre beneficia,vt dictũ est
2 sic nec ad ea præsentare:† quia vt per psentationem i⁹
acquiritur præsentato, sic per electionem, uel collatio
nem electo,ext.de iure patr.cũ dilectus. Nec aliqd ,p-
dest admissio & institutio etiam episcopi diœcesani,ex
quo præsentatio nulla est,ext.e.c.3.& de iud.cũ inter
uos,prope fi.Quę aũt possit capitulũ sede uacãte, dic
secundum Papam,ut no.ext.de hęret.c.ad abolendã. ĩ
a prin.a †Et nota generaliter,quod episcopali sede uacã
te non tenet,quicquid fit de bonis,uel causis episcopa
tus,quia ecclesia fungitur uice minoris ut ext.de ĩ in-
teg.rest.c. 1.12.q.2.si qua de rebus,ext.de iudic.sicut no
stris,sicut nec tenet snĩa ptra minorem minus legiti-
me defensum lata,ff.de reg.iur.acta.ext.ne sede uacã.
c.fi.Reuocari ergo debet,quicqd per cõmune ciuita-
tis Florentię episcopali sede uacante factum est, nam
fere ĩ 25.castris & villis episcopatus uacantis de facto
posuerunt Potestates & rectores ĩ præiudicium epi-
scopatus,super quo inter eos,& procuratores episco-
4 patus pendet qõ coram nob.s.† Vbi aũt necessitas,uel
utilitas exposcit,potest constitui uisitator,uel pcura
tor,qui causas & negotia episcopatus promoueat, ut
61.dist.obitum.& c.seq.& 7.q.1.cõstitutum. Et de gnã-
li consuetudine hodie capitula uacãtibus ecclesiis cõ
stituunt procuratorem ad gubernandũ,& administrã
dũ bona episcopatus,extr.de ma.& obed.his,qui. Pos-
sunt ẽt constituere syndicũ,uel actorem ĩ ecclesia uacã
te,ut ff.quod cuiusq.uni.no.l.1.Alij ꝯ,qd prosequere, se
5 cundũ Papam,prout no.ext.ne sede uac.c.1 †Sed & ar
chieps in rebus episcopalibus,& eps in rebus capella-
rũ suarũ est uisitator de iure communi, arg. pdictorũ
6 capitulorũ,& arg.ĩ his,q̃ no.ex.de of.ord.cũ uos.† Qñ
que tñ episcopali sede uacante aliqui principes dicunt
se de ꝯsuetudine habere guardiam,seu custodiã,& ad
ministrationem bonorũ episcopatus,& agunt & ꝯue
niunt nomine episcopatus,sicut uidemus in dicta ci-
7 uitate Florentię p quosdã nobiles obseruari.† Item ẽt
reges aliq dicũt se hre regalia ĩ quibusdã ecclesiis,uo-
lentes percipere omnes fructus uacantis ecclesiæ,ut ĩ
consti.Gregor.X.de reb.eccles.non alien.hoc consul-
b tissimo.b ubi de hoc dicemus,in aliquibus etiam con-
ferendo præbendas,sicut illustris rex Francię ĩ eccle-
8 sia Carnotẽ. in qua nos decanatũ habemus.† Quęrit
an uacãte ecclesia capitulum possit absoluere , quos
eps uiuens excõicauit,Dicit Vin.ꝙ sic, pp periculum
animarũ, ar.eX,de maio.et obed.cum olim,ex.de hęr.
ad abolendã,rñ.1. Alij contra,quia nõ transeunt ad ca
pitulum, nisi quæ sibi specialiter sunt concessa,arg.ex
c tra,eo.illa,et de offi.ord.irrefragabili.c

ADDITIONES.

a In prin. *Vbi scripsi super uerbo,sede uacante.*

*ADDE,an statutũ factum p capitulum ecclesiæ cathedralis sede uacãte duret in tẽpus successoris,uide Fede.consi.x6. Et an capitulũ ecclesiæ cathedralis uacantis possit uisitare monasteria monialium exempta,per eundẽ consi.290. Et an potestas dispensandi transeat in capitulum,per eum consi.30.& 11.*

*ADDITIO. Adde tu,an sede uacãte capitulum possit dispensare,uide Card.Zab.in c.illa,in fi.ne sede uacan. Et an possit statuta facere,quæ durent in tempus futuri episcopi, uide eundem Zab.in c.cum omnes,col.fi.in 11.q.de constit.& Pet.de Ancha. in c.nouit.col.fi.ne sede uac.Hen.Ferr.*

b Hoc consultissimo. *Allegare debebat dec.generali.de elec. lib.6.*

c Irrefragabili. *Inducebãt ibi c.si episcopus,11.q.3. ad qd respon de,ut no.de maior,& obe.c.uno.li.6.in gl.hoc tenebant.p qñ capitulũ terminatum est,ꝓ põt,siue sit sententia hominis,siue iuria,ubi aũt in prima gl.scripsi tres species casuũ ĩ hac materia, scilicet quib.certum est capitulum succedere , & quib. incertum est,& quibus casibus dubitatur.*

De iis,quæ fiunt a prælato sine consensu
a capituli a. Rubrica.

ADDITIO.

a *Hanc rubricam cum duab.seq.posuit Rof.in libel. iuris canonici, ad fi.primæ partis ante rub sup.proximam; & primi duo libelli fuerunt eius,ordine tamen conuerso. Et dicit,quod formã hic primam aliqui recusant,ne uideantur aliquid pro reo fateri, dicit tamen,quod utraque ipsarũ est bona forma.& uide , quod dicã sup rub.3.inf.& ad rub.facit q.3.scripta super regula,is qui tacet. de episcopo alienante,præsente & tacẽte c.& fuit dominicalis 78.*

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter sit cont.bonorum ecclesiæ detentorẽ formãdus.*
2 *Episcopo sine cõsensu capituli cõtrahente,si ex hoc actio oriat̃,et ante sñiam contractum esse nullũ opponatur,postmodum aũt episcopus consensum capituli obtinet,an ualeant præacta.*
3 *Vno contextu desideratum fieri,diuersis non ualet factum.*
4 *Prælato in iudicio existente absque capituli consensu, an postmodum possit adhiberi consensus.*
5 *Episcopus an possit sine consensu capituli dare aliqua ad suam mensam pertinentia.*
6 *Episcopi donatio cum consensu capituli semper ualet.*
7 *Donatio capituli quo casu sit ualida & perpetua.*

CONCIPITVR sic libellus:
LIB.Corã,&c.ppono ego T.syndic⁹
talis ecclesiæ cõt. P. ꝙ venerabilis pater
eps eiusdẽ ecclesiæ domũ talẽ,cuius fi-
nes,&c.sine cõsensu capituli,seu maio-
ris & sanioris partis ipsius,uẽdidit eidẽ:
& sic ipso iure venditio ipsa nulla est,& perinde haben
da,ac si nõ esset facta:quare peto noĩe dictæ ecclesię do
mũ ipsã mihi restitui cũ pensionib.& fructib.inde per-
ceptis,& percipiendis,ext.de reb.eccl.non alie.c.1.2.&
3.& c.cũ apostolica.ex.de his,q̃ fiunt a ma. par. ca. c.1.
12.q.2.sine exceptione.ex.de maio.& obed.dilecti.,Sed
cum talis alienatio sit ipso iure nulla , vt patet in præ-
missis iuribus,ext.de rebus eccl.non alien.si qs presby-
terorum per eam dominium nõ transfertur , maxime
cũ ipretus non sit dominus,sed procurator , 12.q.1.cap.
vlt.,ext.de donat.c.2.& ideo talis secũdum quosdã po
terit directam rei vendicationẽ proponere, ar. ff.quod
metus cau.metũ.§.volenti.& tunc sic cõcipit̃ libellus:
1 LIB.†Corã.&c.propono contra P.qui talẽ domũ de
tinet,cuius confines tales sunt,q̃ ad talem ecclesiã iure
dominii,vel quasi ptinet,vñ dictã domũ noĩe ipsius ec
clesię mihi peto restitui cum pensionib.& c.ut supra &
dic,ut inf.de cã pos.§.sequit.ub. formam libellos in rei
2 vẽdicatione.†Sed pone,eps sine cõsensu capituli cont.
xit,ex quo ꝯtractu agitur,sed añ snĩam oponit̃,hmõi ꝯ
tractum non valere,nec ex eo agi posse, postmodũ eps
obtinet consensum capituli,nunc quærit̃,an tali ratiha
bitione,quæ acta sunt,cõfirmentur.Resp.cñt quidam,
ꝙ non,arg ff.de pac.si tibi.§.si pactus. Requiritur.n.qsi
ab initio præstet̃ cõsensus,ut 20.q.2.hoc ius porrectũ .
vñ postea non ualet,ff.de aut.tut.obligari.§.tut or. & fa
3 cit C.de test.hac consultissima.& l.si unus . † Nam qđ
uno contextu desideratur fieri,nõ ualet diuersis factũ,
ext.de electione,auditis.23.dist.quorundam. Alii con-
tra,C.de rei uen maior.& arg.C.ad Mace.si filius. ff.de
iu.licet.ff.de uerb.oblig.l.1.§.si uero,ff.qđ iussu,l.1.§.qđ
tñ ratum,ff.de usu.sed & si qdem.§.interdũ.Et hoc te
net Bar.vt no.ext.de his,quæ fi.a prælat.sine cõsensu c.
c.cũ uos,& de rebus eccl.alie.uel nõ,dudum, Ipse ẽt di
cit, si prælatus fuit sine consensu capituli in iudicio,
postmodum potest accedere consensus,ut nota , extra
a de rescrip.edoceri.a Ex quo uidetur quod exlitis conte
statione

ADDITIO.

a Edoceri. *Ante fi.1.gl.ibi dum dicit,uel conuerso.*

ſtitione habita ante ratificationem capituli epiſcopus
4 obtinebit. ad quod facit, † quia tempus rei iudicatæ ſpectandum eſt, ff. com. no. ſed mihi. §. i hac. Item ſufficit actorem ante ſententiam ius habere, ff. de pign. ſi rem. verſi. fi. ff. man. ſi mandauero tibi. ff. de moff. teſt. ſi non mortis. ff. de cõi ſeruo ma. l. doli. §. fi. ff. de far. inter oẽs. ff. ſi quis cau. qui aũt. §. fi. ff. de pet. hæred. ſi quo tẽpore. ff. de rei vend. c. ſin aũt. §. 1. ff. de pecul. quæ itam. ff. depoſi. l. 1. §. non tamen ext. de re iud. abbate ſane. li. 6. ad idem ff. de iudi. non põt. Arg. tamen cõ. quia tempore litis conteſtationis ius non habuit, unde ſuccumbere debet, quia illud tempus attenditur, ff. de nego. geſ. litis. ff. de minor. deniq; & in prę. decre. abbate. Item ſuper nullo videtur facta litis conteſtatio. Vnde ſuper nullo uidetur ſententia ferenda, arg. ff. commun. diuid. ut fundus. ff. de iu. de qua re. quia ubi fundamentũ non eſt, ſuperædificari
5 non põt, ext. de presbytero non bap. veniens. † Hoc etiã nota, quod ſi ſolus epiſcopus ſine capitulo dat aliqua ad ſuã menſam pertinentia, nõ ualet, niſi ubi dat loco religioſo quinquageſimã portionem, extra de his, quæ fiunt a maiori par. ca. paſtoralis. & nisi ubi tenetur alicui ad beneficiũ. quem ſine titulo ordinauit, extra de præb. cum ſecundum Apoſtolum. † Si uero epiſcopus dat cum conſenſu capituli, ualet donatio, ut extra de his, quæ fiunt a pla. ſine conſenſu capituli, cum uos. Arg. contra, extra de donat. paſtoralis. Sed illud intelligo ſecundum iura, ut ſcilicet interueniat conſenſus capituli. Et hæc obtinent, ubi epiſcopus dat bñficium alicui alij, ſed ſi det capitulũ aliquid de menſa ſua, talis donatio non præiudicat ſucceſſori, quia auctoritatem, quam capitulum alij poterat impendere, non poteſt impendere ſibi ipſi,[a] ſicut nec œconomos, 10 q. 3. hoc ius porrectum. in fi. ſic
6 nec etiam tutor pupillo, ff. de acto. præ. l. pupillus. † Si autem capitulum dat aliquod beneficium de menſa ſua, & habet liberam adminiſtrationem, ualet donatio & perpetua eſt, dum modo non ſit in damnum eccleſiæ: quia ea ſemper eadem eſt, 7. q. 1. denique. 6. diſtinct. habeo. ff. de iudi. proponebatur.[b]

ADDITIONES.

a Sibiipſi. *Vt patet hodie de reb. eccle. nõ alie. ſi una. 2. reſp. in Cle. Licet fatear, quod cõplures opiniones corrigit illa de ut ibi no. in diuerſis gl. nego tñ, ut ibi no. a Io. in gl. cum apo. quod reuocet dec. expoſuiſti. de preb. Item in Dec. cum noſtris, de conc. præb. tractatur de conceſſione in beneficiũ, non de extinctione dignitatis. in decre. cũ acceſſiſſẽt. de conſt. interuenit auctoritas Papæ. & ſine dubio erat neceſſaria, quia epiſcopus nõ conſenſerat. Sed dico, quod in epiſcopo nõ conſentiente neceſſaria fuiſſet, quia ſiue ſi cõuertebat in ſuos uſus alias uero ex cã ſupprimeretur dignitas nõ utilis eccleſię & non ordinata per Papã, & de fructib. augerentur duæ canonicæ, uel manſionaria per epiſcopũ, & capitulũ, id fieri poſſet, quia non lederetur hac decr. Illud aũt dicitur in fi. gl. quæ incipit, ut dicebat, in cle. prædicta determinata ſm hanc formã licere. ſed illud, quod dicitur, ut eccl. bene. c. eo, in fi. & quod ibi not. in ulti. gl. puto hodie non licere, ut tetigi de reſcriptis, ſi pp. li. 6. ſuper gl. an. legatus in fi. Tñ adhuc hodie uidetur aliquibus quod uniones ante illam decr. ex uera & iuſta cã facta ualeant hodie, licet ulterius fieri non debeant. pro & contra facit, quod ibi no. in pen. gl. probant, quia epiſcopus erat principalis faciens, & capitulũ erat non faciens, ſed conſentiens facit ff. de reg. iur. l. aliud. & facit, ne ſed uac. c. uno, li. 6. Talia igitur non auctorizãt in facto, quod non impedit, uel cuius conſentit, ſicut & filia conſentit patri repetenti de tẽ, licet id cedat ad eius commodum. quia non põt illã ſibi minuere, niſi ex ſuperueniente clade, in Auth. de æqual. do. §. quia uero id. Primũ patet ff. ſol. mat. l. 2. uoluntate facit ad hoc decr. cum in iure. de elec. cũ concor. 2. gl. per quod dicunt aliqui. quod hodie epiſcopus de menſa ſua bene põt donare capitulo agenti, quia ſi id põt religioſo loco, de don. cõſultationib. & c. paſtoralis, ſed, hoc non probãt, dicunt ipſi, fortius capitulo ſuo, cui plus allegatũ eſt, de teſta. requiſiuit, pp quod nõ uidetur ad alienationem tendere, C. de ſi teiuſ. uoluntas, & ff. de lega. 3. l. pater. §. quindecim, facit, quod de tutore dicitur ff. de adminiſtra. tuto. §. non tantũ. & l. non exiſtimo. & l. tutorem reum. &*

*ff. de conb. em. ſi ludas. §. 1. Nec obſtat. quod dicit hic auctor, ſed facit prout dicant, quia non dicit conceſſionem nullam, ſed reuocabilem per ſucceſſorem.*

*ADDE videndum originaliter Ol. Ira. conſi. 182. licet de victoria.*

b Probatur. *Ac ſi dicat, epẽs hẽt ſucceſſorem, vt ſup. capitulum non Sed iſta ratio concluderet. quod etiã damnoſam reuocare nõ poſſent ſed auctor intellexit, quod damnoſam ipſam ydem poſſent.*

Bald. de ijs, quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capituli.

AN Ratihabitio capituli firmet alienationem prælat. & quid etiam in reb. menſæ prelati, vel capituli. G.

a De iis, quæ fiunt à maiori parte capituli.[a] Rub.

ADDITIO.

a *Vide quod dixi ſup. rub. prox. & libellus hic formatus non eſt in vſu nec aliũ per alios formatũ inueni. Capitulũ. n. cuius maior et ſanior pars in aliquid vtile agendum concordat, illud ordinat. & ſtatuit, & valet per decr. primã. e. ti. Si quis aũt illud impugnare velit aſſumat uicem auctoris quãnem Dama. an ſit pſcriptibile, non valere ordinationẽ capituli in qua non ſit omniũ concordia, ibi ſcripſi ſuper uerbo, conſuetudinẽ. Ad rub. facit quod olim diſputata, demũ repetita de minori parte capituli Bon. in qua ex culpa maioris partis per d. cũ in cunctis de elec. reſidebã. põtas eligendi epm. q potestatẽ cõmunicauerunt trib. abbatib. ciuitatis Bon. ſanctorum Proculi, Stephani, & Felicis: & euenit hoc ſine interpretatione bis uel amplius, & lapſi ſunt 40. anni. imminet nunc electio per totũ capitulũ facienda. abbates illi admitti quæritur an capitulũ teneatur ad id? Pro abbatib. facit conſenſus capituli & materia præſcriptibilis, & negligentia prelatorũ. Primum patet: quia admiſſi fuerunt per capitulum id eſt eos, qui tenebant quo ad actum electionis vices totius capituli, ſed ſi fuerunt ſed ſi per totũ capitulũ fuiſſent admiſſi, quod non eſſet dubia: quia non ſolum p actus duplicatos, ſed etiã per vnicum concurrẽte ſpatio 40. an. præſcripſiſſent illud. de præb. cũ de beneficio. lib. 6. & no. de cã poſ. eccleſia. in gl. ex hoc. & gl. antep. Non eſt antep Non eſt autem à iure ſtatus numerus perſonarum debentium tenere capitulum Hinc eſt, quod tres, vel duo faciunt capitulum eligunt, de elect. c 1. Item ius capituli reſidere poſſet in vno. Nota materiam de poſtu. gratum. cũ ſuis remiſſionib. Ergo cunque nunc teneant capitulum, per illos dẽt admitti. Scdm de materia præſcriptibili. non eſt dubiũ, vt patet in dicta de cũ eccleſia. de poſtul. bona. ſecunda. de elect. quod ſicut. & ca. Cumana, & facit de conſuet. cũ dilectus. de reſt. in integ. ca. p quæ iura ſi ipſi abbates præſcribere poſſunt, quod ſoli eligerent, fortius quod eligere poſſent cum aliqua parte, capituli qui fingitur eius vice. Tertiũ ſ. negligentia prelatorũ facit pro tanto quia poterant illi plures proteſtari, quod nullum ius acquiretur illis in poſterum, & interrat ipſorum pp futuras electiones per eos fiendas, & ẽt eccleſia, vt ſeruitus talis per paucos imponeretur eidẽ, vt prę. dec. Cumana. cum ibi no. in gl. His non obſtantib. fuit contrariũ terminatũ, bene cũ ad illos paucos eſſet deuoluta poteſtas pro ea vice tantũ, proſequ. ergo vicio. nec ſocijs præiudicare, nec ſeruitutem eccleſiæ imponere potuerunt, de electio. cum in cunctis. & c. cũ Vinton. & maior pars priuata hoc ſciens non habuit neceſſe aliquid proteſtari, quia ſciebas abſque ea ius eccleſiæ ſaluũ eſſe: & ſic ſi proteſtata fuiſſet, erat proteſtatio voluntaria, de qua ſcripſi ſuper ueg. in generali. lib. 6. in prin. huius materiæ. Abbates etiã ſcientes ſe vocatos à paucis, hoc idem ſcire debebant & volebant, ſibi in poſterum ius non acquirere, malã fidẽ habebant: & ſi dicebant præſcriptio quo ad ipſos, de præſcr. c. fi. nec eſt uerũ, quod illi pauci eſſent capitulum, licet in eos eſſet pro ea vice ius capituli deuolutum propter ſociorum delictum, quo ad illam vicẽ tantum, ſicut & in caſu negligentiæ ius capituli deuolueretur in archiepiſcopum, de electio. ne pro defectu. qui tamen non eſſet, vt dici poſſet capitulum, nec ut capitulum præiudicare poſſet eccleſiæ. Volẽs tenere cõtrarium, dicit, quod abbates præſcripſerint, cum tamen præſcriptio ſit reſtringibilis in tantũ, quod per illã ſeparatur*

*tur de se cõnexa, vt patet de doc. ex par. 3. & c. cũ cõtingat. vbi descriptio decimarũ non cõprehen lit noualia alias vnitã, diuidit ẽt procurationem à visitatione, cui aliis est vnita, de præsc. cum ex officij. vt no. in reg. odia. lib. 6. & facit reg. quæ iure. eo. ti. Itẽ ius prouidendi, & eligẽdi bene restringitur ad certã specieẽ per rescriptũ, de resc. si ispectum. lib. 6. & præscriptionẽ, vt no. eo. li. de præb. cum eccl. ad id, ꝙ scripsi de cõces. præb. proposuit. post prin. & illa non excedunt suos casus, vt ibi. Fateantur igitur abbates solum in suis terminis præscripsisse, si cum minor pars elegit ex iure sic deuolutũ & sic uita cã illos admitten li quia plus egent cons. pauci, q̃ plures, 20. dist. de quib. de of. del. prudentiã. Mutatis autem terminis, quib. abbates non possiderunt, & nec præscripserunt, nec possessionis, nec proprietatis cõmodo debent admitti his conuenit, quod scripsi de prob. in præsentia. super fi. vl. gl. Prima patet.*

BREVITER sic potest in hoc titu. cõcipi libellus.

LIB. Corã, &c. propono ego syndicus seu ꝓcurator maioris, & sanioris, partis capituli talis & talis, vel dicas, ꝓcurator talis capituli, ex quo est procurator lõge maioris partis, vt ex. de elec. cũ inter canonicos, in prin. ꝙ cũ ipsi Deũ habẽtes præ oculis, vellent tale quid in vtilitatem ipsius ecclesiæ facere, vel statuere, vel etiã ordinare, vel disponere, talis & talis ipsius ecclesiæ canonici irreuerenter contradixerũt, nullã cãm suæ contradictionis rõnabilem proponentes: & adhuc in sua obstinata cõtradictione persistũt, quare peto à talibus ipsos coerceri, super hac ꝯdictione perpetuum silentium imponi. dictumq; capitulũ seu maiorem partem & dictam ordinationem, &c. debere procedere eorum contradictione nequaquã obstante, per vestram sententiam decerni, ac declarari, extra eodem, capit. 1. & ultim. extra de ele. licet. 65. distin. capit. 1. & 2. & 1. si fortè. ff. de re. iu. do. ff. de dec. ab ordin. facien. l. 3.

## Vt ecclesiastica beneficia sine diminutione a conferantur a Rubrica.

### ADDITIO

a *Vide, qđ scripsi super rub. 2. & libell' hic descriptus fuit Ros. hoc ti. in fi. quia formauerat libellum in eccl. Beneuentana; postea correxit, quia eccl. ipsa nõ habeat præbendas distinctas, in quibus distinctis dixi propriè libellum procedere.*

SIC concipe libellum:

LIB. Propono ego T. canonicus Beluacẽ. cõtra venerabilem patrẽ dñm epum Beluacensẽ, ꝙ cũ ipse de mãdato felicis recordationis dñi Clement. Papę quarti vel suo proprio motu, mihi talem præbendã, seu bñficiũ, ꝙ fuit talis, concessisset, non integrè iura ipsius ꝑbendę cõtulit: imò tertiã, vel quartã fructuũ eiusdem partem diminuit: vel tales possessiones, seu redditus ex ea subtraxit, seu diminuit: uel partem præbendæ mihi tantum cõcessit. unde quia beneficia ecclesiastica sunt sine diminutione conferenda, peto res illas mihi restitui. uel peto bñficium, seu præbendam ipsã mihi redintegrari, ex. eo. c. unico, ex. de pręb. maioribus &c. tuæ. &c. uacante. 1. q. 3. si quis præbendas.

## a De rebus ecclesię alienandis, uel non. a Rub.

### ADDITIO

a *In 6. & cle. resumitur hæc Ros. pro qua hãc materiã immediatè ante quatuor su. prox. & plenè illam tractat per modum summæ; fuit ẽt eius libel. hic descriptus, quẽ ibi vide in fi. pe. eo. vbi de hoc prosequitur: etiã posuit alium libellum breuiorem; hunc aũt præponit. vt res euidentius aperiatur; saltat demum auctor cõtinuãdo Ros. ad aliud ipsius op', vt statim patebit. Ad ru. facit qõ venerealis 59. de qua super ru. de præ. dominicalis de qua su. ru. 3. q. 18. Io. de Deo li. 6. de eo, qui iurauit non alienare, vel pignorare, an ex cã possit fructus locare vel vendere ad tempus, vide de qua dic, vt in clem. e. ti. c. 1. in fi. id. n. talib. permittit ibi ad modicũ tẽpus. Sed quantũ tempus hęc uerba cõprehendãt, dubitatur, ut ibi no. in ul. gl. Cõsanguinei, uel potẽtes, q ꝓmouerũt prælatos, exquirũt contractus gratuitos ab eis ad ipsorũ uitã, uel contractus locationũ, uel uenditionum fructuum ad lõgissimũ tẽpus cõfessato pretio. Sciui episcopũ, a quo ꝓmototores sui extorserunt gratuitũ cõtractũ ad uitã ipsorũ de tanto, qđ transcendebat duas partes redditũ episcopalium, expressa cã seruitiorũ, quę impenderant ecclesię, & promittebant impendere, q̃ diu uiuerent, & in hoc fuit instrũm multum solenniter formatum, & de consensu capituli, demũ extorto illud idẽ, & male successit dictatori, fuit: enim ꝑ illos, quib. sic seruierat, spoliatus in totũ, & expulsus a lare proprio, & merito sic accedere dẽt his, qui sanctam domũ Dei trahunt ad talia, superueniẽte legato de latere, & his delatis ad eum ꝑ episcopũ successorẽ illius nobilib. sup. hoc citatis, exhibitis instrũtis prædictis, ipsorum aduocati defendere conabantur contractũ, dicentes, quod ꝓ utilitate eccle. in benemeritos factus fuerat, & sic ligabat successorẽ. inducebãt 17. q. 6. illud ꝑ uerbũ, munificentias. quod est, ibi, 41. quæst. 5. quia loa. ext. de ĵoi. ca. 1. de depo. ca. 1. Item dicebant donationem factã ob cãm propter merita seruitiorum præstita & præstãda, & sic reuocationi, uel pęnitẽtię non erat locus, C. de donatio. q̃ sub mo. l. pe. & de reuo, do. l. 2. & 3. & l. generaliter. in prin. nec dẽt auferri donatum, 22. q. 2. non. n. in fi. imo, si nõ possiderent donatarij, totum supplendũ esset, de donatio. ꝑ tuas, maxime qa illa nõ erat perpetua donatio, q̃ facta fuerat ad uitã, sed tẽporalis, quia nil certius morte, ext. de pœ. & remis. cum ex eo. ff. de cond. & demo. l. 1. & in illis non requirit illa solennitas, q̃ in ꝑpetuis, facit hoc eo. ti. dudum. li. 6. ext. de his, quę fiunt a præla. cotinebatur. & quod ibi nota. in 1. gl. et eo. ti. tua nuper. cum concordan. ult. gl. et facit 16. q̃. 1. possessiones. et quod ibi nota Sed cõtra ipsos fuit iudicatum, ꝙ hodie coadiuuat clementina ꝑdicta, licet. n. prælati benemeritis munificentias facere possint in uita & in morte, illæ tamen debent esse moderatæ, & iuxta seruitij meritũ, ut patet de testa. Ioa. & cap. relatum. 2. § licet, sicut & de alijs administrationib. alienare prohibitis dicunt leges ff. de administratio. cum plures §. penu. & tut. & rat. distra. l. 1. §. 1. aliter prælatis. donare non licet. Procuratores. n. sunt, non domini, extra de dona. ca. 2. ubi uide in concor. in 1. gl. Et licet habeant liberam potestatem administrandi, de elec. cum nobis olim. in fi. regulariter tamen non donat habens liberam, de offi. uicar. capit. fina. libr. 6. & cum ex cã id admittitur, non est occasio pro cã sumenda, extra de maiorit. & obedien. solita. ff. ad leg. Iu maiestã. l. famosi. §. 1. sed ueram. & sufficientẽ ad id causam præcedere oportet bene facit. C. de sac. san. ecc. l. iubemus. 2. ultra pri. ibi, scientes nulla sibi occasione, uel tempore ad uicissitudinem beneficij.*

*Adde quod ibi istius legeretur Collocatis, licet ita illic legatur Colorati, &c. Absit enim, quod in prohibitis certo casu permissis stetur uerbo dicentis casum permissum subesse, ff. de prob. q testamentum. de le. 3. cũ quis decedens. §. Titia. & uide, quod no. ext. de præsum. c. literis. in gl. imo in ul. Ponderanda igitur est ueritas, & non fictio, ff. de castrẽ. pecu. l. si forte. 8. dist. ueritas. de hoc ext. de pig. nuper. Item dato, ꝙ fuissent. cã donationis fiendæ, commensuranda tamen fuisset cã in quantitate & tempore, ut in pręd. §. licet. propter id dicit lex, ꝙ propter modicum æs alienum pupilli magna possessio distrahi non dẽt, ff. de re. eo. qui sub tu. l. magis puto. § nõ passim. alle. Itẽ pręter tẽpus ẽt seruitij, & quantum durauit eius cã, ponderãdum est, facit de res. statutum. ad fi. li. 6. eo. lib. de elec. cum non debeat. ff. de excu. tu. geometræ. de opo. le. l. plane. Item ponderandum est, quod text. prædictæ. decre. ad hoc & præ. § licet. dicunt alqua posse dari, qđ uerbum, ſm Host. ut scripsi in præ. §. notat moderationem, et reprehendit prodigalitatem, qui etiam remittit ad no. per se de do. cæterum. bene facit pro illo d. ff. de contrah. em. l. hanc legem, cum duab. legib. se et de bo. dã. l. diuus. facit etiam illud quod habetur de stat. mo. cum ad monasterium. uer. quãquã. Sic & aliquãdo raritatẽ designat, de sen. ex cõ. si aliq. de iurein. si uero. ver. uerũ. Videtur etiam aliquib. & satis æque, quod licet tẽporalis sit donatio, si tamẽ de re magna, necessaria sit solennitas & superioris auctoritas. bene facit C. de do. sancimus. in fi. ff. de impen. in re. dota. factis, l. 3. §. 1. & forsan sic intellexit Inn. & post eum Host. id, quod post eos scripsi in. præ de cr. 2. de his, quæ fiunt a præl. sine consensu c. super 1. glo.*

*ADDE Old. con. 216. inci. quidam episcopus, Et an episcopus qui iurauit nõ alienare ne cõsensu sui superioris, possit cõiunctio*

*suo concedere rem in emphyteosim, cuius reditus non excedunt decem solidos Federi. con. 210. tenet, quod non possit. Et an alienatio facta de re immobili ex causa u[illegible]a & licita, si adhibita sit causæ cognitio, quam possessionem melius expedisset, alienare ualeat, per eundem con. 143. & 258. & an ualeat concessio usufructus facta ad uitam per prelatum suo consanguineo sine Papa, uel legati auctoritate, per eundem cons. 52. & 88. Et rei ecclesiasticæ alienatio quib. casib. sit permissa, ultra loca ordinaria uide Bal. consi. 376. uol. & ibi, an abbas exemptus, qui iurauit nõ alienare Romano Põtifice incõsulto, possit cõsentire alienationi Prioris sibi subditi, & an successor teneat stare locationi factæ p pdecessorẽ, q recepit totũ locationis factæ ad nouẽniũ pẽsionẽ p eũdem Bal. eod. uol. cõs. 165. & Pet. de Anch. con. 115.*

*SUMMARIUM.*

1 *Debitore bona sua corporalia & incorporalia in fraudem alienante, qua actione possit creditor talis donationis reuocationem petere.*

2 *Debitore incorporalia bona in fraudem alienante, qualiter sit reuocatio per creditorem facienda.*

3 *Positiones actoris & rei, ubi donatio debitoris per creditorem uenit reuocanda, qualiter sint formandæ.*

4 *Liberto bona in fraudem patroni alienante, qualiter, & qua actione sit patrono succurrendum.*

5 *Positiones actoris & rei, ubi agitur pro donatione liberti in fraudem patroni facta, qualiter sint formandæ.*

6 *Arrogante aliquem in filium, postea autem alienante aliquid de bonis suis in fraudem arrogati, an, & qua actione poterit talis alienatio reuocari.*

7 *Positiones actoris & rei, ubi agitur utili in factũ Caluisiana pro reb. arrogatoris in fraudẽ alienatis, qualiter sint formandæ.*

8 *Actio reuocatoria in factum Pauliana pretoria, cui, & quando*

9 *competere dicatur.*

*Actiones in factum dicuntur tantum ad incorporalia iura competere.*

10 *Interdictum fraudatorium cui competere dicatur.*

LICET hoc titulo de rerum ecclesiasticarũ tractet alienatione, tñ ratione priuatarum rerum de alienatione aliqua ciuiliter subnectemus. Et primo de materia ipsius titu. disseramus, in qua sic concipitur libellus.

LIB. Corã, &c. propono contra P. qui talem domũ, uel uineam ad talẽ ecclesiam pertinentẽ, cuius fines, &c. tenet & possidet, asserens dictã rẽ sibi a tali prelato uenditam, quẽ contractum uenditionis, quã sibi factã fore asserit, dico celebratam fuisse contra formam iuris & in casu a iure uetito & non permisso, unde nomine præfatæ ecclesiæ peto cassari & irritari, & cassam & irritam nunciari uenditionẽ ipsam, & rem ipsam mihi restitui cum fructib. perceptis, extra de reb. ecclesi. non alie. si quis presbyterorum. & c. dudum. li. 6. 12. b. 2. fine exceptione. & c. non liceat. 10. q. 2. hoc ius porrectum. Vel si uis, potes rem uendicare, & breuius absq; narratione pcipere, ut dixi. s. de his, quę fi. a prę. sine cõsensu cap.

1 † Porro a debitore alienante bona sua corporalia & incorporalia in fraudem creditoris, creditor omnia alienata per actionem Paulianam prætoriã, tã

b ab alienatore b, quam ab eo, in quem alienatio facta

c est, poterit reuocare c, quę sic dicta est a Paulo eius inuentore, ff. de usur. uideamus, ff. de his, quę ĩ fraud. cre. hac in factum. sic libellus concipitur.

LIB. Coram, &c. cõqueror de P. qui possidet prædiũ, uel demum talem, cuius confines, &c. quod prædium in eũ alienauit T. debitor meus per fraudem, uel fraudis consilio, ut me fraudaret debito meo, & fraudatus sum, q eius bona, quæ iam discussi, non sufficiunt ad

d meum debitum exoluendũ ipso P. dpossessore sciente & fraudem participante, & ideo prædictam rem re

e uoco, uel restitui mihi peto cũ fructibus e, & omni cã, quasi nulla alienatione uel traditione secuta, & ad hoc propono Paulianã actionem, unde peto mihi iustitiã exhiberi. & hoc, si dicis Paulianam esse nomẽ actionis. Si uero dicas, quod nõ, sed quod sit adiectio, ut no. Azo in Sũma C. de his, q in frau. cre. dices sic, & ad hoc propono actionẽ in factũ Paulianã, ut ff q in frau. cre. hac in factũ. Prædicta forma probatur ff. 30. l. 1. §. 1. & & l. qui ac. §. hoc edictum. & l. ait prætor. §. p hãc. Qđ aũt dixi, locum habet circa incorporalia in fraude alie

2 nata. † si uero aliquid icorporale sit alienatũ, puta quia suum debitorem liberauit per acceptilationẽ, distingue, an ille fuerit debitor pure, an in diem, uel sub cõ

f ditione: si pure forma sic f.

LIB. Corã, &c. conqueror de P. debitore meo, qui in fraudẽ liberauit T. debitorem super acceptilationem, unde cum bona dict. debitoris mei excussserim, & nil consequi potuerim, peto id ipsum mihi præstari, quod prædictus T. ei debebat, scilicet centum quasi nulla acceptilatio sit secuta. Si uero in diem, uel sub cõditione, dicet sic. Peto pdictam obligationem in pristinum statũ reduci, quasi nulla acceptilatio intercesserit, ff. quę in frau. cre. ait pretor. §. si cõditionalis. ff. de iudo. licet, §. quoties.

3 † Actor ergo sic ponet.

POS. Actoris. Pono, quod ea, quę petii in libello, de iure petere possum, sed huic positioni, cum sit iuris, non tenetur respondere, Item quod T. fuit debitor meus in 20. ex causa mutui, uel ex alia causa. Item quod illud debitum fuit efficax, & sine oĩ exceptione. Item quod T. debitor meus fuit consiliatus, quod taliter alienando me fraudaret, ff quę in fraud. credit. ait pretor. §. ita demum. Item quod tã sciuit fraudis cõsiliũ. Itẽ q in re tali alienata, non inuenitur tñ ĩ bonis iã discussis, q mihi possit satisfieri, C. de his, q ĩ fra. cre. alie.

ADDITIONES.

a Porro. *Assumit uerba Ro. ubi de Pauliana, qui dicit in illa quatuor necessaria, quæ patent ex positionib.*

b Alienatore. *Dicit Ros. contra alienantem tunc agi, quando ita dispersa sunt, bona, quod sciri non potest, ubi sint, ff. de his, quæ in fra. cre. l. ult. §. fi. & Io. de Bla. format libellum de hoc in par. 1. prox. ante fi. sic dicens.*

*LIB. Dico, quod R. debitor meus in 100. ita latenter dissipauit in alios bona sua in fraudem meam, quod iussus a tali iudice mitti in possessionem bonorum eius causa debiti, quod mihi debebat conseruandi, nil inuenio in eius bonis, quod præseruare possim, unde ago cont. ipsum R. ut in carcerem detrudatur, quousq; reuelauerit eos, in quos bona ipsa alienauit, nobisq; añe iudex supplico, ut ipsum ad hoc per diffinitiuam sñiam condemnetis. Extollit aũt se Io. de Bla. in his actionib. dicens, illas se plenius Rof. tractasse, & aliqua in ipsius libellis merito reprehensa.*

c Reuocare. *Supple, nullo pretio per eum restituto si tamen apud alienantem essent nummi, ad iudicis officium pertineret, ut faceret illos redd. ff. de his, quę in frau. cre. l. si debitor. & l. seq.*

d Ipso P. *Emptore, secundum Io. de Bla. quare inf. dicam, infra uidebis.*

e Cum fructib. *Hic oppone, & solue, ut dixi sup. de sede uacã. s. per i. libello.*

f Sic. *Non fuerunt ißi lib. Rof. sed Ioan. de Bla. ubi de Pauliana; qui etiam libellum, qui precedit, ponit, & exponit, dicens; etiam Paulianæ tres esse radices, quarum prima est in ti nõ gratuito, et de hac sup. secundum eum. Secunda, cum gratis fit alienatio inter uiuos, ut si debitor donat in fraudẽ creditoris, & procedit libellus, ut supra, hoc saluo, q non habet actor necesse dicere, quod donatarius participauerit fraudi, sed satis est hoc casu, quod debitor alienauit in fraudẽ, ff. de his, quæ in fra. cre l. quid aũt. §. simili quoque modo. Tertia radix, qñ fit alienatio in ultima uoluntate, & tunc non oportet in libello mentionem fieri de alicuius illorũ fraude, solus. n. euentus hic inspicitur, s. creditorẽ fraudatum. ff. e. ti. omnes, §. 1. Ad secundum autem suum libellum, qui sequitur, ipse opponit illum non procedere, cum agatur pene ad factũ, qđ fieri non dẽt, ff. de re in. l. si quis ab alio. in fi. Respondet, duplex esse fa[illegible]um, unum, quod de leui nõ fit, sed cũ corporis labore, ut facere domũ, uel pmittere stipulationẽ super*

*ea*

*ta re nullum damnum paßurum, & in his, quæ de leui non fiũt, procedunt, quem præcise ad factum non cōdemnandum. Aliud est, quod de leui per fieri potest, istud. s. reponere se in pristinã obligationem, & ad tale factum potest condemnari præcise, ff. q me. cau. l. si cum exceptione, §. si quis per uim, in fi. Opp. 2. quod petitio est impoßibilis, s. de reponendo se in obligationẽ pristinã extinctam, quę reuiuiscere non põt; ff. de sol. qui res, §. aream, et maxime ꝓcedit obiectio in obligato ex cã legati. Rñ lct, qđ licet actio extincta non reuiuiscat ea. specie uel numero reuiuiscit tñ eadem genere de uoluntate partium, & de hoc procedit libellus Sed obst. quod dixi delegato, ubi nõ est eadem genere, si quod debebatur testamento, nunc debetur stipulatione. Resp. duplicẽ esse causam, remotam & proximam. prima ex legato, secũda ex stipulatione. Nam cum obligatus ex legato non esset obligatus uerbis, non potuit uerbis liberari, nisi illa obligatio deducta esset in Aq. stipulationẽ; et sic proxima erat uerbalis. Inst. quib. mo. to ob. § est aũt. R. ponat ergo se in pristinam, id est, in æquipollentẽ, ſm eum; nec refert, quid ex æquipollentib. fiat, ff. de le. 2. cũ filius. §. hæres, Itẽ scias hanc actionẽ locũ habere, cũ fraudat creditor iã existens, unde non hẽt locũ in alternationib. quas faciũt uolẽtes maleficia cõmittere, de quo hic p Rof. & Io. infr. de don. uer. item pone, aliquis. ubi auctor in huius ti. fi. remittit.*

a alie. sunt, l. 1. a Inst. de act. §. item si quis in frau. Itẽ quod rem alienatã habes, & tenes, & possides. Reus vero sic

POS. rei. Pono quod T. tuo debitori fecisti factum de nõ petendo. Item ille soluit tibi. Item quod obstat exceptio non numeratæ pecuniæ, si est intra bienniũ, C. de non nu. pec. l. pe. Item quod T. alienauit propter necessitatem rei familiaris, ut per hoc excludat fraudem & fraudis consilium.
4 † Cæterum [b] liberto alienã
b te bona in fraudem patroni, succurritur patrono per actionẽ Fauianam prætoriam, per quam alienata reposcere potest, sic ergo libellus concipietur.

LIB. Coram, & cęt. conqueror de P. qui possidet domum talem, cuius confines tales sunt, &c. quam rem T. libertus meus alienauit in fraudem meam, ad hoc vt me suum patronum fraudaret tertia parte, quã de iure habeo in bonis suis, unde rem illam pro tertia parte pro indiuiso peto mihi restitui, & assignari cum fructibus & omni cã, & ad hoc propono Fauianam actionẽ, unde super his mihi peto iustitiã exhiberi, & hoc. si, dicis, q sit nomen actionis, si dicas, quod non, ut alii dicũt, dices. Actionem in factum Fauianam ꝓpono. prędicta forma probatur ff. si quid in fraudem patro. l.
5 1. §. hęc actio. † Actor ergo sic ponet.

POS. actoris. Pono, q petita in libello de iure petere possum, sed hæc positio iuris est. Itẽ q solus sum patronus illius T. ff. de suis & leg. hæred. l. in testamento. si hoc neget, prosequitur illas causas, quibus quis fit patronus, ut l. in testamento. item quod libertus ipse, qui alienauit, erat maior centenario, id est, habebat ultra centum aureos in bonis, Inst. de suc. li. §. sed nostra Item quod rem alienatam habes, tenes, & possides. Itẽ quod dolo, & fraude alienauit, vt minueret meã partẽ s. tertiam mihi de iure debitam, ea tunc enim competit Fauiana, ff. si quid in fraudem patr. l. 2. in principio. Sed si fecerat in fraudem, uel ut minor esset cẽtenario tunc ipso iure nõ tenet, ff. de iure patr. si libertus. Reus uero sic.

POS. rei. Pono quod D. qui mihi uaccam donauit, uel uendidit, natus fuit ex libera matre. hoc cõcesso ingenuus natus est, & sic actor succumberet, Inst. de ingenuis. Si uero neget, dicat sic. pono quod T. factus fuit miles te sciente, C. li. 12. qui mil. nõ pos. super seruis. Item quod T. alienauit propter necessitatẽ rei familiaris. hoc concesso, sequitur quod non dolo. Item
6 quod T. erat centenarius. † Cęterũ si quis arrogat sibi
c aliquem in filiũ, & postea alienat aliquid de reb. suis in fraudem arrogati, ut diminuat quartam, quæ debetur arrogato in bonis ipsius arrogatoris ex consti. diui Pii, ut ff. de ado. si arrogator. §. sed an impuber. poterit arrogatus illa reuocare per utilem actionem Caluisianam, uel Fauianam, uel utilem in factũ prætoriam, de qua in arbore Ioan. non tractatur, ff. si quid in frau. patro. l. fi. unde sic concipitur libellus.

LIB. Coram, & conqueror de P. qui possidet tales res, quas T. pater meus arrogator in fraudem meã alienauit, ut quarta mihi debita ex constitutione diui Pii diminueretur. unde res ipsas mihi peto assignari cum fructib. & omni causa, & ad hoc propono utilem in fa
7 ctum Caluisianam, & super his peto mihi iustitiam exhiberi. † Actor ergo sic ponit.

POS. actoris. Pono, q T. me arrogauit. Item quod arrogatio fuit legitime facta. sed hoc est iuris. unde si neget, dic ea, quæ in arrogatione desiderantur, ut sit legitima, quæ habet ff. de adop. si pater. § in arrogato. & legib. sequentib. & sunt 7. uel 8. Item q rem alienatam tu habes, tenes, & possides. Reus uero econtra sic.

POS. rei. Pono, q tua arrogatio fuit illegitima. sed hęc positio iuris est, unde ponat causas, quare sit illegitima, quæ continentũ Inst. & ff. de adop. Tamen negatiua qualitas bene ꝓbaẽ, ut ff. de ꝓba. l. ab ea. Ad hoc si libertus, uel debitor alienat ĩ fraudẽ patroni, vel creditoris, põt alienata p actionẽ in factũ reuocatoriã Caluisianã prætoriam reuocari, ut C. si quis in frau. patroni.

## ADDITIONES.

a l. 1. *Vide, quod ibi not. super verb. excessus.*

b Cæterum. *Tenet auctor ordinem Roff. & Ioan. quod libellarij oẽs tenent, sed longe plenius. Ion. de Blade de hac loquitur, quã alij, in suo libello, quem ĩchoauit, dico domine iudex, quod R. nuper defunctus me patrono suo præterito, & extraneo hęrede instituto habẽs in bonis amplius, quam centum aureos, talem fundũ cuius fines, &c. Et not. quod Roffr. uel auctor de liberto mortuo nil dixerunt, & contrarium innuere uidebatur uterq; in secũda positione actoris dicendo, Itẽ q solus sum patronus. Vt aũt dicit Io. summe inconueniẽs esset, q patronus alienata per libertum uiuentem reuocare posset, cũ possit casus euenire, q nil sibi deberetur, puta si filios haberet, inst. de suc. lib. §. sed nr̃a. & §. seq. Et hic inserit qõnem, quid si uiuẽte liberto is, in quẽ fuit res per ipsum alienata. illã per 30. annos possederit, demum libertus moritur, quærit, an possit reuocatio fieri, Dubium facit quia 30. an. est possessa, per quod omne ius sublatum uidetur. Sed ipse dicit illud uerum contra illum, qui agere posset & negligeret, sed iste, qui agere non potest, non potest dici negligens, ergo sibi præscriptio non currit, C. de annali excep. l. 1. in fi. Restringo hoc ad impedimentum expressum, quo non competebat actio de alio nõ impedito. uide, quod not. ext. de pręscri. auditis, in ult. gl. & si prosequitur certa uerba libelli sui Format ẽt libellum, qñ libertus aliqua alienauit cui liberto decedenti ab intestato succedit, et patronus non inuenit debitam portionem, ut si ex sexcentis, quę habebat, alienauit quingenta, quod põt in quinque homines, patronus habere debẽs 200. habet 100. & agens ad alia 100. & sic a quolibet illorum quinque petet uiginti, dicẽs sic, ſm eũ, dico, quod R. habebat ualentiã 95. lib. & in fraudem mei sui patroni alienauit ualentiam quingentarum, inter quę in T. donationis titulo alienauit talem fundum, cuius fines, &c qui fundus ualet 100. unde cum ipse T. fundum illum possideat ago contra ipsum, ut ipsius fundi quintam partem mihi restituat, & sic reuocat id, quod sibi deest ad legitimam.*

c Cæterum. *Seruat ordinem Rof. & aliorum. uerba aũt ad literam fuerunt Rof. qui ẽt quęrit, an filio naturali & legitimo cõpetant hæ actiones, de quib. sequitur, si pater in eius fraudem alienauit, respõdet, quod non, quia nec filio, nec patri in hoc casu prouidetur, ff. si quis a pa. fue. ma. l. 1. & 2. Dat aliud, quod plus habet arrogatus, quam, quia proponendo querelam contra tes. m̃ patris arrogatoris, non perdit quartam, de qua hic naturalis aũt & legitimus perdit bonorum subsidium, ac inoffi. test. contra uetera. §. meminisse. & § si impubes.*

8 ni,l.fi.& hęc est forma libelli,vt s.dixi in Pauliana.† Est
& quarta actio reuocatoria.s. in factum Pauliana prætoria, quæ tunc locum habet, cum prædicta alienatio
fit à prædictis personis in fraudem prædictorũ,quę po
9 terit per hanc actionem reuocari. † Dñia autẽ consueuit assignari inter prędictas,&actiones in factum,quia
prædictę cõpetunt ad reuocanda corporalia,sed actio
in factum ad incorporalia iura,vt actiones,vt ff.quæ in
a frau.patr.l.hac in factum. ª Qualiter aũt cõcipiatur in
hac libellus, & fiant positiones, per superiora liquet.
10 † Est & interdictum fraudatorũ,quod competit creditori,in cuius fraudem debitor alienat,vt ff.de sol.pupilli debitor.§.1. quod parum differt à præcedentib.tribus actionibus, vnde cõcipitur libellus, vt in illis,& q̃ ibi dicta sunt, hic pro magna parte intellige repetita. Quidam tamen dicunt, quòd nõ est proprium nomẽ interdicti. Quid iuris, si intendens committere aliqđ maleficium,alienat in fraudem bona sua,not.infra de don.ver.item pone. Quid iuris sit de submittentibus bona ecclesiarum Regibus, vel Baronibus,& de recognoscentibus se ab illis ea tenere,habetur in constitutione Gregorij X.eod.tit.hoc consultissimo, lib.6.

ADDDITIO.

a l.hac in factum. *Et notatur eod.tit.l.1. in princ.*

Bald. De rebus Ecclesiæ non alienandis.

QVALITER formetur libellus in Fauiana,& Pauliana,hic G.de subhastatione, & forma relationis eius,supra de citat.§.forma.

a De precariis. a Rubrica.

ADDITIO.

a *Primam partem vnde receperit auctor,dicam; secundã habuit a Ros.ubi de interdictis,rubrica de precario, glo. autẽ decr.vlt. extra eod.tit. per modum summæ, vide collectas in Epil.1.glo.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus qualiter in precaria sit concipiendus.*
2 *Interdictum de precario habere potest ille, qui rem suam precario concedit, nec sibi restituitur.*
3 *Positiones actoris, & rei, vbi agitur interdicto de precario super re concessa, nec restituta, qualiter sint formandæ.*

IN hoc titulo potes instrumentũ formare, vt infra de obligat. & sol.§.1.versic.porro. Sed & in precaria sic forma libellum.
1 LIB.†Corã,&c. propono ego H. rector, seu prælatus talis ecclesiæ, ꝙ talis p̃decessor meus domum talem recepit à T. cuius pensio erat decem, cũ ibi erat studium,vel curia.Idem vero prædecessor promisit ei dare annuatim plus in triplo.s.triginta,quãdiu
a viueret, a ita ꝙ eo mortuo proprietas ad ecclesiã rediret,verũ,quia studiũ,vel curia recessit, nũc pẽsio eiusdem domus quinq; non excedit,per quod patet ecclesiam in tali contractu deceptã fuisse, quare peto dictũ contractũ cassari,& annullari, & dictã ecclesiã, & me ad eius obseruationẽ nequaq̃ teneri, p vestram sñiam declarari, peto etiã mihi reddi pensionẽ triginta solidorum tot annis perceptã ab ipsa ecclesia, facta deductione eius,quod de fructib.eiusdem domus cõstat dictam ecclesiã percepisse.Hæc forma probatur ext.eo.
b c.3.quod secundũ hoc recte intelligitur. ᵇ 10.q.2. precariæ,& C. de sacros.eccl.iubemus, 2.§.si qñ. Nec obstat,ext.eo.c.vlt.in fi.quia illud intelligitur absq; ratio-
2 nabili cã. † Item qui rem suam precario concedit,nisi sibi restituatur, habet interdictum de precario, ff. de
c precar.l.1.& 2.in quo sic libellus concipitur. c
LIB.Coram,&c.conqueror de P.cui rem meã precario concessi, quam mihi restituere cõtradicit, vnde ago ꝯ eũ,vt eã mihi restituat,&ad hoc propono interdictum de precar.vel actio. in factũ subrogatã in locũ eius,ff.eo.l.1.& 2. & ext.eo.c.3. Multi tamen addunt, & ipsum mihi ad interesse cõdemnari peto, arg.ff.eo. quæsitum,§.ex hoc interdicto, sed non est necessariũ,
d d vt in præ.l.quæsitum. † Actor ergo sic ponet.
3 POS.act.Pono,ꝙ me rogasti, vt talẽ rem tibi precario cõcederẽ. Itẽ, ꝙ si seruus,vel filius,vel amicus,vel procurator tuus ex parte tua rogauit, ꝙ ratum habuisti, ff.eo.l.1.& 2 in princ.& l.si reb.§.meminisse, & l.Titio. §.si procurator.& l.seruus.Item,ꝙ eã tibi,vel illis precario concessi,ff.eo.l.2.in princ.Item,ꝙ res, quam precario tibi cõcessi,est mea,vt in præalleg.§.meminisse. Item,ꝙ eam volo reuocare,ff.eo.l.1.in princ.& l.2.§. hoc interdictũ,& l.cũ pcario,ext,eo.l.c.fi. Itẽ,ꝙ id,qđ concessi tibi precario,concessi sine omni cautione de ea restituenda,ff.eo.& habet,§.qui. Reus vero sic.

POS.rei.Pono,ꝙ rogatus mihi precario concedere recusasti.Item,ꝙ eam rem T.in solidum precario cõcessisti.

ADDITIONES.

a Viueret. *Sup. ille T. & sic fiebat contractus secundum formam,cap.precariæ,quod infra allegatur.*

b Intelligitur. *Et sic illud legebant Tet.& Abb. ut ibi scripsi, quod satis uĩ durũ, & adhuc durius, quod addit hic auctor in fi. ad illorum dictum,ibi,peto etiã.Item conclusi, quæ præcedit ibi, quare peto,non vĩ congrua, cum deberet ex deceptione peti restitutio,de resti.in integ.c.1.Possunt sustineri hic uerba p̃dictorum, qñ non fuisset factus contractus solenniter p scripturã, sed amicabiliter, & ex confidentia sic processissent prælatus, & laicus,vel qñ non fuisset principaliter actũ de re,sed de pretio singulis annis inuicẽ dando, licet forte post talẽ conuentionẽ pretij res,ex quibus quantitas habebatur,fuerint designatæ,alias dixi oportet,ꝙ si precaria fuit facta rationabiliter, & ẽm formã ca. p̃cariæ,dãdo ꝓprietatẽ rei vsufructu retento, & habendo ex re data p ecclesiã duplum illius vsusfructus, vel dando ꝓprietatẽ, & vsumfructũ habendo de reb. Eccl.in triplũ,facta de hoc scriptura,prout vult l.2.in fi C.de sacros. eccl. sed licet diminuatur pensio domus,uel pretiũ dati p laicũ, nihilominus ꝑdurabit contractus,q a principio tenuit, alias ecclesia vteretũ fraude contra decre.per tuas,de donat.& ad hoc bene facit quęstio dominic.3. in fi.de eccl.quę recepit prędiũ,ut daret alimenta,quod casinate periyt,de qua dixi de condit.appos.uerũ,sup gl.2.Itẽ domin.49. de vinea data Eccl.ad tempus loco decimarũ,q̃ vinea casinate periyt,de qua dixi de rerũ permu.c.fi.super ult.gl. & satisfacit, ut ibi dĩ, ꝙ loquimur de contractu non perpetuato in laicũ,sed sic in Eccl.Item absurdũ,ꝙ domus eius ꝓprietatẽ habet, Eccl. deterioretũ ei, q non est dñs. Hoc dico, quia siue vsumfructũ habeat laicus,siue nõ,ad minus ꝓprietas est Eccl.ẽm veritatẽ,sed saltẽ eo casu,quo etiã vsusfructus datur, quem casum practicat auctor.Item si conuerteretur casus,ꝙ redditus laici crescerent, uel saltem durarent, & reditus dati per Eccl.minuerentur, Ecclesia non q̃rerer dissolutionẽ cõtractus,quod ergo de suo nollet, non q̃rat in alieno, de homicid. cũ iuram. satis sufficit ad casum regula,factum legitime,de reg.iur.lib.6. cum suis exemplis, & concord.& facit,quod not.Cyn.C.de iure emphyt.l.1.in fi. Non obstat l.2. de precar. quę aperte loquitur de factis irrationabil.*

*ADDE,an capitulũ Ecclesię Cathedralis possit de bonis suis sine Episcopo celebrare contractum precariorum,Fed.cõs.295.*

c Concipitur. *At Ros.ad literam est totum,quod sequitur,ubi sup.dicebat autem quinque in hoc tit.necessaria,quæ ex positionibus colligas,quia vterque actor, & reus ponunt rem suã esse; primus,vt valeat precarium; secundus,vt non valeat. Scito, quod est casus, quo bene valet precarium de irrogatis datum a creditore,quod videas eod.tit.c.vlt.in 1.glo.circa medium.*

d Necessarium. *Vt dicit Ros.alla ratione,quia in interdictis dãt duæ sententiæ.s.si non paretur primæ, & sic venit in condemnationem,*

*tionem, quod non uenit in petitionẽ, quia nõ erat in obligatione, inducit l. q restituere, ff. de rei vendic. Quærit demũ, ad quid intentetur interdictũ de pcario, an respectu possess. an proprietatis? Resp. ꝙ respectu possess. quæ est penes rogantẽ, vnde interdictũ dr̃ restit. ff. eo. l. 2. §. hoc interdictũ, restituitur. n. sibi illa naturalis possessio, q̃ est penes rogantẽ, ff. eo. & habet, §. pen. & cũ solã detentationẽ haberet, illa etiã veniret restituenda. secundũ eũ, de hac restitutoria, et a quo tpe veniãt fructus, & quomodo, quandoq; præscriptis verbis, quandoq; precario, quandoque ex stipulatu ad hoc agit, scripsi eod. tit. c. fin. super 1. glo. ad fin.*

cessisti, nam duo in solidum eandem rem precario nequeunt possidere, ff. eo. duo. ext. de prob. licet. Item, ꝙ res, quam mihi precario cõcessisti, mea est, & eã meo nomine possidebas, ext. de precar. c. 2. Item, ꝙ quando precario mihi concessisti, promisi de ea restituenda.

a De Commodato. a Rubrica.

ADDITIO.

a *Ros. & Io. de Blana. psequunt̃ hunc tit. in actione directa, et contraria. Bonag. in 2. par. char. 2. ponit vnũ lib. in directa, & duos in contraria satis breues. Cõmentaui decre. unicã, eo. tit. et materiã ibi uide. Quæst. 88. Pilei de cõmodante equũ de pascuis, uide inf. de loc. §. post q̃, sup uer. qd si locaui. Aliã ipsius 96. de equo p te mihi cõmodato ad uillã, ad q̃ uadens inueni amicos cũ alijs rixantes, immiscuit me amicos iuuando, tu casu superueniẽs iuuisti aduersarios, et sub me equũ tuũ occidisti, an tenear cõmodati, et tenet p l. si ex pla. §. 1. me teneri, q a culpa penes me resi det, q pri⁹ deliq, hoc uerũ, nisi tu data opa equũ occidisses, ut ibi.*

IN hoc titulo prius instrumenta obligationis, secundo libellum formemus.

a 1. §. Instrumentum ergo sic conficietur. a

FORMA. A. confessus, & contentus fuit centum ex cã commodati habuisse, ac recepisse à B. vnum Decretum in chartis hœdinis scriptum in textu de litera antiqua, & glossatũ, ex apparatu Io. ad vsum legendi, pmittẽs solẽniter sine aliqua exceptione iuris, vel facti, se obligando d. B. pro se suisque hęredib. stipulanti, prędictũ librũ, oĩ dolo, & culpa remotis, solicitè, diligenter, prudenter, & fideliter custodire, & in eo seruando, & custodiẽdo summã, & exactissimã diligentiam adhibere, cumq; eiusdẽ bonitatis, cuius nũc est, restituere, & consignare sibi, aut soluere, & dare eidẽ noĩe æstimationis, & pro æstimatione eiusdẽ libri cõcorditer ibid. ab eis facta 10. lib. Tur. hinc ad vnũ proximum annum, suscipiẽs in se, & super se oẽm casum fortuitum, & euentum incendij, naufragii, ruinę, rapinæ, furti, violẽtiæ, superuenientis periculi, & quẽcũq; alium, tam diuino iudicio, quã ex quolibet genere culpæ, vel aliàs proueniente, promittens etiam solenni stipulatione eidem B. nullam ꝯtriam exceptionem, vel defensionẽ iuris, vel facti spãlem, vel generalẽ occasione, vel prętextu pręmissorum fortuitorũ casuũ, euentuum, aut alicuius eorũ, siue ẽt quorumcunq; aliorũ, vel alia quacũq; cã in aliquo facere, vel opponere, quominus ad ipsius libri restitutionem, aut prędictæ æstimationis solutionem, vt dictum est, faciendã efficaciter teneat̃, sed oĩa, & singula in hoc ꝯtctu ꝯtenta grata, firma, & rata habere, & tenere, nec ꝯfacere, vel venire p se, vel per alium aliqua rõne, vel cã de iure, vel facto. Quòd si præstituto termino librũ ipsum non restituerit, aut dictã ęstimationem, vt prẽmissum est, non soluerit, oĩa queq; singula s. & j. scripta nõ obseruauerit, aut ĩ aliquo ꝯuenerit, pmisit eidẽ B. dare, & soluere duplũ ipsius ęstimationis noĩe pęnę stipulatione ĩ singulis hmõi cõtractus capit. in solidũ promissæ, qua soluta, vel nõ, oĩa, & singula s. & j. scripta rata, & firma perdurent, & nihilominus ante dictũ librũ reddere, siue pmissam ęstimationẽ soluere, & sibi super hęc ĩndere sine vlla exceptione, vbicunq;, & quocũq; loco, & foro, cũ d. B. petierit ab eodem, & reficere, & sibi restituere oĩa, & singula damna, & expensas, ac interesse litis, & ext. & de his credere suo simplici verbo sine sacro, vel alia qualibet pbatiõe. Pro quib. oĩb. & singulis firmiter obseruandis obligauit eidem oĩa bona sua renuncians fori priuilegio, exceptioni non habiti, nõ recepti, & ꝯmodati libri pdicti, exceptioniq; doli, pdictioni sine cã, in factum actioni, & oĩ auxilio iuris, & facti. Hæc forma pbat̃, quãtũ ad pęnã, vel quãtũ ad expressionẽ casuum, ff. si quis cau. sed & si quis, §. quęsitũ, cũ
b suis ꝯco. b & ff. de trãs. cum Aquiliana, & l. Aquiliana, & ff. pro soc. act. § renunciare, & ff. de admi. tu. si duo. C. cõmo. l. 1. ext. e. vnico, C. de neg. ge. gerẽtes. Quantũ ad hoc, ꝙ dixi d̃ culpa, & dolo, & alijs, probat̃, ext. eo. c. vnico, ff. e. si vt certo. §. interdum. & l. in reb. ff. de dolo,
c l. 1. Inst quib. mod. re contrahitur oblig. §. item his. c

ADDITIONES.

a Conficietur. *Secundum Rolan. parte 3. in vlt. charta.*
b Concor. *Quibus adde, de procur. qui ad agendum, lib. 6.*
c §. item his. *Hic adde, quod not. inf. de loc. §. item dicendum, ad euidentiam, & vers. seq.*

*SVMMARIVM.*

1 *Positiones actoris, & rei, vbi agitur de commodato, qualiter sint formandæ.*
2 *Commodatum rei simpliciter, nec ad certum vsum factum, an statim possit reuocari.*
3 *Simpliciter dicens, cõmodo, an, et qualiter intelligat̃ cõmodare.*
4 *Positiones actoris, & rei qualiter sint formandæ, vbi agitur actione contraria mandati.*
5 *Actio furti, an, et quo casu possit commodatario contra commodantem competere.*

2. §. Nunc Dicendum restat, qualiter libelli formentur. Et quidem sic potes
a libellum concipere. a
b LIB. Corã, &c. ꝯqueror de P. cui equũ meũ b cõmodaui, vt iret ad villam, vel forũ, vel librũ ad vsum, quẽ equũ, vel rẽ mihi restituere, siue reddere ꝯtradicit, vnde cũ de villa, vel de foro redierit, vel vsum ipsum, ad quẽ cõmodaui, expleuerit, peto equũ ipsum, uel rem ipsam mihi reddi, seu restitui, & cũ ad id per uestram sñiam condemnari, & cogendum fore decerni, peto ẽt expensas factus, & protestator de faciẽdis, ext. de cõmo. c. unico, ff. eo. in cõmodato, §. sicut, in fi. & l. 1. & 3. & l. sed mihil. Inst. quib. mo. re contra. ob. §. is, cui. iũge, si es Legista, & ad hoc propono actionem cõmodati,
1 ff. eo. l. 1. & l. cõmodatũ, & l. ita. † Actor ergo sic ponet.
POS. act. Pono, ꝙ talem rem tibi pro tali usu commodaui. Item, ꝙ ille usus finitus est, ff. eod. l. 1. & l. in commodato, C. eo. cũ, qui. ext. eo. c. unico. Item, ꝙ tui grã tñ cõmodaui, ut ibi, & in concor. quæ sunt in positione illa. Itẽ, ꝙ culpa, &c. Itẽ, ꝙ gratis, ff. e. l. si ut certo. §. nunc uidẽdum, ext. eo. c. unico. Inst. mand. §. pen. Item, ꝙ illius rei proprietatem, & possess. retineo, ff. e. l. rei. Item, quod rem illam mihi nõ reddidisti, uel reddidisti deteriorem, ff. eo. l. 3. §. 2. Item, quod culpa tua, sal-

ADDITIONES.

a Concipere. *Secundum Ros. suo loco inter ciuiles actiones, vt ibi dicit, septẽ in hac actione necessaria, q̃ patent ex positionib. & per id, qñ dixi. Inter ciuiles, patet, ꝙ ipse accedit Io. & Azo. qui dicunt eã ciuilẽ, vt patet ff. eod. in commodato, §. sicut. Non obst. quod prætor de illa tract. ff. eod. l. 1. quia illud per approbationem, & uide, quod ibi no. in prin. de quo hic per Ros. in fi.*
b Meum. *Io. de Bla. non ponit hic Meum, cum commodanti ẽt alienum competat actio commodati, ff. eo. commodare, & l. seq. Item addit in libello, quod commodatarius usu completo locauit equũ ad merces portandas, uel certum hominem pro decẽ, unde petit etiam illa decem alleg. ff. eo. si ut certo, §. usque adeo.*

ſaltem leuiſſima interuenit,ff.eod.ſi vt certo.§.cōmo
datum.&c§.quod vero cuſtodiā.& in aliis§§.ext. eod.
c.unico. Reus vero ſic:

PO.rei.Pono,quod talem rem Titio commodaſti
in ſolidum,ff.eod.ſi vt certo.§.ſi duob.Itē ꝙ cōmoda
ſti mihi ad certū vſum,q adhuc durat,ff.eod.in cōmo
dato.§.ſicut aūt,ext.eo.c.unico.Itē ꝙ tibi dedi decem,
ut rē illā mihi accommodares.Itē ꝙ illius rei domi-
nium & poſſeſſionē ad me trāſtuliſti.Itē ꝙ gratia tui,
tm̄ commodaſti.Item ꝙ res illa periit ſine dolo meo
a & culpa lata,leui,& leuiſſima,ext.eo.c.vnico.a† Quod
2 ſi res ſimpliciter nō ad certū vſum cōmodatur,nunqd̄
ſtatim poterit reuocari,arg.ꝙ non,in pręce.§.ſicut au
tem.ibi,atq; intempeſtiue,& ibi,voluntatis.n.eſt,&c.
& C.de accuſ.ſicut,ff.de conſt.pec.promiſſor.§.1.non.
n.debet ſtatim cū ſacco uenire paratus, ff.de ſolut. ꝙ
dicimus.& hoc tenet Pil. dicens eſſe commodatū, ſi
b dicitur ſimpliciter,commodo, ſecundū Azo. & Hoſ.
qui dicunt eſſe commodatum, niſi detur ad certum
uſum,unde ſtatim poteſt reuocari,ff. de præca.l.1.& l
cum pręcari.& ext.cop.ti.c.fi. & arg.ff.de uer.obl.eū,
3 qui calendis.in'fi.† Sed & commodatario contra com
c modantē datur ꝯria mandati, in qua ſic concipitur c
LIB.Coram,&c.conqueror de P.a quo peto mihi
ſolui 20. nomine expenſarum, quas feci in ſeruo uel
alia re,quam mihi commodauit, & ad hoc propono
actionem contrariam mandati,ff.eod. in rebus,§.poſ-
d ſunt.& l.in commodato.§.in contraria d. Pro aliis etiā
caſibus ſic concipitur libellus.

LIB.Coram,&c.conqueror de P.q ſciens mihi com
modauit vaſa uitioſa,uel ſeruū furē,unde uinū fuit ef-
fuſum,qd̄ ualuit decem,quare illa decem,peto,uel ſer
uū mihi tales res ſubtraxit, quare res illas peto,&c.&
ad hoc,&c.ut ī præd.l.§.Itē qui ſciens,& l.pe.& de pę.
diſt.3.inter hæc hircum,1.Actor ergo ſic ponet.
4 PO.actor.† Pono,quod mihi rem talem commoda-
ſti.Item ꝙ erat uitioſa.hoc non uenit in actione con-
traria mandati.ff.eo.in commodato. & l.in reb.§.fin.
e Itē ꝙ hoc ſciuiſti,ff.eod.ſed addes e.Itē ꝙ in ea feci ex
penſas præter cibaria.nam expenſas in cibariis factas
non reſtituit cōmodator,ff.eo.ſi ut certo. §. ſumptus.
& in præd.§.poſſunt.&§.contraria.& facit ff.de donat.
inter ui.& uxo.l.ſi quis operas.Item quod commoda
tum mihi ignoranti ſurripuiſti. Item quod pro eo pre
tium ſibi dedi,quo caſu re comperta commodatarius
habet contrariam actionem mandati ad intereſſe con
tra ipſum commodantem,qui ſurripuit,ff.eo.rē com-
5 modatam.† Actionem autem furti non habet,niſi in-
terſit ſua propter expenſas,propter quas poterat rem
illam retinere,ff.de furt.is,cui commo. Item quod ta-
lis ſurripuit mihi rem commodatam.Item quod po-
ſtea rem habuiſtis,ut in prędic.l.in commodato.§. fi.
f Item quod ad certum uſum mihi commodaſti. Item
quod uſus non eſt finitus. uenit enim ī contraria com
modati,ne intēpeſtiue reuocetur,ut in prędi.l.in com
modato.§.1.& xet.eod.cap.unico.Reus uero ſic.

PO.rei.Pono,quod talem rem tantum T.commo
daſti.hoc conceſſo,patet,quod non reo,ff.de iud.cum
prętor.ext.de præſumpt.nonne. ſed hęc eſt implicita
negatiua,ut ſupra.de poſſ.§.7.uer.8.Item quod expen
ſæ,quas feciſti in ſeruo, tantum cibaria fuerunt. Item
quod commodatum tantum fuit gratia tui commo-
dantis. Item quod ſeruum fidelem tibi commodaui,
extra de pig.ſignificante.

## ADDITIONES.

a c.vnico. *Quia plus habet cōmodi,id eo plus hēt periculi,ut ſcripſi de præca.c.ult ſuper gl.pe.& quia facta eſt mētio de re deteriorata,Io.de Bla.libellū format ī illa,modo abbreuiato,tamen dico,ꝙ talē equum ad talē uſum cōmodaui T.tunc uterq; oculo videntem,quē mihi reſtituit uno oculo excęcatū p culpam ſuam, vnde cū mea interſit in decē eū ſic excæcatum fuiſſe, ago cōtra ipſum T.vt decē mihi ſoluat,et addo,ꝙ ſupplico ad id diffinitiue condēnari.Opponit aūt libellum obſcurū ex illo uerbo Propter culpā,cum triplex ſit culpa,de quib.ext.eo.c.vno alias ff. de iure fiſc.in fi.Reſp.ab obiectionē, dicens declarationem faciendā ſm diſtinctionem pdictæ decr.vnicæ,& eorum,q nę ibi no. ponderato,ſ.cuius gratia ſit factum cōmodatum, vnde auctor in poſitionib.rei,quæ ſequunt̄,bene ponit in hunc caſū peremptionis, vel deteriorationis id fuiſſe ſine culpa,ēt leuiſſima,hō gratia ſui tm̄ recepit cōmodatum.fatue ergo diceret id ſolū. qd̄ ſine dolo eius id euenerit,ſ.peremptio,uel deteriorato.Putat tn̄,ꝙ ſi agēs vel defendens in genere exprimat culpā, dūmō in probationib. id declarat,vel ſi prius petatur,ſatis erit,et idem puto in depoſito & locato,in quib.omnib.ſatis eſt determinatum,de qua culpa prædicti teneant̄.Sed remanet dubium,cui his caſib. incumbat pbatio,et inter opiniones uī tenendum,ꝙ cōmodatario et depoſitario,uel conductori cōuento pſonali incūbit probare rem peremptam,quo probato,agens hēt probare,ꝙ eius dolo,uel culpa tali,de qua tenebatur,res illa ſit perempta,ff.de leg.2.cum ita. §. ſpecies,& eſt caſus.ff.loc.ſi qs pomum.alias.ſi quis fundum, §. Imperator.in quantū caprarum cuſtodi loqtur,ibi ſatis de hoc,et & in l.ſi creditor.C.de pig.actio.& apertius tenet id Acc.Inſti. quib.mod.re contrahe.obli.§.fi.vbi de creditore loquitur,placet et poſt Pet.in præd.l.creditor.ꝙ hēt probare amiſſionem,& eius modum,qd̄ vr̄,cum hęc veniat pro cā ſcientię in teſte,pe qua deponere tenetur,de teſti.cum cām C.eo. ſolum. Cano.4.q.3.ſola. Non obſtat te gl in l.ſi argentarius,ī fi.ff.de eden.nā ibi ponderato tex.petit argentarius ſibi edi rōnem propter cām,q̄ allega.ad actionē cōſequendā,hic uero allegatur caſus ad ſe defendendū. Non obſt.ēt ad prædicta l.vlt.ff.de rei vend.quia illud uerum cū res vendicatur,vbi ſatis eſt reo,ꝙ neget ſe poſſidere,vbi ſufficit actori pbare contrarium,dato ꝙ de ſuo iure nil probet.hic loquitur in conuento perſonali,in qua obligata ſit perſona, deſinere poſſidere non iuuat.Sed diſtinguitur,quod in obligatione aut eſt quantitas,aut ſpecies,aut quantitas pro ſpecie. In primo caſu non liberatur debitor,ut in l.incendium.C.ſi cer.pet.Et eſt rō,qa genus non perit,nec perire poteſt,ff.ad leg.Fal.in ratione, §.incerta.Secundo caſu liberatur debitor,ſi non fuit in mora, nec in culpa,ff.de lega.1.l.cum res.§.vlt.ff.de verbo.obligat.ſi ex legati cā.In tertio caſu,idem,ut ſ liberetur a quantitate perempta ſpecie cuius reſpectu quantitas debebatur,ff.de noxal.l.pe. §.1. & ſi cui plus,q̄ per l.Falc.l.1.§.fi.cum l.ſequen.Ponunt caſum in conuento noxali pro ſeruo,qui ignorabatur mortuus,& in hęrede,qui promiſit legatario,quanti res legata erat,res perijt ſine culpa ſua.*

b Azo.& H. *Azo in ſumma huius tit.poſt principium,et Accur. in præd.§.ſicut.& Roff.hoc ti.in pri.*

c Concipitur. *Et ſic etiam continuat Roff.vbi ſup.Et ſcias,quod in hoc libello Ioan.de Cla.exprimit infirmitatem,q̄ etiam dicit euenisse ſine ſuo dolo,vel culpa,& ſubdit, quod ſupplicat eum definitiua cōdemnari ad illa 10.tractat hic opiniones de caſu fortuito,ad quas remiſi ſupra parte 1 in fi.§.*

d In contrar. *Ad hunc libellum Roff.opponit,quod ſcienter impēdiens in rem alienā,donare uī,ff.de acqui.rer.do.l.adeo & Inſt. de re.diui.§,ex diuerſo.ergo non repetitur,ff.de iur.cuius per errorem.Rn̄det,quod cum commodatarius teneatur etiam de leuiſſima,& in hac impetetur,quod a ſapiente poterat prouideri, ff.eo.ſi,vt certo,reſtat.quod de peremptione teneri potuiſſet, ſi non impendiſſet,puta in curiam ſerui,vel caſum ſimilem,merito ergo repetit,cum nec ibi ſit liberalis,ſed cum depoſitarius nō teneatur niſi de dolo et culpa lata,ſm id non repetit.Et contrarium no inf.ti.prox.& dixit ibi Rof.contraria loqui., qn̄ nulla cā,uel titulus ineſt ad alias faciendas, uel quando non habeo rē de domini uoluntate,vel quando de nouo ſciens in alieno impendo,ſecus ſi in rem iā factā imponendo ſciens,ut no.C.de rei uē. domū,in fi.ff.de neg.geſt ſi pupilli.§. ſed & ſi quis.ubi repetit, qui acceſſit animo deprædandi,item facit ff.de uſur.l.pe.*

e Sed adde §.1. *Eſt huius ratio,quia locatio fit gratia utriuſq; ſed commodatū regulariter gratia recipientis tātum,ſm Rof.in deponente & uendente idem,quod in locante,ut no.in præ.§.fi.*

f §.fi. *Et hoc caſu,ſi propter illam pretium dederam,tenetur reſtituere*

*tuere rem, vel pretium, vt ibi, & quod tradat, est in arbitrio recipientis aestimationem, vt ibi no. Acc. & de hoc Azo in fin. summae huius tit.*

a De Deposito.a Rubrica.

## ADDITIO.

a *Rof. de hac actione in q'ũ est ciuilis, tractat, ponens duas rubricas, s.f. de ipsa contraria & directa, de qua secunda auctor contra uersi. porro. In q'um vero est praetoria, ipse Roff. de ipsa tractat inter praetorias, et auctor de illa inf. uersi. si aũt. Ioan. de Bla. cõtinuat hunc tractatũ ad sup. proximũ, & inter directã & contrariã p'quẽ p̃toriã, & diuersos libellos ponit, vt infr. dicã. Bonaẽt continuat ad p̃ximã, ponens tres breues libellos, quos probet, cũ res deposita uĩ deteriorata, uel perempta, dixi sup. prox. §. 2. super positionib. actoris. De antiqua q̃ne Pi. 60. & sũicilis 13. de seruo deposito, qui fugerat, & postea captus fuit, scripsi de iniur. & de dã. dat. c. fi. super glo. si ergo. Quenem de libello formato sup confessione depositi, ut te sup. de teste, §. 1. super versi. itẽ pone, Aegi. Fuit ẽt q̃õ Bartolucci de Pratis, an intelligatur depositum, cum in libello nummularij scriptũ e. l, debeo Titio centum, nec exprim. ẽ cã, & tenuit, q̃ non, ita q̃ fideiussor depositorum nõ tenebitur ad illud, ff. de probat. cum de indebito, §. fin. ff. de donat. l. nulla. Hoc verum, nisi ex praecedentib. praesumi possit cã depositi, ff. de eden. l. si qs ex argentariis, §. si initium. Iasti. ad legem Aquil. § caeterum, & ff. de uerb. oblig. Titia, § idem De scholari, qui praesente alio amico scholari posuit librum suum in ipsius camera, nil dicens, disputauit Lambe. de Ramp. in q̃one, quidam scholaris, eum depositi agere non posse, praecipue per l. si ergo, §. fi. ff. de iur. do. per q̃ patet, quod aliud est deponere, aliud custodiã cõmittere. Primo casu agitur depositi, secundo non. Item consulerunt Alb. Odoff. & Dy. suo consi. 23. quod si ego creditor A. ex cã depositi in centum, & debitor B. in ducentis inscio B. iubeo illum A. illa centum soluere illi B. & A. acceptauit, & ĩ lib. suo scripsit se illa centum debere illi B. qui B. postea certificatus scripsit, quod A. illa gratum habebat, non potero mutare propositum, & illa centum ab eo A. petere, per l. si ego. ff. de neg. gest. facit l. qui concubinam, §. 2. ff. de leg. ii. 3. Aequiparant etiã hãc obligationem illius A. ad B. ratificationi solutionis, quae si facta fuisset, constat, quod mea reuocatio resuscitare non posset obligationem extinctam per solutionem, ff. de sol. q̃ seruus, & l. si quis seruo. & l. cum quis, §. si debitorem. Ergo nec obligationem praedictam extinguere poterit adaequatio praedicta iudicit ff. de donat. hoc iure, §. si quis dederit, coniuncto primo & ultimo casu l. 3. et si patronus, §. de illo.*

SICVT & in praedic. titulo fecimus, prius in hoc titulo instrument. obligationem concipiamus, secũdo vero libellos formemus.

### SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter sit in materia depositi concipiendus.*
2 *Instrumentũ de deposito cũ solenni promissione de restituendo qualiter sit faciendum.*
3 *Instrumentum de deposito continens utilitatem depositarij, qui. tñ non recipit in se casus fortuitos, qualiter sit conficiendum*

1. §. Ante omnia igitur notãdum est, q̃ quãdoque fit instrumentũ simpliciter & breuiter sub deposito, nulla de eo restituendo p̃missione
1 adiecta. † & hoc, quando fit gratia deponentis tantum & fiet hoc modo.

FORMA. A. ciuis & mercator Biterae. precibus & gratia B. recepit in depositum cã seruãdi, & custodiendi ab ipso B. ibidem & in praesenti centũ lib. Tur. prout ipse A. confessus fuit tantam esse quantitatem restituẽdam eidem B. vel eius haeredibus, siue certo nũcio faciẽti sibi fidem inter eos ordinatam, vel signũ, quandocunq; B. vel eius haeres, aut dictus eius certus nũcius petierit ab eo. & hoc fieri potest, cum depositũ fit solum gratia deponẽtis. Quãdoque vero fit cum solẽni p̃missione de deposito restituẽdo, & hoc fieri põt, q̃n fit gratia deponentis, uel etiã depositarii, hoc modo.

a FORMA a. † A. confessus & contentus fuit se in de-
2 positũ habuisse & recepisse a B. 20. lib. Turo. in vsum & utilitatem suã de ipsius B. licentia p̃uertendas, & recipiens extra pecuniã ipsam ab eo ibidem & in praesenti, q̃ confessus fuit tantam esse quantitatem & promittens solenniter sine aliqua exceptione iuris, uel facti, se obligãdo dicto B. p̃ se suisq; haeredib. stipulanti restituere & cõsignare eidem, aut eius haeredib. uel ipsius certo nuncio sibi hoc instr̃m afferenti, uel signum seu fidem inter eos conuentam facienti ipsam pecuniae quantitatem, q̃ncunq; idem B. uel ipsius haeredes, aut dictus eius certus nũcius petierit ab eodem, nec non suscipiens in se, & super se, &c. ut s̃. ti. prox. in instr̃o cõmodati, vsq; opponere, quo minus, &c. post iunge, ad ipsum depositũ restituẽdũ, ut dictũ est, efficaciter, &c. & ibi usq; uel de facto q̃ si postea, iũge, non restituerit, uel p̃signauerit, ut praelibatũ est, p̃misit eidem dare & soluere duplũ ipsius quantitatis pecuniae, nomine poene, &c. ut in eodem instr̃o usq; priuilegio exceptionis. hoc saluo, q̃ ubi dicitur ibi, nihilominus ante dictum librũ restituere, siue praemissam aestimationẽ soluere. dicat, dictas 20. libras restituere. post iũge, nõ habitae, nõ receptaeque ex cã depositi quantitatis praedictae, exceptioni doli, siue cã conditioni, & omni alii auxilio. Haec probantur ext. eo. c. bona fides. ff. eod. l. 1. §. saepe. & §. si tunc depositam Instit. quibus modis recõtrahitur ob. §. praeterea. ff. de uerbor. sig. latae culpae.
3 ff. si mẽ fal. mo. dix. l. 1. † Si uero fiat mẽtio de utilitate depositarii, nec ipse depositarius in se recipiat casus fortuitos, poterit breuius instr̃m formari hoc modo.

FORMA. A. cõfessus, & p̃tentus fuit se habuisse ac recepisse seruandi & custodiendi cã in depositũ a B. 20. lib. Turon. & recipiens pecuniã ipsam in quodam sacculo ibidem & in praesenti, &c. ut in praedic. form. usque, petierit ab eo. post iunge, sub poena dupli dictae quãtitatis pecuniae, &c. ut in eadẽ forma usq; ĩ finem.

## ADDITIO.

FORMA. *Rolan. parte. 3. char. ult. & huic formae ibi continuantur duae sequentes.*

### SVMMARIVM.

1 *Actio directa depositi ciuilis est, & illis competit, qui rem depositam repetit.*
2 *Positiones actoris & rei, ubi agitur de repetenda re deposita.*
3 *Actio contraria depositi cui, & contra quem competere dicatur.*
4 *Libellus qualiter sit formandus, ubi agitur depositi actione praetoria contra depositarium.*
5 *Timens negationem depositi qualiter prouidere debeat.*
6 *Positiones actoris & rei, dum agitur actione depositi de restituendo, uel reparando depositum.*

2. §. Nunc libellos in hoc titulo formemus. Si igitur rem depositam repetis, ages actione directa depositi & ciuili, ff. depositi, l. 1. §. 1. Inst. quibus modis re contrahitur ob. §. actione. in qua sic
a libellus concipitur a

1 LIBELLVS. † Coram, &c. p̃queror de P. penes quem rem talem deposui, cuius signa talia sũt, uñ ago p̃ eũ, vt illã mihi restituat, & ad hoc p̃pono actionem deposi-
2 ti, eod. l. 1. §. 1. & si rem & §. si aurũ. † actor ergo sic ponet.

POSITIO actoris. Pono, quod talem rem deposui penes te, ut in praedicta litem q̃ eam recepisti in custodiã tuam, ff. eodem. l. prima, §. 1. ext. eod. ca. bona fides Item q̃ eam recepisti gratis, ff. eod. l. 1. §. si quis seruũ. &

## ADDITIO.

a Lib. concip. *Secundum Rof. ubi sup. qui dicit in ea nouem requiri, quae per positiones patent.*

&l.Lucius.& præ.c.bona fides. Itē quod illius rei proprietatem & possessionem retineo, ff.eo licet.§.rei.& l.lucius. Item quod eā mihi reddere non uis. Item ꝙ etiam reddisti deteriorem, ff.eo.l.1.§.si res deposita.& §.si rem. Item quod erat mobilis. ff.eo.l.1.in prin.& §.diem.ff.commo.l.1. Item quod est mea, ff.qui rem.ff.de.reg.iu.neque pignus. Item quod illius rei talia sunt signa vt in prædic.§.si qus aurum.§.sequen. Reus vero sic.

PO.rei pono, quod eam deposuisti penes T. Item ꝙ eam recipere recusaui. Item quod in me eius dominium trāstulisti. Idem quod pro custodia mihi pretiū dedisti Item quod est mea. Item quod talia sunt eius si
a gna à primis diuersa a.† Porro actio cōtraria depositi
3 competit depositario contra deponentem, in, qua sic concipitur libellus.

LIB.Coram, &c.conqueror de P.qui cum deposuisset penes me talē, puta equum, vel seruū, in illo equo,
b vel seruo[b] expendi decem vnde ago contra eum, vt illa decē mihi restituat, vel præstet, & ad hoc propono actionem contrariam depositi, ff.eo, ei apud qpem.& l.actione.ff.de neg.gest.sed an ultra..& l.at natura.§.si.
4 ff mandati, u.uero.§.usoras.† Si autem deposuisti penes Titium tutiorem locum habentem res tuas causa, timoris incendii uel ruinæ alicuius domus, uel naufragii, cum quis est nauigaturus, uel propter subitam
c inundationem aquarum c, seu causa tumultus popularis, nec ipse t bi uult restituere, habes contra eum de
d positi actionem, quæ prætoria est[d] in his casib., in qua sic concipies libellum:

LIB.Coram, &c, conqueror de P.apud quem Digestum meum, vel calicem argentum cum talib. inter signis, vel centum libras talis monetæ, vel talem rem, vel talis coloris, vel ponderis deposui tempore incendii, vel ruinæ, uel naufragii, vel tumultus popularis, quas res negat se a me habuisse ex causa depositi, & indebitè reddere contradicit, quare res istas peto in duplū mihi restitui, & ad hoc ipsum cogi sententialiter ꝯ dēnari peto & expensas factas, protestor de faciendis & ad pdicta, ppono actionē depositi, ff.depositi, l.1.§.j.& §.est aūt.§.pe.& si rem.& l.quod tumultus. Inst.de
5 actio.§.seq.extra eodem.c.1.& 2.sane.† Si vero nō negauit a principio, sed times, quod neget ī processu, sic concipies libellum.

LIB.Coram, &c. conqueror de P. apud quem res tales depositi propter incendium, ruinam, naufragiū, vel tumultū, vnde res illas mihi peto restitui per actio-
e nem depositi, & si ipse fuerit res illas inficiatus e, peto illas res mihi in duplum restitui, & ad hoc propono actionem depositi. Actor ergo sic ponit.
6 POS.actoris.† Pono, quod tali die, vel nocte fuit incendium in domo mea, vel passus suum naufragium, vel mihi imminebat, vel domus mea minabatur ruinā vel talis populus mouit seditionem contra me, 23. q.4 ipsa pietas.verb.si duo. Itē quod tali die fui passus incendium in domo mea. Item quod tali die nauis, in qua eram, fuit naufragium passa. Item quod illa die deposui apud te tales res, ff.depositi, qđ tumultus.& l.j.§.j. In de act.§.secus. Item quod res illas mihi restituere negasti, quando a te peti, & ex hoc competit in duplum, alias competeret in simplum, vt in præd.l. Item quod iustus fuit metus illius ruinæ, vel tumultus, vel naufragij, vel incendii, de re iud si quis ab alio.§.ideo qne.ff.de dam.infec.in hac.§.item.ff.locat.l.1.nam domus talis vicini comburebatur, C.ad l.Aquil.si quis fumo.de pæni.distinct.1.sed & continuo.

*Nā tua res agitur, paries dū proximus ardet.* Re' vero sic:

b Arrhas. *De emptore loquit, qui illas dedit, vt sup. venditor autẽ. qui illas recepit, dẽt illas restituere publicatas, C. de fi. instr. l. cõtractus, in fi. l. ... eod. ti. de empt. & uend. ultra prin. & vtrobique not. an ultra perditionẽ arrharum debeatur interesse? Mart. & Azo tenent, ꝙ non. But. & Ioan. contra, et uide Cyn. in præl. cõtractus, in 7. quia in ueritate habetur omissio. Scire debes, quod Martin. de Fano quærit extra uoluntate, de illo, qui non uult recipere arrhas, sed agit ex empto ad rem, uel ad interesse, ꝓ l. 1. ff. e. ad hoc posse ... legis qđ sic, ... pret. ... generaliter loquatur ergo sic intelligenda, ff. de Paul. de pretio. & ibi concordantiæ, & 19. dist. c. a. forti ... l. si tra ... C. de act. emp. et uẽd. & per l. cõtractus. Item qđ in fauorẽ emptoris conceditur, ut sibi arrhę duplicatæ debeãtur in eius lęsionẽ emptoris conuerti nõ debet, C. de leg. qđ fauore, & ff. eo. ti. nulla, et de re iud. qd ob gratiã li. 6. Item beneficiũ non dẽt inuito conferri, ff. de reg. iur. inuito. de leg. commiss. l. 2. & 3. Itẽ cum emptor, & arrhas dedit, duplici uinculo sibi uenditorẽ adstrinxit, ergo ... ad alterũ duorũ agere poterit, in Auth. de cosang. & vterinus frat. circa fi. Item sicut inutilis cõtractus inutili robur ꝓbet, longe fortius utilis utili, arg. C. de rei uxor. act. l. una, in prin. & si seruus ex se emi mã. l. Itẽ dando arrhas non recedit a beneficio, qđ prius habebat, C. de pign. l. 2. & C. ẽt ob chiro. pec. l. 1. Itẽ a contractu emptionis non receditur per contractũ arrharũ, sed illi additur, ff. de re iu. l. 4. §. si ex conuentione l. ẽ si prius pactus stipulatur pęnã, non per id perdit exceptionẽ sibi quæsitã per pactũ, ff. de pact. reiic. in fi. sic nec per arrhas a primo beneficio, ff. de publ. l. 1. §. unde quęritur, & C. de rebus credit. l. pe. l. in fi. Item arrhæ non fuit de substantia contractus emptionis, ff. de contrahe. emp. io. qđ sæpe. in prin. In contrariũ inducit, ꝙ leges, quas in prin. allegaui, dicunt arrham duplicandam, nec ultra procedunt, ergo aliud peti nõ poterit, ff. de solut. matrim. si uero, §. de uiro. Et lex hanc pęnã statuendo vr̃ aliam remisisse, ff. de iud. cũ prętor. cũ similibus. Item ultimus contractus fuit de arrhis, id ergo prosequendũ, C. de pac. l. acta nouissima. Item eligẽdo unũ beneficium, a cõi recedit: quia si uires contractus & pęnã pęnitentis uoluerit in arrhis contĩdere, C. de iure do. l. 3. & unũ de duob. eligẽdo renũciauit alteri, C. de co. l. l. fi. Sic in cõpromisso pena uallato, quo casu datur sola pęnæ petitio, alias ex sũa daretur actio et exceptio, C. de arb. l. 1. & pe. ff. e. in compromisso. Item cũ possit arrhas petere, alia uia non dẽt agere. ff. de damno infec. si arbitrator. de noui ope. nũ. in prouinciali. de suspec. tut. tutor quoque. §. quæri. Dicit demũ, ꝙ ad hoc optime facit l. fi. C. de pact. conuen. aliter non solut in hac l. ultra allegata in glo. quam lo. s. multa iura inducũtur, quibus et qui sibi cauit, lex non cauit. Pro prima parte facit op. But. et Io. de qua supra, quia si põt utrunq. petere, fortius alterum tantum. Nec obstat opi. Mar. & Azo. qui ę loquitur ĩ illo, q exigit arrhas. Et nõ uides utilitatem, & quare hic institi. Item quod hic sequitur, uidetur facere, sed illud ex speciali prouisione.*

c FORMA. *Rf. 4. charta.*

d Mcclxxii. *Nota aliud, quod habetur su. de iest. edi. §. 2. uer. cæterum, additum unum annum.*

e Tradid. *Quærit Olof. super l. seruũ. C. de rei uen. an p hæc uerba probetur facta traditio? allegat, ꝙ sic, l. nũ. de fideiu. §. fi. & de inuti. stipu. §. si scriptũ, & ff. de uer. ob. sciendum. Ipse distinguit, an fuerit res in præsentia, & tunc dicatur tradita. all. e. not. ff. de ac. pos. quod meo §. si uenditorẽ, & eo ti. l. 1. § fi. & argu. ff. de contrah. emp. clauib. Et ꝙ non dicatur per illa uerba tradita, specialiter inducit l. prædia ff. de contrah. empti. Sed quid si re non tradita decedat uenditor sine hærede, & sic non est, cõtra quẽ agatur, ut fiat traditio, uel cessio actionũ, quo iure agat emptor, Iac. Bal. respondet, ꝙ utili uendicatione, per l. 1. C. de ac. & ob. Primę qõni similis est qõ de inuestitura, s. cum instrumento, quod talis talem collationis, uel donationis titulo inuestiuit, non expresso, ut fieri solet, mõ inuestiturę, an prouisus, uel donatarius intelligantur fuisse præsentes. Ad negatiuam inducitur, ꝙ probatio præsentiæ dẽt esse liquida, quoties præsentia est de substãtia rei, ff. de Pub. quicũq. §. fi. bñ facit l. 2. C. de stat. et imag. & no. C. de fid. instr. & iure hast. fisc. l. 1. li. 10. Contrarium ut, quia inuestitura designat actũ a pręsente factum, quod fieri solet baculo, bireto, anulo, uel his similib., de quo in usib. feudorũ, tit. quid sit inuestitura, in prin. et ut scripsi post Dy super glo. primę regulę, li. 6. ipse dicebat inuestiturã esse cõfirmationem, uel declarationẽ præcedentis collationis, ergo aliquid addit ad collationem pręsentiã. Quidquid sit, oẽs cõcordant, ꝙ super illã non sit quia possessor, de hoc 16. q. 2. si quis deinceps, de consue. c. 2. de præben. pro*

illo-

*ilionem de insti.auct.de his, quæ fiunt a maiori par.c.ex ore. de dona.per tuas, & vide quod scripsi de conceß. prę.proposuit in prin.& si.mag.gl.Tñ istud mediũ, quod est inter collationẽ & possessionẽ, potius trahi vr ad secũdũ, vt aliquid addat primo, de quo nõ est dubiũ quod pót fieri in absentẽ. Ne igit illud sit superuacuũ, dicetur factũ in presentẽ, facit ff.de leg.1.si quando, de vsuris, si stipulatus, vt sic res in dubio potius valeat, & c de de ver.sig.abbatẽ, ver.hic aũt sensus. ff.de verb.obl.quoties.de reb.quotes Itẽ in hoc prę:ligendũ, quod sic fieri cõsueuit, de re.iur.inspicimus, li.6. Sic & stipulatio supponit præsentiã stipulãtis & promittẽtis, ff.de verb.oblig.l.1.& hoc præsumitur, C.de cõtrahen & commit.stip.l.optima n.& no.co.ti.l.tibi.*

*ADDE, an si in instrumẽto dicatur inuestiuit, probetur præsentia? Old.con.216.Rom.con.460.*

*ADDITIO. Adde tu, quod est consilium Rom.5 9. quod incipit, circa propositã consultationẽ col.fi.ver.hoc tamen.& ad de Pã.in c.tenor.col.pe.ver.aũt, si in instrumẽto. de re iu.H.F.*

quę habent supra, vel infra, se intra se, in integrum, omnique iure & actione, vsu, seu requisitione sibi ex eis, vel pro eis rebus, aut ipsis rebus, aut ex qualibet earũ modo aliquo pertinẽte, pro pretio decem librarum Tur. pro quolibet iugere, quod in summa capit centum libr. Turon. quod pretium dictus A. cõfessus & cõtẽtus fuit se ab ipso B. habuisse & recipisse, ac si bi integre datum, solutum & numeratũ fuisse, exceptioni sibi non dati, nõ soluti & non numerati pretij, & omni alij auxilio omnino renuncians. Renuncians etiã auxilio competenti s circũuenientis vltra dimidiũ iusti pretij: donans ei ex certa scientia irreuocabiliter inter viuos, quod res nũc valet plus pretij, aut in futurum valebit [a]: & promittit dictã rem venditã habere licere dolum malum abesse, abfuturumq; esse, quas siquidem res idem A. se dicti B emptoris nomine cõstituit possidere, donec ipsarum rerum possessionem acceperit corporalẽ, quã accipiẽdi sua auctoritate & deinceps retinendi ei licentiam omnimodam dedit, promittẽs per se suosque hæredes dicto B. pro se suisque hæredibus stipulanti & recipienti litem vel controuersiam ei, aut eius hæredib. de dictis rebus vel aliqua earum ex parte nullo tẽpore inferre, nec inferẽti consentire, sed ipsas res, & quamlibet earum ei suisque hæredibus tam in proprietate, quam in possessione ab omni psona & vniuersitate legitime defendere, aut authorizare & expedire, vacuãque possessionẽ sibi tradere, & ipsũ B. in possessione facere potiorẽ. Quod si quo tẽpore lis, vel quæstio, aut controuersia per libelli oblationem, vel alio quocunque modo eidem emptori aut eius hęredib. de dictis rebus, aut aliqua earum, vel parte, seu ipsarum occasione, moueretur, ipasm litem, quęstionem, vel cõtrouersiam, vel libellum, & omnem causam, & quã docunque & quotiescunque ei denunciatum fuerit in se recipere, & in eadem causa ipsius rei, & dicti emptoris, vel suorũ se cũdũ legitime defensioni se offerre, & in ea vel in cãis tam principalibus, quam appellationum, sistere vsq; in finem omnibus suis expensis. quod si non fecerit, promisit eidem soluere atque dare duplum dicti pręti j pone nomine, & ea soluta prædicta seruare: & nihilominus si propterea aut pro ipsa re, vel pro rebus defendẽdis idem B. vel eius hæredes damnũ aliquod patientur, vel expẽsas aliquas fecerint in iudicio, siue ext. promisit ipsum damnũ & expensas in integrũ eis reficere, siue res fuerit euicta, siue nõ: qa sic actũ inter eos extitit, & cõuẽtũ, remissa ex nũc & per actũ dicto B. appellãdi necessitate, si super euictione pnunciare contigerit cõtra eum: acto etiã inter eos expresse, vt nõ possit dicere dictus A. quod eidẽ B. facta fuerit iniuria, vel iniustitia, si res ipse, aut aliqua earum euinceretur ab eo, aut quod eius culpa, vel negligẽtia sit euicta, aut quod ei denunciatum non fuerit, quod defenderet, intra legitimum tempus. quod si cõtra eum super euictione fuerit lata sententia intra tertium diẽ, postq̃ eidem A. denunciatũ fuerit, prædictũ pretium cum pœna dupli. & omne interesse ipsi B. in integrũ restituet & persoluet: & ppterea si aliquo tẽpore apparuerit ex ipsa re cõditiia, id est quę habetur sub cõditione pensionis & renouationis cõtractus, vt infra de loc. §. 1. versicu. cęterum per ipsum uẽditorẽ eius actoris debitã pẽsionem & reuocationem datam & factam debitis temporibus nõ fuisse: & propterea cõtingere ipsum B. vel eius hæredes damnũ aliquod sustinere, eum penitus seruabit indemnem. Quã siquidem vẽditionem, & omnia & singula suprã scripta pmisit dictus A. ipsi B. pro se suisque hæredib. stipulãti perpetua, firma, rata & grata hẽre tenere, obseruate & adimplere, nõ cõtrafacere, vel venire per se, vel aliũ aliqua ratione, vel causa, vel ingenio, de iure vel de facto sub pœna dupli ęstimationis dictæ rei, vel rerum habita ratione, meliorationis, quæ pro tempore fuerit stipulatione in singulis & pro singulis capitulis huiusmodi cõtractus in solidũ promissa, quę toties committatur, & exigi possit in singulis capitulis, quoties contra factum fuerit, qua etiam soluta. vel nõ rata remaneant omnia & singula supra scripta. Itẽ reficere & restituere sibi omnia & singula dãna & expẽsas, ac interesse litis, & ext. Pro quib. omnib. & singulis firmiter obseruãdis obligauit eidẽ oĩa bona sua tã tã præsentia, quam futura actũ Narbon. in domo prędicti A præsentio. H L. F. & I. testibus ad hoc vocatis & rogatis: ego talis, tali auctoitate notarius, pręmissis interfui & rogatus hoc scripsi, & in publicam formã redegi, & signo meo signaui. Ad euidentiã huius formę aliqua supra proxima forma tacta sũt, quæ hic nõ repetimus, sed alia ad intellectũ huius & formarum sequentum hic tangimus. Confines de hoc dixi sup. proxima forma super verbo isto, Sitã in tali loco, &c.

19 Iure emphyteoticę cõditionis, † Nota, quod res emphyteotica, sine empyteoticæ cõditioni subiecta; est illa, quã quis dominus dominio & proprietate sibi retenta concedit emphytheote, quãtum ad solã possessionem & vtile dominiũ, vt ff. si ag. vec. vel emphyt. pet. l. 1. Vnde si hæc emphyteota in aliã personam uelit transponere, nõ potest trãsferre dominium, quod no. ut dixi super præcedenti instrumẽto super uerbo, dare, quia nõ potest plus dare, quam habet, de cõsec. dist. 1. quomodo. in prin. ext. de don. inter verũ & ux. nuper. Ad habẽdũ, supple de iure, quia is nõ hẽt, cui de iure hẽre nõ licet, & à quo res de iure auocari põt ff. de acq. pos. l. nõ v f. ex. de uer. sig. ius dictũ ẽ. 14. q. 1.

20 debet. 8. di. quo iure. † Vnde hic dicitur In piudiciũ uenditoris, quia postquã dedit actor, ut habeat, sic dare debuit, quod ei hẽre liceat ad tenẽdũ, & possidẽdũ. dic Tenẽdũ, s. naturaliter, & de facto, Possidendũ uero, s. ciuiliter & de iure, qa ciuilis possessio cã ẽ dominij acquirẽdi, licet quãdoq; possessio sit tñ naturalis & nõ ciuilis, ut illa quã hẽt emphytheota, fructuarius, uel uasallus, & ut ff. de acq. pos. l. naturaliter Perpetuo faciendũ. hoc uĩ locũ habere in rebus immobilibus, quarũ dominiũ trãsit in accipiẽtẽ, ut ppetuo, & sine pfinitione tẽporis emptori & eius successorib. sicut uero domino, liceat facere de re empta, qcquid uelit, Inst. de inoffi. test. & de exhær. lib. ut s. pxi. forma sup uerbo, iure pprio. Quæ inf. pdictos cõfines. hoc intellige de his, quę rei uenditæ accedũt, multa. n. inf. cõfines continent, quæ non trãseunt in emptorem. j. q. 7.

ADDITIO. Day.

a Valebit. *Huic obstat C.man.l.vlt. vbi ex tali mista forma contractus psumitur simulatus. habet sol. illud in cessionibus, istud in contractibus rerum corporalium.*

*ADDE, quid operentur illa verba, quæ ponuntur in instrumẽtis, q si plus valet, donat, Bal.con.3 in 3.vol.et con.40.5.li.*

Daybertū.ex.de deci.dudum. Vel alios. hoc ideo dici
tur, ne forte in confinibus sit erratū, pot.n.esse, quod
21 hæri in cōfinio possidebat vnus, hodie alter. † Acces
sibus, & egressib. suis hoc ideo dicit, quia si res habet
speciales, & priuatos accessus, & egressus, siue per p-
dium vicini, siue per priuatum callem, seu semitā, il-
li cedēt emptori, sed p̄diales seruitutes, vt puta iter,
actus, sequuntur ipso iure prædia, quæ illas debēt, &
quib. dēnt. res enim trāsit cum onere suo, ff. de cōtra
emp. alienatio, ex. de decimis, cū non sit. Itē nisi dice-
retur de accessibus, siue egressibus no teneretur ven
ditor dare viā emptori, vt ff. de le. 1. si fundū. Supra se,
22 vel int. seu intra se integra. † No. Plantata, sata, & ędi
ficata, solo cedant, & p̄tinent ad emptorē, ff. de acqu.
re. do. adeo, §. cum in suo. & ex diuerso, & §. si alienū,
Inst. de rę. diui. §. si Titius, & §. adeo, & §. qua rōne. Di
stingue tamē domū a rustico p̄dio. nā ædibus vēditis
ea quasi pars ædium sunt, & cum ipsis transeunt, quę
intra edificiū, vel ex, haberē perpetui & nō tp̄alis vsus
causa vt putens, & puteal. a. & similia, secus autem in
his quæ aliunde deducta parata sunt, & secus in pisci
bus, qui sunt in piscina. & in pullis, & huiusmodi quę
dic, vt ff. de ac. emp. Iulianus, & l. 1. & l. limes. & l. non
23 magis. & l. fundi. & l. granaria. & l. si vēditor. † Rusti-
co, aūt prędio vēditor nihil e. l eius nisi quod intra se
cōtinet. quę dic, vt ff. eo, fundo vēditor. & §. si rura. &
§ fi. in fi. Omniq; iure & act. clausulam generalem ap
ponit, vt non tamē ipsa res cū his, quæ dicta sunt, sed
ēt cū omni iure ad ipsam, siue ad ipsum emptorē pro
ipsa re spectante perueniat in emptorē. Pōt. n. esse, q
p hæc verba actiones, quæ ipsius rei nomine ceperāt
ante venditionem competere, vt l. Aql. dē dam. infe.
& aquę pluuię arcēdę. & similes, acquirant emptori
q. has oēs tenet vēditor credere & dare emptori, ff.
24 de ac. em. Iulianus §. tea & si g. † Sed pone P. cauit
vicino suo sub certa pœna non habere, uel facere per
se, uel per alium fenestram in muro domus suæ: post
hoc P. uęndidit domū illā nunc quęritur, utrum em-
a ptor poterit ibi facere, uel hr̄e fenestrā [a]? Et uī, q non
q. res ad eū trāsit cū onere suo, vt ex. de decimis, cū
non sit. Sed Al. Pap. notat se contrarium obtinuisse.
nā illud non fuit seruitus, sed obligatio p̄sonalis, qua-
re emptor non tenetur, sed agatur cōtra P. qui pactū
fecit, q. remanet obligatus. Aliud. n. est seruitus, & ali-
ud personalis obligatio. Seruitus, q̄ est rei annexa, sic
affixa est, q ab ea no separatur, ēt si per plures manus
ambulauerit, sed p̄sonalis actio siue obligatio p̄sonā
nō excedit, vt C. de ser. & aqua, l. & in prouincia. Qđ
autē no sit seruitus, sed personalis obligatio, apparet
ex forma obligationis, in qua nō cōtinetē cā, quare P.
25 cauerit. † Si aūt causa aliqua exprimeretur, puta ne
aliquid usus domus uicini impediret, & hmoi, tūc ser
uitus præsumeretur. Itē nota, q qn̄ aliqua res vēditur
cum aliquo speciali iure ipsi rei competenti, debet il
lud ius exprimi in instrumēto, vt patet infra. uer. hoc
quoq; notādum est. ibi, cum omni iure & act. seruitu
tis. &c. & cessio illius iuris fieri, ut ibi patet. uēditor. n.
præstare debet omnia, q̄ in uēditione dixit adesse, un
de si illud ius nō debebitur rei uēndite, tenet uēditor
emptori ad interesse, si sciēter decepit, si vero ignorā
ter, tenet ei quāto minoris emptor' esset, ff. de ac. em.
l. 1. §. 1. & l. Iulian. in prin. & §. 1. & l. quicquid. C. e. si
minor. ff. de contra. em. q. fundū. §. 3. & ff. de edi. l. 2.
§. cautam. & l. sciendum. §. ea. & l. si quid. & l. quot. &
26 hoc, si empt. ignorabat, ff. de ac. em. l. 1. in fi. † Hoc ēt,
scias ad intelligētiā multarū formarū, q quinq; mo-
dis ius, siue conditio rei uendita ponitur in instrumētis,
Primo, cum uēditor rē suā asserit esse, tūc dr̄ Iure p-
prio in ppetuū, ut hic in prin. & si res sit alicui seruitu
ti subiecta, exprimatur, ut dix. Secundo, quādo p cer
to scit & asserit rē esse emphyteoticā, uel alteri cōdi
tioni subiectā & tūc dr̄ iure cōditionis' emphyteoti
cæ debendæ tali ecclesię, ut hic, ppe prin. nec esset ma
lū illam conditionem exprimere. Tertio cum dubi-
tatur, an res sit propria, an alteri' dominio, siue alicui
conditioni subiecta, & tūc se liberat sic alternatiue di
cēdo, si proprium, in perpetuum, si cōditionū, vnde
pertinuerit, id est, si res propria est, habeat, ut propriā
in perpetuū, si cōditia, habeat cum illa conditione,
ad quam pertinet, infra ver. sed & si. & ver. hoc quoq;
notandum. Sed quia uerbum illud Si condititiū, vn-
de pertinuerit, ualde latum est, referens se ad omnē c
ditionem, quidam tabelliones illud restringunt ad so
lam conditionem pensionis & renouationis. Quarto
quādo certū est, quæ, & quāta pars rei vendite sit pro
pria, & quæ, & quanta condititia, & tunc dr̄, quod pro
prium, in perpetuum. q condititiū, unde pertinue-
rit, ut infra uer. q si res cuius. in fi. Quinto, quādo cer
tum est, q. ię, & quāta sit pars propria, & quæ & quāta
condititia, & hæc uolunt contrahentes exprimi in con
tractu, ut in a pre. ver. q si res Item nota, q iuxta quāli-
bet rē ius illud debet poni. q dic, ut in pręal. uer. sed
& si plures. Itē quare dicatur Iure proprio. no. supra ī
prima forma. super uerbo, iure proprio. Pro pretiq dę
cē li. hoc ideo dicit, quia nulla emptio sine pretio esse
potest, unde ibi numerata pecunia esse debet, Institu.
27 de contra. em. §. 2. † Et no. q pretiū quandoq; soluit
in pręsenti, & quādoq; non. si soluitur in præsenti, aut
numeratur pecunia coram tabellione & testibus, &
tunc dicitur in instr̄o, pro pretio centum librarū qđ
dictus emptor corā me notario & test. infra scriptis
dedit, soluit, & numerauit ibidem & in præsenti ven-
ditori pręfato. nec est hic opus, renūciatione exceptio
nis nō numeratę pecunię. Aut datur sibi in sacculo, si
ue in aceruo no numerata, tunc dicetur, pro p̄tio cē
tū librarū, quod dictus emptor dedit & soluit dicto
uenditori coram me notario & testibus infra scriptis
pro. ut ipse uenditor confessus fuit tantam esse quāti-
tatē, & exceptioni sibi nō datę, nō solutę, & nō nume
ratæ pecuniæ, siue pretij omnino renūciās, Si uero p̄
tiū no soluit' nec aliqua pecunia apparet, nec ostēdi-
tur uenditor, tamē confitetur p̄tiū recepisse, siue cō-
fessio fiat, quia iā recepit, siue fiat sub spe futurę nume-
rationis, semp sequi debet nō numeratæ pecuniæ re-
nunciatio, vt patet in hoc instrumento, de hoc inf. de
obl. & solu. §. 1. in 1. forma super verbo, & numerata
28 †. Et no. qđ expresse exprimit venditionis speciē, q̄
prius recepit pretiū q̄ rem offerat p̄tiosā, vt ext. de sy
mo. c. in tantu. Pro quolibet iugere. no. q quando p-
dia ursi ana uenduntur, tunc p̄tium in summa ponit
in instrumento, ut p pretio cētum librarū: ideq; est ī
rusticis, quorum mensura particulariter non exprimi
tur, in his vero, que secundum numerum iugerū, vel
t. rnaturarum vēduntur, vt vendo tibi vnum prædiū,
qđ esse conuenio decem iugera, tunc pretium solet dę
seruiri p quolibet iugere, & postea collige hoc mō, p
pretio decem librarū pro quolibet iūgerē, qđ capit ī
summa centū libras dimidiū iusti pretij, quia si nō re
nunciatū esset, posset vēditio rescindi, c. tra de em. &
uen. cū dilecti. C. de rescin. uē. l. 2 & l. si uoiūtate. Ha
bere licere optima est hæc p̄missio, ff. de ver. obli. sti-
pulatio ista. ff. de eu. habere licere. Dolū malū. Etiā si
ne promissione hoc facere tenetur, ff. de cōtrah. em.
in uendendo. ff. de ac. em. ex emp. § fi. Quid iuris sit, si
uolens committere aliquod maleficiū simulate, ven
dit bona sua, not. inf. de dona. uer. ite pone, constituit
29 possidere. † Not. q si res vendita no est in p̄sentia.
tunc ponūtur in instrumento verba hæc posita, per il
la enim actor acquirit possessionem, quia ille possi-
det,

ADDITIO

a Fenestram. *Viue, quos dixi sup. de iudi. §. generalia. super
ue. si sed duo communiter.*

det, cuius nomine possidetur, ff. de acqui. po. q̃d meo.
a ff. de rei ven. quæ dã mulier. ext. de rest. spol. cũ venis-
sent a. Sed & si ipse emptor nihilominus ex abũdan-
ti velit corporalẽ apprehensionem habere, & de hoc
fieri publicũ instrumentum, sic in eo dicetur:
b FORMA b. Cum A. vendiderit B. petiam vnam ter
ræ positam in tali loco, infra tales cõfines, & ipsam rẽ
cõstituerit se eius nomine possidere, donec ipsius rei
corporalẽ acceperit possessionẽ, dans ei licentiã, vt ex
tũc sua auctoritate eã accipere posset, vt patet ĩ instru
mento scripto manu mea vel talis notarii, idẽ B. tam
auctoritate ꝓpria, q̃ ex licẽtia & potestate sibi à vẽdi-
tore tradita. & si vẽditor fuerit præsens, addes, ex volũ
tate vẽditoris ibidẽ præsentis ingressus est corporalẽ
possessionẽ eiusdẽ rei, in ipsam terrã corporaliter in-
trando, & de terra & de frondib. accipiendo, & asserẽ
do & protestando se non tm̃ corpore, sed ẽt animo
30 possidere. † Si vero res vendita est in præsentia, tũc in
instrumẽto vẽditionis sic dicetur, Cuius rei possessio
nem idem venditor coram me notario & test. b. inf.
scriptis tradidit ipsi emptori ibidẽ etiã præsenti, ostiũ
ipsius domus in manib. eius ponendo, & ipsum in di-
ctam domum corporaliter introducendo, & emptor
ipsam possessionẽ corporaliter apprehẽdens, asseruit
& protestatus fuit se ex nũc non tantum corpore, sed
ẽt animo possidere, ff. de cõtrahen. emp. clauib. Quã
31 accipiendi. † Quid ergo si in instrumento continetur,
vẽdo & do tibi licẽtiã intrãdi tua auctoritate, qñ tibi
placuerit, in possessionẽ: nunquid poterit emptor itra
re vẽditore ignorãte? videt, ꝙ non, ff. si seruitus vẽd.
si à te. vnde intrando amitteret ius suũ. ff. ꝙ met. cau.
extat. Ar. cõtra, C. de pig. creditores. nisi expresse appa
reat ꝯtra voluntas venditoris, ff. de pos. ꝙ seruus. & vi
de in t. de pig. §. 1. ver. illud. & s. de rest. spol. §. 1. ver. cæ
32 terũ. † Sed quid si in instrumẽto continetur, vendo &
trado tibi. nũquid præsumetur traditionẽ factã esse?
Videtur, ꝙ sic, quia standum est instrumento, nisi cõ
tra probet, C. de prob. cum precib. ff. de vsufr. si quis
vnas. Arg. cõtra, ff. de acq. pos. prædia. cum suis cõcor.
c Quidã c distinguũt, an res, quæ vẽdit, sit in præsentia,
id est, in eadẽ ciuitate, seu territorio, vel in absentia, id
est, in alia ciuitate, ut primo casu videat possessio tra-
dita & acquisita, in alio nõ, vt in prædi. l. quod meo. §.
plus. ff. de cõd. fur. parui. ff. de solu. qui decen. § 2. Vel
dic, aut res, q̃ uenditur, est mobilis, & tunc tradita pre
sumatur: aut immobilis, & tunc nõ, nisi appareat de
uẽditoris uoluntate, ut in præ. l. ꝓdia. dic, ut ibi scripsi.
Fatue igitur dicitur in instrumẽto, uendidit & tradi-
dit: sed saluari põt, si res sit in præsentia, q est modus
quęrendi possessionem, uel ẽt si postea sequit ĩ instru
mento, ꝙ uenditor cõstituit se possidere nomine em
ptoris, ut s. dixi. Cõsulendũ est ergo emptori, ut uel uẽ
ditor dicat, cõstituto me tuo nomine possidere, uel ꝙ
ipse uẽditor roget ꝓcario ab emptore, uel ẽt retineat
usumfructum, qa tunc uĩ trãslatum dominium ĩ em
ptorẽ, & posses. ut C. de donat. quisqs. ff. de acq. dos. q̃d
33 meo. ff. de act. em. & uen. Iulianus. §. si uenditor. † Itẽ
etiam acquirit possessio per traditionẽ instrumẽtum
emptionis ipsius rei, ut C. de don. l. 1. uel clauium, ut ff.
de. cõtrah. emp. clauib. Promittens per se suosq; ecce
34 primũ pactũ. † Et no. ꝙ ĩ quolibet fere instrũ emptio
nalis tres ꝓmissiones cõtinent. prima, de lite super re
uendita ulterius nõ mouẽdo, secũda, de legitima de
fensione, seu euictione rei uenditę, tertia de ratihabi
tione. Sed secũda magnã emptori securitatem indu
cit. Sed nõ uĩ hic uenditor expresse, de euictio ꝓmit-
tere, sed solũ rẽ legitime defendere, auctorizare, & dis
brigare, seu expedire. Dic, ꝙ hęc uerba sonant, ꝙ si de,
ipsa lis mota sit emptori, tenet uẽditor rẽ ĩ ipsa lite le
gitime, id est ꝺm leges cęsura defendere & auctoriza
re, seu auctorizari, id est actor litis fieri, ꝙ uidelicet p
d se litẽ aget d, & disbrigare, id est ab oĩ lite expeditã
reddere: & sic sonant, vt de euictione teneat. Quod si
lite mota & denunciatione vẽditori facta, vt defendat
& auctorizet, id facere nolit, habet emptor in iudicio
stare & defendere, alioquin de euictione nõ aget, C.
de peric. & com. rei vẽd. l. 1. in fi. & C. de euict. l. 1. Ex
quo enim nõ defendit, videt magis propter absẽtiã, q̃
propter malam causã condemnari, ff. de euict. si ideo
extra de emp. & ven. c. si. Et si obtinet, in nullo ei vẽ
ditor tenet, quia nõ tenet eũ defendere, nisi cõtra mo
uẽtẽ sibi litẽ iuste & uerisimiliter vt iã dicã. Si uero
fendit & succũbit, ita ꝙ res sit ab eo euicta, tũc vẽdi-
tor de euictione tenet, vt ĩ prę. dec. & de hoc inf. §. vlt.
35 Litẽ vel ꝯtrouersiã. † No. ꝙ ꝓmittẽs sub pęna de cer
ta re nõ facere cõtrouersiã, si facit ẽt ext. pęnã incur-
rit, ff. de pet. hær. diuus. ĩ prin. & arg. ext. de simo. c. pe.
Si vero fecit pactũ ne peteret, hoc ad iudiciũ refert, ff.
rẽ rat. hab. hoc amplius. In se recipere, nisi hoc pactũ
apponeret, empor teneret litẽ suscipere, & suis expẽ
sis ꝓseq, vt iã dixi. Q̃d si nõ fecerit ꝓm pactũ, ꝙ trahit
causã ex præcedẽti, & prodest hoc pactũ emptori, qa
nisi fieret, nõ teneret venditor de iure ei reficere expẽ
sas litis, nisi succubuerit, ff. de li. le. l. ꝓ emptor. C. de eui. si
status. ĩ fine, quia emptor suam rem vĩ eg isse, ex quo
36 obtinuit, ff. ad Treb. deducta. §. qui post tps. Et est ra-
tio, † qa cũ lis in iusta fuerit, q̃d patet, eo ꝙ emptor ob
tinuit, nõ tenet ei vẽditor ad aliquid pro iniusta lite
quãtuncũq; ꝓmiserit ei eũ defendere ab omni ꝑsona
& vniuersitate, q intelligit contra mouẽtẽ sibi litẽ le
gitime & iuste. At postquã pactus est expẽsas refice-
re, tenebit ex pacto, quicqd de lite contingit, ff. de ver.
c obl. venditores, e vnde utile est pęnã adiicere, put i. q
t in hac forma remissa ex nũc. Tertium pactũ ex 1 de
pendens.

## ADDITIONES.

a Cum venissent. *Hic dubitat, si iste primo vẽdat & cõstituat se possidere nomine emptoris. & secundo tradet, quis sit potior? Guid. de Suz. formãs q̃onẽ super l. quoties. C. de rei ven. arguit, ꝙ primus sit potior, per l. quod meo. ff. de acqui. poss. In cõtrarium, quia veritas plus debet operari, quã fictio. ff. de lib. & posthu. l. si facit ex. de big. nuper. Itẽ quia venditor potuit primo emptori possessionẽ interuertere, ff. de vi & vi ar. l. cum fundus, tenuit priorẽ emptorem etiã potiorem, per præd. l. ꝙ meo, quia prius fuit acquisitum ei vtile dominium, & sic vtilis rei uendicatio præferenda est directæ, posito, quod dicamus in secundum emptorẽ directum dominiũ fuisse translatũ, ff. de procu. l. in causæ in fin. secundũ eum. Plus dicunt quidã, ꝙ prius poterit petere illius rei restitutionẽ per conditionẽ l. ex liberis. C. de acqui. poss. per quã l. secundo vendẽdo, primo præiudicare non potuit, cũ per talẽ traditionem dominiũ transferatur, non solum cũ est vera, C. de pact. traditionibus, & per l. quoties. & l. si ager. ff. de rei ven. sed etiã cum est interpretatiua, ff. pro socio l. 2. ff. de contrahen. emp. clauibus in quibus patet, per talẽ traditionẽ possessionem & dominium transferri, & ꝙ illa Constituo me, &c. sint adiq apta, inducitur lex ff. de rei ven. l. quadã mulier. ad hoc C. de probat. cũ res. Procedunt tñ prædicta, cũ primus pretiũ soluerat uel de illo pac̃ fecerat, alias etiã ex vera traditione nõ transiret dominium in emptorẽ. Inst. de rerũ diui. §. vẽdita.*
*ADDE Bal. consi. 494. incip. venditor constituit. 2. li. dicet, ꝙ etiã si venditor possederit per 25. annos sciẽte & patiẽte emptore, ꝙ si alteri & secundo vẽdat & tradat, ꝙ primus præfertur, & vide Bald. consi 74.*
b FORMA. *s. & fac. Rol. in d. no. in summa, scilicet in Aurora super sua 2. forma.*
c Quidam. *Iac. Bald. in l. si rerum. C. de rei ven. non tamen exponit præsentiam & absentiam, sicut auctor.*
d Aget. *Et sic sit dubia q̃o de uenditore, qui emptorem absentẽ defendere vult suscipiẽdo in se litẽ. Sed de præsente, an illo inuito iudiciũ in se recipere possit, est opin. Accu. placet, ꝙ no, Odof. & Iac. Bal. dicitur placuisse contrariũ gl. Accur. uide C. vbi in rem ac. l. 1. in prin. & uide dist. quã ibi no. Cyn. Pro 2. o. v. facit. ff. de ali. in. mu. cã fa. l. 3. §. fi. & ff. ex q. causa poss. er. l. hoc autẽ. §. fi.*

aliorum apparentium & latentium, quę habet intus, & extra. & faciens eidem finem, refutationem & pactum de vlterius non petēdo de omni iure & actione, quod, vel quam habebat, vel in futurū habere poterat & sperabat contra ipsum occasione dictorum vitiorum, vel morborum, aut quorumcumquē aliorū ipsius equi. nec non promittens ipsi B. solēni stipulatione interueniente non opponere legem redhibitoriā, volens rem reddere, & prætiū sibi reddi, nec quāto minoris, petens aliquā partē pretii sibi reddi, quam non dedisset, si sciuisset rem esse vitiosam, nec in factum actionē. quibus legibus, & alii auxilio omnino renunciauit, & nullam aliam cōtrariam exceptionem, vel defensionem iuris vel facti specialē, vel generalē in aliquo facere, vel opponere, & litem, vel controuersiam ei occasione prædictorum vllo tempore de iure, vel de facto nō mouere, sed prædicta omnia & singula firma, grata & rata habere & retinere, nec ɔtrafacere, vel venire de iure, vel de facto sub pęna 30. lib. Tur. stipulatione in singulis capitulis, &c. ut s. in prima forma, vsque in fi. Hæc forma pro-

44 batur in his, quæ not. j. nunc dicendū. per totum. † Et nota, ꝙ in uenditionibus boū, asinorum, ouiū, & similiū non est tanta solēnitas in instrō necessaria, cum nō sint ita, vt equi, uitiosa, licet tunc breuiter sic dicere:

a FORMA a. A. dedit & uendidit B. unum bouem talis pili, & cum tali cornatura, ipsum sibi tradens ibidē cum omnibus uitiis, uel magagnis occultis, uel apparētibus in eo pro tāto pretio, & promittat legitimam defensionem bonis, ut s. proxi. in instrō equi. Idem etiam de ouibus dicas, exprimens earum numerum, licet nō uniuscuiusque signa, propter euitandā confusionem, nisi quia generaliter pones, quot ex eis sint albæ, quot

b nigrę, quot uariæ.

45 † Porro si liber emitur, sic instrm̄ conficietur:

c FORMA c. A. dedit & uēdidit B. degestum nouum scriptum in chartis hœdinis, contentum in tot quinternis, cuius secundus quinternus incipit, quia uitium: tertius incipit, id hoc. per totum, de glossis domini Accursii apparatum, pro pretio 20. lib. Tur. ipsum librum ī manib. sibi tradens. quod pretiū dictus A. &c. ut s. uer. si uero. usque, stipulanti. post iunge, de uitio & de euictione ipsius libri s̄m iuris ordinem & cōsuetudinem ciuitatis Parisien. & prędictem uenditionem & omnia & singula s. scripta firma, grata, &c. ut s. uersic. nūc formam. usque, quam futura. hoc saluo, ꝙ ibi dicitur ibi, ęstimationis dictæ rei habita ratione meliorationis, q̄ pro tempore fuerit, dicas, dicti pretii. aliis omissis, post iunge, & insuper C. ipsius A. precib. constituens principalem, promittit principaliter & in solidum se obligans do dicto B. pro se suis que hæredib. stip. dictum librum ei ab omni homine & uniuersitate legitime defendere, auctorizare, ac expedire, & se facturum & curaturum, quod prædictus A. dictam uenditionem, et omnia, & singula supra scripta, firma, grata & rata habebit, & tenebit, nec ɔtra faciet, veniet aliqua rationem, vel causa, de iure, vel de facto sub pœna 30 lib. Tur. stipulatione promissa, &c. vt s. in prędict. vers. nunc formam, vt iam præmissum est, renuncians beneficio nouę con-

46 stitutionis de fideiussoribus, & omni alii auxilio. † Et not. ꝙ si liber adeo mendosus est, vt eum potius nō habere, quam habere expediat, agi potest redhib. toria vti li, arg. ff. de ædil. edic. ob quæ. §. idem Pomponius rectę

47 & l. 1. §. sed sciēdum. † Cæterum si fœnum, vel alius fructus in futurum percipiendus venditur, instrumentum hoc modo conficietur.

d FORMA d. A. dedit & vendidit B. totū herbam, seu futurum fœnum, quantumcumque & qualecunq; fuerit, quod erit, & percipi & haberi poterit anno in pn̄ti, de prato sito in tali loco, cuius confines sunt hi, &c. ꝑcipiendum & colligēdum & habēdum auctoritate sua omnibus ipsius B. sumptibus & expensis, & ad omnem suam ex nūc custodiam, & omne periculum atque casum rapinæ, incendii, inundationis aquarum, & cuiuscunque alterius fortuiti euētus, semel uidelicet tātummodo secandi, & colligendi tempore competenti, illo videlicet, quo prata secantur, pro pretio 50. lib. Tur. q̄d pretium dictus uenditor confessus & contentus fuit se ab ipso emptore habuisse, et recepisse, exceptioni sibi non dati, et non soluti pretii, doli, et in factum actioni, et omni alii auxilio omnino renuncians, et promittens ipsi B. pro se suisque hæredib. stipulanti dictum fęnum sibi ab omni persona et uniuersitate legitime defendere & expedire, & prędictam venditionem & omnia & singula, &c. vt in præce. forma usque, stipulatione pro-

48 missa. ad hoc faciunt iura infra. px. uer. inducta † Quod si fructus futuri venduntur, & certo termino dari promittuntur, sic instrumentum conficietur.

e FORMA e. A. dedit & uendidit B. oīa uellera futura, siue futurā lanam, q̄tacunq; et qualiscūq; fuerit, & q̄ tonderi, percipi et haberi cōtingerit in anno pn̄ti ex trecentis ouibus suis, quas habet in Corbaria apud Porcellum, et ipsam lanam intra 25. dies dictis ouibus tonsis eidem B. dare & consignare Narbonę in domo tali omnibus suis expensis, solenni stipulatione promittens, ꝓ pretio duorum solidorum Turo. pro quolibet uellere, siue tot libras pro quolibet centenario ponderis dictæ lanæ, de quo pretio dictus A. contentus et cōfessus fuit se ab ipso B. habuisse & recepisse decem libras Turon. exceptio. sibi non datæ & non solutę quantitatis omnino renuncians, residuum vero dicti pretii, prout in summa fuerit, & ascendet, idem B. dare & soluere ipsi A. solenni stipulatione promisit, postquam dicta lana ꝑ ōderata et consignata erit. eidemque omnia & singula, &c. eodem h. ver. sequitur. Verumtamen si aliæ obligationes & ꝓmissiones interuenerint, vt puta de donationibus & solutionibus prędictis facien lis ubicunque locorum, & fori, de præceptis recipiendis, uide infra uer. prox. facit ad hoc ff. de contrahen emp. l. nec emptio, ff. de peric. & cōmo. rei uendic. quod si pendente, ff. de act. emptio. si sterilis. Instit. de usu & hab. §. sed si peco-

49 ris. † Si autem ususfructus ad plures annos uēditur, sic instrumentum conficietur:

f FORMA f. A. dedit & uendidit B. usufructus, redditus, & obuentus talis vineæ sitæ in tali loco, cuius confines sunt hi, &c. hinc ad quinque annos proximos dans & concedens eidem vsque tunc dictam uineam, & arbores, et omnia, quæ in ea sunt, et quæ intra prædictos continentur confines, habenda, vtenda et fruenda libere per se & alium, quem uoluerit, pro pretio 10. lib. Turo. quod pretium contentus et confessus fuit se ab ipso B. habuisse & recepisse, exceptioni sibi non dati, & non soluti pretii omnino renuncians, et promittens eidē ꝓ se suisque hæredibus stipulanti uineā ipsam, et omnia, que in ea sunt, libere utenda, fruenda, ut dictum est, ei, et suis hæredibus ab omni persona & uniuersitate legitime defendere hinc ad terminum supra dictum, et dictos usufructus, quos in dictis quinque annis percipi-

tam

## ADDITIONES.

a FORMA. *Quinta Rol. sub praecedenti.*

b Variæ. *De illo, qui simpliciter vendidit bouem, qui intra triduū decessit, & repertus est habere iecur marcidum, Galli extr. volumen tenet, quod locus sit redhibitoriæ, per l. g. ff. de ædi. edi. quod si mancipium, & l. si bouinem, ibi competit redhibitoria post mortem mancipii uenditi, & ex breuitate termini satis apparet, eum sic habuisse tempore contractus, facit 50. d. si qua fœmina facit ff. a l. munc. l. ult. de aqua quo. & æst. l. 1.*

c FORMA. 6. *Rol.* 1.

d FORMA. 7. *Rolan.* 2.

e FORMA. 8. *Rol.* 53.

f FORMA. 9. *Rolan.* 52.

tam intra terminū, quam postea, perpetuo legitime defendere, auctorizare, & expedire, ac prædictam uenditionē & omnia singula supra scripta, & cæt. vt supra ver. nunc formam. vsque act. Narbonæ. hoc saluo, quod vbi dicitur ibi, dupli æstimationis, &c, dic, 60. lib. Tur. Ecōtra quoque dictus B, promisit ipsi A. pro se suisque hæredibus stipulanti prædictam vineam, & omnia, quæ in ea sunt, sine fraude uti & frui, & ipsa fossata & sepes eius manu tenere, & conseruare, & eam quolibet anno debitis tēporib. bene putare & releuare & ligonizare, binare et remanere, & in omnibus bene & sine fraude colere, arbores siccas & uirides nō incidere sine domini mandato, & finito termino ipso prędictam vineam in ita bono statu, vt nunc est, ipsi A. libere relaxare & consignare sub pœna 40. librarum Turonen. &c. ut supra in eo-
40 dem instrumento. † Sed & si ususfructus donetur, ita dicetur.

FORMA. Ego A. do & dono irreuocabiliter inter uiuos tibi H. vsumfructū talis vineæ meæ positę in tali loco ad habendum, tenendum & fruēdum arbitrio boni uiri, dans tibi licētiam tua auctoritate dicti ususfructus quasi possessionem ingredi sine omni actione, iure & violētia. & interim in ea quasi possessione me tuo nomine esse cōfiteor, promittens dolum malum abesse, absuturumque esse, et dictū usumfructum habere licere: quæ omnia supra dicta promitto attendere et obseruare pro me meisque hæredibus, etc. C. ff. et Instit. de vsuf. per totum. De vsufructu uide infra de pig. §. se-
51 quitur, ver. porro. † Sed & si actus & iter uēdatur, instrumentum sic concipitur;

a FORMA a. A. dedit et uendidit B. iter et actum in perpetuū in campo & per campum suum situm in tali loco a mane, cuius confines possidet talis, et c. a latere dicti campi viam latitudinis septē pedū tenus fossatum dicti campi, quantum protenditur ipse campus ad uineam, uel ad fundū ipsius B. sitū iuxta prædictum campum, ita quod ipse, & eius heredes, & quilibet alter eius nomine deinceps in perpetuū per campū prędictū possit libere dicta uia quandocunque & quotiescunque ad uineā prædictam ire, transire cum personis, plaustris, hastis & equis. dans, cedens, & concedens eidem plenum ius dicti itineris, actus, & uiæ. & huiusmodi conditioni & seruituti perpetuo subiicens rem eandem, & hoc pro pretio 5. lib. Tur. ipsi B. quod pretiū dictus A. confessus & contentus fuit se ab ipso B. habuisse & recepisse, exceptioni sibi nō dati & non soluti pretii omnino renuncians, & dans ei licentiā & liberam potestatem ipsius itineris, actus, viæ, iuris, cōditionis, & seruitutis quasi possessionem ex nunc sua auctoritate intrandi, & de cætero retinendi, & constituens se interim quasi possidere nomine suo, nec non promittens dicto B. pro se suisque hæredibus stipulanti litem, uel controuersiam ei, uel eius heredibus de prędictis, uel prædictorum occasione nunquam inferre, nec ei inferenti cōsentire, sed ei ipsum iter, actum, viam, ius, conditionē seruitutem perpetuo ab omni persona uniuersitate. & cæ. ut supra uer. cæterum. Hęc forma probatur in concor. quę sunt
52 supra de causa poss. & propri. §. prius uer. est & aliud. † Ad hoc si con ditio, seu ius tignorum in pariete immittendorum uenditur, sic instrumentum conficietur:

b FORMA b. A. dedit & uendidit & cōcessit B. ius trabium & quorūcunq; lignorū immittendorum in parietem, siue murum talis domus ipsius A. cōtiguū domui ipsius B. & quandocunq; & quotiescunque opus habuerit, & uoluerit, possit sua auctoritate immittere, seu impingere trabes, & quæcunq; alia media ligna vsque ad medium siue ad interiorē tunicā dicti muri, dummodo murus ipse ruinę, uel pręcipitii, siue grauis deteriorationis periculum nō incurrat, murum ipsum huic perpetuo subiiciens seruituti, & hoc pro pretio 10. lib. Turonen. quod pretium dictus A. confessus & contentus fuit se ab ipso B. habuisse et recepisse, exceptioni sibi non dati & nō soluti pretii, et doli omnino renūcians, et promittens dictam seruitutē habere licere, dolum malū abesse, ab futurumque esse, & dans ei licentiam et liberā ptātem ipsius iuris & seruitutis quasi possessionem ex nunc sua auctoritate intrandi, & de cætero retinēdi, cōstituens se interim quasi possidere nomine suo, nec nō promittens dicto B. etc. ut in proxi. præst. usq;, cōsentire. post iunge, sed dictum ius & seruitutem perpetuo ab omni persona, etc. ut ibidem. ad hoc faciunt iura iuncta infra de eccl. ædi. † Et nota hic, quod in huiusmodi seruitutibus locum non habet uera traditio, sed quasi, ut no. s. sup prima forma, super uerbo tradere. et ideo dicit hic, &
54 dās ei licentiā, etc. † Si uero sola rei proprietas.

c FORMA c. A. dedit, uendidit & tradidit B. pro se suisque hæredib. recipienti, dominiū & proprietatē talis domus sitæ in tali loco intra tales cōfines, etc. quam domū dictus B. habebat a dicto A. in feudū, ad habendū, tenēdū, ect. per oīa. ut s. uers. nūc formā. mutato solūmodo capitulo de possessione, in quo ita dices, cuius rei possessionem, quam idem B. habebat, ipse A. ei cōfirmauit, ut deinceps suo nomine possideat, sicut uerus proprietarius,
d dominus, et possessor p. †. Quod si pars alicuius rei pro indiuiso uendatur, sic instrumentum conficietur:

e FORMA e. A. dedit, et uendidit & tradidit iure proprio & in perpetuum B. pro se suisque hęredibus recipienti & ementi medietatem pro indiuiso talis petiæ terræ sitæ in tali loco, cuius integræ petiæ tales sunt cōfines, etc. quam petiam possidebat pro indiuiso cum C. ad habendū, tenendum, etc. vt supr. versic. nunc formam. vsque, viam publicam. iunge, quantum ad ipsam medietatem pro indiuiso spectat. et cum omnibus, et singulis, quæ pro ipsa medietate pro indiuiso hēt s. vel inf. seu intra se in integrū, omniq; iure et actione, vsu, requisitione sibi ex ea, uel p ea uē sita modo aliquo ptinente, pro pretio 20. lib. Turo, qd pretium dictus, etc. ibidem usque in fin. hoc saluo, quod ubi dicitur ibi, quam

ADDITIONES.

a FORMA. 10. *Rolan.* 54.
b FORMA. 12. *Rolan.* 55. & 56.
c FORMA. 13. *Rolan.* 57.
d Possessor. *Si conuertatur casus, quod vendatur utile ei, quem uenditor credebat habere directū, cū ipse uenditor haberet utrūque, extat consilium Dy. in ordine 25. & iste error facile posset euenire interuiuus insīri, qn patri meo habenti utile, uenditum fuisset directum, quod ego ignorabā. & tenuit ipse Dy. uenditionem non ualere, nam substantia uenditionis consistit in cōsensu, quo. deficiente non tenet uenditio, ff. de contrah. emp. l. 1. in fi. de rescin. uen. l. emp. Deficit autem consensus, ubi est error. ff. de iud. l. 2. de iur. om. iud. l. si per errorē. C. de iur. & fac. igno. l. cum testamentum. & l. seq. ergo, & c. Itē si errans uendo rem propriam, ut alienam, non tenet uenditio, ff. de contrah. empt. et si consensu. §. fi. & de acquir. re. do. l. si procurator. Sed hic æstimabatur propriū alienum. & intentio contrahentium erat solum circa utile dominium. Nihil ergo operatur circa directum, & horum propositum non erat circa directum, ergo circa illud nil operatur plus, quia nec circa utile, uel locum habeat, quod potuit, uoluit, quod. uoluit, non potuit, ff. de reb. dub. in ambiguo. de supel. leg. l. Labeo C. si quis alteri, uel sibi, l. multum. Constat etiam rerum species esse diuersas, unde aliud utile. aliud directum, ff. si ager uect. l. 1. de superficieb. l. 2. & ult. sicut aliud corporale, aliud incorporale, item aliud bos, quam capra, ff. de rer. diui. l. 1. Instit. de reb. incor. in prin. Sed si contrahentes errant in corpore, uel specie rei, de contrahitur, non tenet ipso iure contractus, ff. de contraben. emptio. l. uenditionibus. ff. de leg. 1. si quis in fun. li. & de sup. leg. l. Labeo. §. uerum. Ergo si errant in specie dominij, dicendum est ipso iure non ualere contractum.*
e FORMA. 14. *Rolan.* 18. *ista enim & sequens ibi char.* 2.

quam siquidem rem. iunge hic, pro prædicta parte sibi vendita. Item vbi sequitur ibi, donec ipsius rei, iunge pro eadem parte. Item vbi, dicitur ibi, de dictis reb. vel aliqua earum parte dic, de dicta re vēdita. & sic de alijs verbis competenter mutatis, hęc forma probatur C. de comm. rerum alien. l. falso. & de iure dot. l. ante diuisio
56 nem.† Sed si pars alicuius rei pro diuiso venditur, sic instrumentum conficietur.

a FORMA a. A. dedit & vendidit, vt in præced. forma vsque ad cōfines. hoc saluo, q vbi dicitur ibi medietatem pro indiuiso. dic, tertiam partem. iunge, à mane possidet C. à meridie D. à sero E. à septentrione est via publica ſm dictam tertiam partem ipsius domus, à latere mane iuxta prædictum C. prout termini in anteriori & posteriori muro positi distinguūt & signant, quę tertia est in anteriori facie latitudinis quinque pedum & in posteriori totidem, siue trium pedum, & quatuor vnciarum. ad habendum, tenendum, &c. vt s. ver. nunc forma. hoc saluo, quod post verbum, continentur confines. iunge, terminos dictæ partis venditæ. item post uerbum & singulis, quæ iunge, ipsa pars vendita habeat. ad hoc facit ff. de leg. 1. quod in rerū. §. si quis. ff. de uer.
27 sign. recte. §. si. ff. cōmunia præ. si quis duos.† Sed si plures res diuerso iure pluribus, & à pluribus venduntur, sic instrumentum conficietur.

b FORMA b. A. & B. fratres filij quondam C. dederūt, vendiderunt, & tradiderunt D. & C. fratribus filijs quōdam F. pro se eorumq; hęredibus recipientibus, & emētibus domū talem, positam in loco tali, iure proprio in perpetuum, cuius domus tales dixerunt esse confines, &c. item petiam unam terræ talis positam in tali loco, si proprium in perpetuum, si cōditiū, id est si sub conditione habetur, unde pertinuerit, saluo iure domini in pēsione & renouatione ꝯtus, ut j. de loc. §. 1. uersi. cæterum. & hęc uerba expone, ut s. in secūda forma, super uerbo, omniq; iure. quam petiam esse dixerunt, & conuenerunt 20. iugerum. & eiusdem tales esse confines. &c. Item & dederunt, & uēdiderūt predictis emptoribus recipientib. ut dictū est, aliam petiam terrę uineatæ positam in tali loco iure emphyteoticæ cōditionis, pensionis & renouationis debendę suis tpib. ecclesię tali: quam petiam esse dixerunt & conuenerūt quatuor iugerum, & eiusdem tales esse confines, &c. ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid eis, eorumq; hæredib. deinceps placuerit faciendum, cum omnib. & singulis, q intra predictos & cuiuslibet prędictarū rerum uenditarum cōfines continentē, uel alios, si qui forent, accessib. quoq; & cuiuslibet eorū, usq; in uias publicas, & cum oīb. & singulis, quæ quælibet ipsarum rerum habet s. uel j. seu intra se, in integrum, oīq; iure & actione, usu seu requisitione eis noīe dictarum rerū, aut dictis reb. modo aliquo pertinente pro pretio centū librarū Turo. pro ipsa domo, & pro pretio quinque lib. Tur. pro quolibet iugere dictæ petiæ terræ, & ꝑ pretio 20. li. Tur. pro quolibet iugere dictę petię terrę uineatæ, quę pretia sunt in summa 280. librę, q pecunię summam dicti uenditores ꝯfessi & ꝯtenti fuerunt se ab ipsis emptorib. habuisse ac recepisse sibi integre datam, solutam, & numeratam esse, exceptioni sibi nō datę, non solutę, & non numeratę, pecunię, siue pretii in summa, oīno renunciantes: quas prędictas res uendi tbs dicti uenditores se ipsorum emptorum noīe possidere ꝯstituerunt, usquequo ipsi emptores dictarū rerū possessionem acceperint corporalem, quam siquidem accipiendi sua auctoritate, & retinendi deinceps eis licentiā oīmodam cōcederet, promittens per stipulationem unusquisq; eorū principaliter & in solidum, & sine aliqua exceptione iuris, uel facti, se obligatos dictis emptorib. pro se & eorum heredibus stipulantibus, litem, uel controuersiam eis, uel eorum heredibus de dictis reb. aut aliqua parte ipsarū nullo tpe non inferre, nec inferenti ꝯsentire, sed ipsas res & quamlibet earū tam in proprietate, q in possessione eis & eorum hæredibus ab omni persona & uniuersitate legitime defendere, auctorizare, & expedire, & prædictam uēditionē, & oīa & singula s. dicta ꝑpetuo firma, grata, & rata habere, tenere, nec ꝯ facere, uel uenire p se, uel aliū aliqua cā, uel ingenio de iure, vel de facto sub pœna dupli dictæ æstimationis dictarū rerum, quæ pro tpe plus ualuerint stipulatione ꝓmissa. qua soluta, uel nō rata maneāt oīa & singula sup. et inf. scripta. itē reficere et restituere eis oīa & singula dāna, expensas, ac interesse & ea. ꝑ quib. oīb. & singulis firmiter obseruādis obligauerūt eis oīa bona sua, renunciantes nouarū cōstitutionū & epistolæ diui Adriani beneficio, exceptioni doli, cōditioni si-
58 ne cā in factum actioni, et oī alii auxilio.† Hoc tñ nota, q in tertia re uendita iure emphyteoticæ cōditionis
c omitti dēt istud uerbum Tradio, quia cū Tradere, sit ꝓprietatē rei in alterū transferre, hmōi rei ꝓprietas in alterū transferri nō pōt nisi à uero dño. ut dixi s. in secū
d da forma su ꝑ uerbo Dare d. Item no. q hæc forma nō facit ꝓdictos duos uenditores insolidū uēdere. nā dns rei per uenditionē & traditionē transfert dñiū, ut ff. de acq. rer. do traditio. & certū est dñ.ū apud duos insolidum esse nō posse, ut ff. de pe. hære. §. pater. ff. cōm. si. ut cert. §. si. unde in solidum duo uendere nō possunt. Hæc aūt dictio Insolidum, proprie ponit in promissionib. stipulatione uallatis, quę stipulo cōcipit per uerba de futuro, ut promiserūt in solidū se daturos, uel facturos, si
59 cut s in ea. for. uersus fi.† Itē no. q cum diuersę res diuersis iurib. uendunt, s. una iure ꝓprio, altera iure ꝯditio, alia sub iure in certo, cōuenēs est, ut iuxta quālibet rem illud ius ponat, ut sup. patet, ubi aūt uno iure res uendantur, pōt hoc poni in principio instri dicendo, A. dedit & uēdidit iure proprio, &c. Sed si nullum ius. q uendat, apponat, intelligit res iure proprio uēdita. Itē pluribus reb. & uno iure expressis oēs illo iure uēditę intelliguntur. Itē uerbum illud Si cōditiū, intellige, p-
60 ut no. sup. super secūda forma sup uerbo, oīque iure.† Nō nunqā & quis uendit alicui suo & aliorum nomine ementi rem, ex cuius fructibus decimæ debētur, su-
e per quo instrumentum sic conficietur.

FOR-

## ADDITIONES.

a FORMA. *15. Rolan. 19.*

b FORMA. *15. quæ est 3. in summa Roland. & quę sequitur, est 2.*

c Hoc tamen not. *ſm Rol. contiguum in instrumento.*

d Dare. *Et super uerbo Tradere, sed uide, quod ibi dixi.*

e Conficietur. *Si procurator meus ad hoc meo nomine emit dimidiū prædij, & suo nomine aliam dimidiā. per 30. annos possidet totum, Rof. sua q. 35. tractat, an præscriptione se contra me agentē mandati defendere possit. Itē cū ꝓcurator, si ꝓscriptio sibi non prosit, petat pretiū, qđ soluit, an procedat defensio mea, qua dico sibi satisfactū ex illos ꝑceptione fructuū ꝑ annos 30. Tenuit soluendo qđ actioni mandati ꝓscriptum sit, cum sit actio personalis, & sic tollitur longissimi temporis spatio, C. de cessi. pec. l. 2. erat enim nata ff. man. l. 1. & illa agere poteram, quia non impediebat patria ptās, uel aliud simile, C. de annali exce. l. 1. in fi. & C. de præsc. 30. annor. cū notissimi, §. illud. & lege, sicut Si uero. I tentarem rei publicationem vel Pub. nā, dicit me obtinere debere. fuit. n. mihi res illa quęsita per emptionem procuratoris, præcipue malignantis, ff. de dona. qui mihi donatū. in fi. Fuit ergo dominus, & mihi non currebat præscriptio, quia per procuratorem possidebā, cū dominiū & possessio mihi per ipsū quęsita fuissent, C. de acqui. pos. l. 1. & l. per procuratorem. & tam confestim, quia uel unico momento penes procuratorem prædicta manserunt ff. de acqui. hac. l. placet. Item cōstat, quod mihi ꝓficit detentatio, q ipse bēt, etiā quo ad præscriptionē, C. de præs. 30. an. l. male. agitur, & l. cū notissimi, per qđ patet procuratorē dicere nō posse se præscripsisse. Itē nec potuit causam possessionis, sibi mutare, C. de*

*de acq.poss.cum nemo, ff. de usucap.l.non solum ff. si pars here. pet.l.fi. Licite igitur uendico uel et alienaui dictos fructus. Ad id si dicit, precium non reddi, cum procurator sibi in illo fructus debeat imputare ad instar creditoris. erat enim quo ad pretium creditor, C.de pig.act.l.1. & 2. & patet ff.de uer.sig creditores. & l.seq. Venit ergo fienda compensatio fructuum, C.de compens. si propter fructus. Item mihi alia defensio competit, scilicet præscr ptio contra suam personalem actionem, scilicet contraria mandati, sicut supra dictum est de directa, C.de præsc. 38. ann.l sicut. & qui præscripsit, similis est soluenti, ff.de adm.tut.l.si pupillus.*

a FORMA a. A. dedit, uendit, & tradidit iure proprio B. ementi, & recipienti pro se quisq; hęredib. ac vice & nomine C. uel D. fratrum eius, eorūq; hæredū, talē petiā terræ aratoriæ & uineatę positā in tali loco, quā esse dicit & cōuenit 10. iugerū & dimidiū, & 20 tabularū, eiusdemq; tales esse confines, &c. ad habendū, tenēdū, &c. vt s. uer. nunc forma. usq;, pertinente. post iunge, salua tamen cōditione, cui subiecta est dicta res, s. q ex fructibus eius singulis annis debentur decimæ tali ecclesiæ: pro pcio tali, quod tm̄ capit in summa: q preciuni dictus A. confessus & contentus fuit se ab ipso B. dante & soluēte pro se & uice & nomine dictorū fratrum eius habuisse & recepisse. &c. ut ibidē, hoc saluo, q vbi dr̄ ibi, B. emptoris. iunge, uice & nomine dictorū fratrū eius, & suorū hęredum item ubi dr̄ ibi quēlibet eorum dic, dicto emptori, & dictis eius fratrib. eorumque hæredibus uerbis ēt aliis decēter mutatis. hęc forma probatur ff. de procur. licet. §. ea. ff. de neg. gest. l. 2. Item hæc forma procedit s'm consuetudinem locorū, in quib. decimę non soluunt cōiter, ut extra de deci. in aliqbus & de paroch. c. fi. nā in aliis, & de iure cōi nō est necessaria clausula illa, salua tn̄, &c. quia ipso iure intelligit. nam res cū suo tpis trāsit cū onere suo, vt extra. de
61 deci. cum non sit. ff. de cōtrahen. emp. alienatio. † Cęterum si res aliqua, uel aliquæ venduntur cum suis pertinentis, sic instrumentum conficietur.

b FORMA b. A. dedit, vēdidit & tradidit iure pprio B. ementi & recipienti domum talem positam in tali loco, cuius tales confines dn̄t esse: ab vno latere possidet C. ab alio D. ab aliis duobus lateribus sunt viæ publicæ cum medietate andronæ, siue muri posite, vel positi inter ipsam domū uēditam & domum d. C. & ipsam medietatē eiusdē andronæ, siue murari. Itē unā aliā domū positā in tali loco, cū horto, & viridario, & quadā domuncula: quorum oīum tales esse dixerūt cōfines, &c. ponendo cōfines, q circunstant nō solum ipsi domui, sed ēt omnib. q postea posita sunt: qb. cōfinib positis subsequenter dices, ad habendū, tenēdū, &c. ut in formis
62 pręmissis apparet. † Hoc quoq; notādum est, q qn̄q; venditur res, cui cōditio, uel seruitus debetur, & ius ad eam spectans ceditur: in quo sic instrumentum conficietur.

c FORMA c. A. dedit, uendidit & tradidit, &c. si propriū, in ppetuum, si conditiū, siue cōditionale, vt ptinuerit, tali iure dn̄i in pensione et renouatione B. p se suisq; hęredib. recipiēti, et ementi domū talē positā in tali loco, cuius tales sunt cofines, ab uno latere possidet C. ab alio D. tertio et quarto est uia publica: cū oī iure, & actione, et seruitute, q ipsi domui debent in domo, et aduersus domū dicti C. posita iuxta hāc domū uēditā, quā seruitutē ius tale dixit, et conuenit esse, uidelicet q ipsa domus dicti C. extolli, uel eleuari non pōt, ne dictæ domus uenditę luminib. officiat. ad habēdum, tenendum, etc. ut sup. uer. nūc formā. usque, mō aliquo ptinēte. post iūge, in sup idē A. dedit, cessit, et cōcessit eidem B. dictā seruitutē, et ius, oēq; aliud ius, et actionē realē & psonalē, utilē & directā, qd̄, & quā hēbat, uel hr̄e poterat in dicta, et aduersus dictā domū ipsius C. siue ipsum C. et quēlibet possessorē eiusdem domū, ac aduersus quālibet aliā p̄ro iā noīe, & occasione dictæ seruitis et cōdōnis, cōstituēs eū tāq̄ pcuratorē in rē suā, & ponēs ipsum in locū suū, ita q amodo suo noīe, actionib. vtilib. & directis possit pdictorū occasione, aduersus quoscunq; agere, experiri, excipere, & replicare, cōsequi, & se tueri, & oīa & singula facere, quēadmodū ipse facere pt̄, & hoc pro pcio qnquaginta librarū, Turon. qd̄ precium dictus B. presentialiter dedit, et soluit ipsi A. pat idē A. cōfessus fuit tantā esse quātitatem exceptioni sibi nō datæ, &c. ut s. eo. §. uer. nunc. forma. vsq;, & expedire. hoc saluo, q ubi dr̄ ibi, sed ipsa res, & quālibet ipsarū. dic, sed ipsam rē, seruitutē & ius. nec ēt ponis uerba illa, tā in proprietate, quam ī possessione. post iunge, & pdictā uenditionē, cessionē & oīa & singula supra scripta ppetuo rata, grata & firma habere, &c. ut ibidē uerbis decēter mutatis: & uide j. §. nūc dicendū. in prima forma Itē nota, quod sicut in translatione dominii rei corporalis necessaria est traditio, ut C. de pact. s, traditionibus. & C. de rei uēd. seruū. sic quādoq; in incorporalib. necessaria est cessio loco traditionis, ut s. de cessi. o. acti. Hoc tn̄ ex superabundanti cautela fit: quia seruitutes prędiales ipso iure & tacite transferunt cum ipsa re, ff. de serui. l. 1. extra de decimis, cū non sit. in fin. Itē illa uerba, Si cōdititiū, unde pertinuerit, intellige, prout no. s. sup secunda forma, super uerbo, omniq; iure. † Quod si res, cuius pars est propria, &
63 pars cōdititia, quod partes uolunt in contractu exprimi, à procuratore uendit, in'tr̄m sic cōficietur [d]:

d FORMA. A. procurator B. constitutus ab episcopo specialiter ad infrascriptę rei uenditionē, & ad omnia & singula infrascripta facienda, vt patet in instr̄o scripto manu talis notarii, procuratorio nomine ipsius B. dedit, uendidit, & tradidit C. pro se suisq; hæredib. recipienti & ementi talē petiam terræ vineatæ positā in tali loco, quē esse dixit & conuenit, decē iugerū: salua rōne pluris minoris ve, & eiusdē tales esse cōfines: à mane possidet D. à meridie E. à sero & à septētrione sunt viæ publicæ, s. tria iugera ex dicta uinea uersus mane iuxta dictū D. iure emphyteoticæ cōditionis, pensionis, & renouationis, debendæ tali eccl'ię, residuū uero dictę uineæ iure pprio in ppetuū ad habendū, tenēdū, &c. ut s. uer. nūc formā, vsq; qd̄ preciū iūge, confessus, & cōtētus fuit dictus procurator pcuratio nomine dicti B. ab ipso C. habuisse & recipisse, exceptioni sibi nō datæ, & non soluti precii oīno renunciās, quā si quidē rē idem A. pcuratorio noīe dicti B. se p ipso C. & eius noīe constituit possidere, donec ipse C. ipsius rei possessionem acceperit

## ADDITIONES.

a FORMA. 17. *Rolan.* 4.
b FORMA. 18. *Rolan.* 5.
c FORMA. 19. *Rolan.* 7.
d Conficietur. *Quid si dominus mortuus erat tēpore cōtractus procuratore hoc ignorante? inuenio Vber. de Bo. alleg. sed nō diffinisse in procuratore generaliter dato perginante, cum tali potestate, quod vendere poterat. quod uenditio teneat, alleg. ff. de sol. si quis seruo. & l. q hominem. §. si Titio. ff. de leg. 2. cum pater. §. Mædio. Ad contrariū ff. ff. de do. l. 1. §. sed si quis ff. de manu. uindi. l. si pater. & ff. si cer. pet. l. oe. Distinguunt aliqui inter emptorem, & tunc ignorantem; & eo casu procedit dubiū. Est sciendū tamē quod præsumitur ignorās, nisi probetur sciens, de regu. iur. lib. 6. in quo sciente uidetur de rigore valere contractū in præiudicium hæredis, ita quod illo agente emptor habebit exceptionē repellet per replicationem doli, ne ex suo dolo lucretur, & hæres rei hęreditarię fraudaretur. Fortius autem sibi agenti ex empto, ut res traderetur, obstaret prædicta exceptio, cum fauorabiliores sint rei, quam actores. Si vero emptor ignorat, eo fortius ualet emptio, cū non sit, quid imputetur emptori, ff. de sol. uero procuratori. §. 2. uide, quod no. C. de act. & oblig. si quidem in cle. de renunc. c. vno, in glo. uide, quod scripsi de rescri. ex parte. 3. super glo sic etiam plenius. Iac. de Bel. super l. eius, qui. ff. de reb. cred. in solutione contrarariorum, ubi multa membra distinguit.*

acceperit, &c. ut ibi vsque, promittens. post iūge procuratorio nomine dicti B. dicto C pro se suisq; hęredibus stipulāti litē, uel cōtrouersiā, &c. ut ibidē, vsq; firmiter obseruandis. uerbis decēter mutatis & subtractis. post iunge, idē procurator ꝓcuratorio noīe ipsius B. obligauit dicto C. oīa bona ipsius B. Et nota, ꝙ si partes nō dixerint expresse in contractu, quę pars sit propria, & quę condititia, tunc cā breuitatis dices: dedit, vēdidit & tradidit, qđ proꝓriū, in perpetuū. & quod cōdititiū, unde ptinuerit: saluo iure dominij in pēsione & renouatio-
64 ne, ut sup. † Nota ergo procuratorem vendere posse: quod verū est de generali l. berā ad. ministrationē habēte, Insti. de rerū diuisio. § nihil aūt. secus, si nō hēt liberā, ff. de procu. l. procurator, cau. & l. procurator tutorū. Et ex eius contractu dñs actione tenetur, ff. de inst. l. i. & 2. ff. de act. emp & vend. in §. ꝓcurator. & ipse procurator de euictione tenetur, ff. de procur. procurator. C. de euict. non dubitat. Itē procurator emere pōt, ut ꝭ. uers. proximo. Itē uerba illa: qđ cōd. titiū, vnde pertinuerit. expone, vt s. in forma sepa, super uerbo, omnique iu-
65 re. † Interdum ēt res a commissariis venditur de licentia testatoris: super quo sic instrumentum conficietur:
a FORMA. a A. in suo testamento c. libras Turo. pro anima sua reliquit distribuendas, prout disposuit & legauit per B. & C: quos ad hoc exequēdum suos statuit commissarios, & reliquit eisdē plenam & liberam licentiam, potestatem & auctoritatē vendendi, alienādi & obligādi de bonis ipsius testatoris, & de q̃bus voluerint, sine ꝓditione hřdis, alteriusue psonę pro ipsis legatis soluēdis: & hęc patent per idem eius testm manu talis notarii cōfectum, iidem uero B. & C. commissarii eiusdem testatoris voluntatem fideliter adimplere, ipsiusq; animā, & seipsos de hmōi fideicommisso cito exonerare volentes, cum per aliam cōmodiorem, vel expeditiorem uiā de bonis ipsius testatoris pecuniā ꝓ ipsis legatis soluendis percipere nequeant, uel hře, expētē, licentia & auctoritate eis ab eodē A. tradita, vt supius cōtinet, cōmissario noīe, & ut ꝓmissarii olim dicti A. vendiderūt & tradiderunt, C. domum vnam ex bonis, seu hæreditate dicti A. positam in tali intra loco tales confines, &c. ut s. uersic. nunc formā. usq; nō aliquo pertinentiā. iūge, ꝓ pretio centū librarū Turon. qđ pretiū dicti commissarii cōfessi & ꝯtenti fuerunt se ab ipso emptore habuisse & recepisse dādū & soluendū in satisfactionē & executionem legatorum. A. pdicti, &c. ut in pcedenti forma, solo noīe ꝓcuratoris in nomen cōmissarii mutato. Hec forma ꝓbať in his q̃ no. s. instr. edit.
66 §. nūc uero. ver. & nota, ꝙ. & seq. † Plerūq; ēt aliqs suo & aliorū absētiū noīe uēdit domū, uel ædificiū, ꝓcurator alicuius noīe illius emit: & tūc sic instrm ꝯficietur:
b FORMA. b A. pro se, & uice ac nomine B. & C. eius fratrum, dedit, vendidit & tradidit E. procuratori D ad hanc emptionem, & pretii solutionem, et oīa & singula inf. scripta facienda & recipienda spāliter ꝯstituto, vt patet in instrō scripto manu talis notarii procuratorio nomine ꝓ ipso ementi & recipienti, ædificiū unius domus positū sup solo talis ecclesiæ in tali loco eius ædificii & soli, sup quo sitū est idem ædificiū, cuius tales dñr esse confines, &c. ad habendū, tenendū, possidendū, & quicquid dicto D. suisq; hæredib. deinceps placuerit, faciendū, cū oībus et singulis ad ipsum ædificiū spectātibus, & cū oī iure & actione sibi pro ipso ædificio ptinente, saluo tñ iure et actione sibi pro ipso ædificio & solo, & pensione ex ipsij solo debenda, quæ est & esse dēt singulis annis quinq; solid. Turo. pro pretio decē lib. Tur. qđ pretiū dictus A. uēditor cōfessus & contentus fuit se ab ipso E. procuratorio nomine dicti D. soluente habuisse & recepisse, exceptioni sibi non dati, & nō soluti pretii oīno renuncians, quod ædificiū idem A. se noīe ipsius E. procurator dicti C. cōstituit possidere, uel quasi possidere, donec ipsius rei idem E. ꝓ ipso D. aut idē D. possessionem acceperit corporalē: q̃ accipiendi sua auctoritate, et retinendi deinceps oīmodā licentiā dedit, ꝓmittēs per se, suosq; hřdes dicto C. procuratorio noīe ipsius D. stipulāti litē, vel cōtrouersiam dicto D. aut. eius hřdib. de dicta re vllo tpe non inferre, nec inferenti ꝯsentire. sed ipsam rem dicto D. eiusque hřdibus ab oī hoīe et vniuersitate legitime defendere, auctorizate, et expedire: et pdictā uenditionē et oīa et sin-
67 gula s. di cta. etc. ut s. uers. nūc formā. † Nota ergo, ꝙ qs pōt uendere rē alienā, non tñ alienare, ff. de uer. sig. alie-
c natū. ff. de cōtrah. emp. rē alienā. ext. de testa. filius, Res
d uero cōis pro parte alienari pōt:[d] super quo uide ff. pro soc. nemo. ff. si cer. pet. l. si socius. C. de commu. rer. aliē.
68 l. 2. C. cōi di. l. 2. de hoc ꝭ. de pig. §. 1. uer. cæterū. † Itē nota, ꝙ dñium rei uēditę et traditę procuratori meo, mihi qr. ī. si tradēs dñs erat, ff. de dona. qui mihi. C. de acq. pos. ꝓ procu. et ēt possessio, ff. de acq. pos. l. 1. §. per ꝓcuratorem. et §. fi. C. eo. l. 1. qđ dic, ut s. de procur. §. ubi aūt. uers. et nota, ꝙ. Itē ꝓcurator uēdere, pōt, ut s. uer. prox. Itē nota, ꝙ iste emptor uocať suspiciari[a], sup quo dic, ut
69 s. de cau. pos. et. pp. §. priuata. uer. est et interdictū. † Aliqñ ēt uenditor se obligat in casibus ad defensionem rei uenditæ, et in casib. nō. Item qñq; cedit ius cōtra actorem, et tunc instrumentum sic conficietur:
e FORMA. e A. dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuū B. ꝓ se suisq; hřdib. recipienti domū talem sitā in tali ꝯta. cuius, hi dñr confines, &c. quā dictus A. emit a C. ut patet in instrō scripto manu talis notarij, ad habendū, tenendum, et c. per oīa, ut s. uer. nunc formā. usq; personā etiam et uniuersitatē. postea iūge, cui, uel quib. ipsa res obligata foret ex aliquo cōtractu, uel obligatione inita aut facta ab ipso A. aut aliquo alio eius noīe, siue cui, uel quib. esset, uel diceretur esse ius aliqđ acquisitum in ea ex persona ipsius A. uel eius occasione, & quia actū est inter ipsos A. & B. ne teneať ipse A. de euictione ipsius rei, nec etiā ad pretij restōnem in alijs casibus, quā in pdictis, iō dictus A. dedit, cessit, & concessit, transtulit & mandauit ipsi B. pro se suisq; hæredibus recipienti omnia iura, & actiones reales & personales, utiles & directas, quæ uel quas habebat, uel habere poterat contra dictū C. auctorem suū, eiusdem hæredes, & in ipsius nomine, & occasione venditionis & ꝓmissionis, de legitima defensione ipsius rei & omnium singularū promissionem & obligationū sibi ab ipso C. factar in prædicto instrumento scripto manu prędicti notarij. item aduersus omnem aliā psonā, quę ei aliquā renunciationem, ꝓmissionem, vel obligationem fuisset in dicto instro, constituens eum procuratorem tanquā in rem suā, & ponens ipsum in locū suū, ita quod amodo nomine suo actionibus utilib. & directis possit aduersus dictum C. eius que hæredes, & in ipsius bonis, & cōtra quālibet aliam personam prædictorum occasione agere, experiri, excipere, & replicare: & consequi,

ADDITIONES.

a FORMA. 20. *Rolan*, 20.
b FORMA. 21. *Rolan*. 14.
c Rem alienam.

*ADDITIO. Etiā domino ignorante, et hoc in præiudicium sui, non aūt præiudicium, domini, per Bald. in l. mater tua. C de rei uend. & ibi in 2. conl. uersi. sed contra. An res aliena possit pignori obligari, & quis possit uendere rem alienā mobilē, &, tradere scienter sine uitio furti, eundē Bal. in l. alienā. C. de fur. & Alex. cons. 6. inci. super eo. ī pri. in 4. ubi uol. an cōtractus rei alienæ celebratus, inter sciētes, ualeat: et ibi, quid de uēditore rei alienæ, q nō hēt facultatē rei tradēdæ, an debeat cogi ad rē tradendā. Hen. Fe.*

d Pro parte alienari potest.

*ADDITIO. Et quid si quis uendat rem communem simpliciter, an uideatur uendere ius partis, quod habet in ea. uide Lud. Rom. consi. 196. incip. in casu. et Bal. in l. 1. uer. quaro, nunquid. C. qui et il. fac. poss. Hen. Fer.*

e FORMA. 22. *Rolan*. 11.

consequi, & se tueri, & oĩa, & singula facere, quẽadmodũ ipse poterat: & promittẽs ipsi B. pro se suisq; hr̃dib. stipulanti prædictam uenditionẽ, cessionẽ, & cõcessionẽ, & oĩa & singula s. scripta perpetuo firma, grata, &c. vt s. uer. nũc formam. usq; in fi. Si uero fiat solũmodo promissio de defensione rei in casibus prędictis, nõ sit necessariũ cessionẽ prędictã fieri, sicut est uenditor, qñ reuendit ex pacto emptori rem, q̃ ab eo emerat, tunc cessionẽ prædictam nõ faciet, sed oĩa alia scribes, sicut sup. usq;, & quia actum est, &c. in quo loco sic dices, hic expressim inter eos actum, & ipsi A. ab eodẽ B. per pactum remisso, ꝙ idem A. uel eius heredes non teneantur de euict one sibi ipsius rei, vel pretii restõne in aliis casibus prędictis, quam venditiõnem, & omnia, & singula supra scripta promisit, &c. C. de pact. inter emp. &
70 uen. l. 2. ff. ad Velle. tutor. in prin. † Sępe quoq; contingit, ut emptor faciat pactũ uenditori de reuẽdenda illi re empta, ff. de contrah. emp. & uen. qui fundũ. ff. de ac. emp. & uen. si sterilis. §. sed & si ita. ext. de emp. & uen. ad nostram. in quo sic instrumentum concipitur:

a FORMA.[a] Cum A. uendiderit B. talẽ domũ sitã in tali loco, cuius hi sunt cõfines, &c. pro pretio centũ lib. Turo. ut patet in instr̃o scripto manu talis notarii inde cõfecto, hoc tñ inter ipsos extitit actũ & conuentũ, ꝙ videlicet prędictus B. pacto promisit & cõuenit A. pro se suisque hr̃dibus stipulanti, ꝙ si dictus A. hinc ad unũ mensẽ d cto B. pretiũ restituerit su. dictũ, eãdẽ domũ idẽ B. sibi ꝑ ipso pretio restituet atq; uẽdet, & chartã uẽditionis faciet de re ipsa, ac in ipsius rei possessionẽ corporalẽ eũ restituet & reponet, ita tñ, ꝙ in dicta vẽditione tunc ip̃s faciẽda promittet eidẽ B. de legitima ipsius defensione rei solummodo ab illis personis, quib. ex cõtractib. uel obligationib. ab eodẽ B. initis esset res eadẽ obligata, uel quib. ex persona eiusdem B. foret in ea ius aliqd acq̃situ. Quod si hinc ad unũ mẽsem idẽ A. dicto B. pretiũ nõ restituerit antedictũ, ex tũc dictus A. ad eandẽ rem restituendã & uendendã eidẽ A. nullatenus teneatur, sed ante dicta vẽditio ab ipso A. dicto B. facta firma & incõmutabilis & perseueret conditione p̃dicta, & pacto nullatenus nõ obstãte, qđ ex tũc inefficax sit, & idẽ B. ab eo penitus absolutus, quia actũ extitit inter eos: quæ oĩa & singula s̃. scripta promiserũt uicissim, scilicet vnus alteri, &c. ut su. in primo instr̃o huius tit. † Si uero res uendita reuendatur, sic instr̃m con-
71 ficietur:

b FORMA.[b] Cũ A. uendiderit B. talẽ domũ sitam in tali loco inf. tales ꝯfines, &c. ꝑ tali pretio, vt patet in instr̃o scripto manu talis notarii, ac postmodũ ex pacto inter eos facto dictus B. promiserit & cõuenerit ipsi A. dictam domũ ei restituere & vẽdere, si de hinc ad vnũ mensem ꝓximum ipse A. pretium restituerit ante dictũ, ut hoc patet in alio instr̃o scripto manu eiusdẽ notarii, dictus A. oblato dicto p̃tio denũciauerit ipsi B. intra dictũ terminũ, ꝙ ei ex forma dicti pacti dicta domũ restituat atq; vendat, volens ipse B. ꝓmissionem a se factam fideliter adimplere, dedit, uendidit, & tradidit iure ꝓprio in perpetuũ dicto A. pro se suisq; hęred bus recipienti dictã domum ad hñdum, tenendum, &c. ut s̃. versic. nunc formã. mutato solo capitulo de legitima defensione, quod capitulũ ita pones, sicut dixi s̃. versic.
72 prox. † Plerunq; contingit, ut plus, uel minus inueniatur in terra vendita, q̃ conuentũ, vel expressum fuerit inter contrahentes, si plus instr̃m conficietur:

c FORMA.[c] Cum A. vendiderit B. quandam petiam terræ aratoriæ sitam in tali loco, cuius tales dicũtur cõfines, &c. pro pretio 10. lib. Tur. pro quolibet iugere, & eandem esse cõuenerit & dixerit 20. iugerũ, salua rõne pluris minorisve: vel sic, & eandem esse conuenerit, & dixerit 20 ita tñ, ꝙ si plus fuerit, cederit in ipsam venditionem, emptore pretium addente pro rata, si minus, pretium diminuetur pro rata, ut hæc patent in instr̃o scripto manu talis notarii inde cõfecto. Si in ipsa re de cõi cõcordia mensurata repertum sit vnũ iugerũ plus quantitate cõuenta, & expressa i instr̃o vẽditionis eiusdẽ, prout utraq; pars asserit, & cõfessa est, idem B. corã me notario & testib. inf. scriptis dedit & soluit ipsi A. 10. lib. Turõ. ꝓut ipse A. cõfessus fuit tantã esse quantitatem ꝓ pretio dicti iugeri reperti fuit tantã esse quantitatem cõuentã in instr̃o venditionis, vt dictũ est, q̃ solutionem, & oĩa, & singula supra scripta ꝓmisit idem A. dicto B. ꝓ se suisq; hr̃dibus stipulanti perpetuo firma rata habere & tenere, nec ꝯtrafacere, uel venire ꝑ se, vel ꝑ aliũ aliqua cã, vel ingenio de iure, vel de facto sub pęna 30. lib. Turo. &c. Si vero minus repertũ fuerit quãtitate cõuenta, debebit venditor restituere pretiũ emptori ꝓ rata. & de ipsa restitutione fiet instr̃m hoc modo, incipiens enim, vt p̃cedenti instr̃o, & cõtinuabis totũ vsq;, inf. scriptis dedit. hoc saluo, quod ubi dicitur ibi, plus, dic minus, & ubi idem B. dic, idem A. post iunge & restituit ipsi B. 10. lib. Turo. secundum quod capiebatur, & erat pro rata dcti iugeri reperti minus quantitate conuenta in instrumento uenditionis, ut dictum est q̃ restitutionem & solutionẽ, omnia, & singula su. scripta promisit dictus B. ipsi A, &c. vt supra, hæc forma ꝓbatur extra de donat. per tuas. ff. de contrahen. emptio.
73 si fundus infra de patroch. versicu. & quia. † Super quo
d not. d quod cum uenditio fiat ad mensuram, puta expressa quantitate & mensura rei uenditæ, diminuitur pretium

## ADDITIONES.

a FORMA. *Hæc remissio non suffragatur ad duo, q̃ deficere hic uidentur, s. quod iste non promittit se facturũ, quod fratres habebunt ratũ, itẽ non fit mentio de requisitione & expectatione uñi. fm dicta in c. potuit. de loca. Prima est uera, forte uendens se noluit ad id obligare, et erat soluẽdo, pp quã contentus fuit emptor, cui tñ tutũ esset, quod fieret ratificatio, cuius formã uide ult. in §. tertio loco. Ad fm dic, quod honestum fuisset exprimere, tñ satis est, ꝙ de illis posset constare. nullo enim imponitur necessitas id exprimendi in uenditione. Circa primum Q. f. q. 44. format nouum casum, s. de illo, qui pro se & fratre uendidit domum promit tens emptori sub pæna c. lib fratrem ratificaturum, fecit emptor pactum uenditori de concedenda sibi, & fratri domo non tra omnem hominem, redyt frater, petyt sibi domum concedi, ut promiserat fratri, quod ille facere noluit, pp qđ frater uendicat dimidiam domus, emptor a uenditore petit pœnam c. librarum. satis intricata est qõ, et obscura, quo ad cõcessionis cãm, pp quod in illa non insisto, quia uideri põt. Soluit fratrem uenditorem absoluendum, qua ratificat frater petendo fm pacta uenditionis sibi concedi, uel commodari domum, ff. de euic. quidam ex parte. & de reb. eorum, qui sub tut. uel cu. sunt, l. illicite. et debuit in ea parte absolui a petione fratris, qui sic ratificauerat pro tacita ratificatione alle. ff. de inoff. te. l. si. et l. Papinianus. §. si conditione. pareret in his non isto, quare concor. de re iud. quod ad consultationem. in 2. gl. & de his, quæ fiunt a ma. par. cap ex ore. in gl. pen.*

*ADDE, quod si iste frater, qui uendidit rem communem cum fratre, non potest tradere, nisi partem, an emptor aget de euictione, uel aliter? uide Rom. consil. 396.*

b FORMA. 24. *Rolan. 23. & sup. quando fiunt duo instrumẽta sed quandoq; pactum opponitur in in. str̃o uenditionis, & disputauit Alb. Gal. qonem de uenditore fundi, qui promisit emptori de euictione dupli, & erat pactum de recuperando rem restituto pretio intra annum, intra quem fundus emptori euictus est & restituitur petitori, facta prius denunciatione uenditori, agit emptor ex stipulatione ad pœnam dupli, uenditor offert pretium, ut euitet dupli pœnam, quæritur, possit? & tenet quod sic, soluendo pretium, vt conuenit, cum extet casus, quo pactum potuit uires habere, imo si soluisset, repetere posset, per l. quoties. ff. de iur. dot. & l. cum autem. ff. de ædil. edi. §. penult.*

c FORMA. 25. *Rolan. 24.*

*FORMA. 26. Rolan. 25. & sequentes.*

d Nota. *Secundum Rolan. in Aureola super primo instrumento.*

pretium pro numero iugerum, quæ desunt, ff. de acti. emp. & uend. seruum. §. 1. quod verum est, vbi pretium pro singulis iugeribus est statutum. vt supra versic. primo igitur.
74 † Si vero tota possessio vendita sit generaliter pro eodem pretio: puta vendo tibi hunc fundum, qui est 10. iugerum, pro centum lib. tunc si non inueniantur tot iugera, habetur ratio bonitatis. Idem est, si minus in quantitate inueniatur: vt si dixi, uendo tibi hanc petiam terræ 10. iugerum, inter quæ sunt quatuor iugera vineata: si. n. nõ sunt quatuor uineata, habetur rõ bonitatis, ff. eod. si in qualitate. & l. si fundo vendito. & l. si duorum. & ff. de euict. si fundo vẽdito. & l. si duorum. & l. si fundo tradito. & sic minuitur pretium, vt sup. dictum est: & econtra, si plura reperiantur, quam sit dictum, addetur pretium pro rata: quia eadem debet esse ratio contrariorum, arg. ff. de leg. 3. l. fi. in fi. & arg. ad hoc ext. de donat. per tuas. Cautela tamen est, ꝙ hoc in instro exprimatur, ut patet supra in forma licet ita sit de iure com-
a muni a. Hoc tamen nota, ꝙ si fundo vendito cohærent littora, aut viæ publicæ, aut nemus publicum, non cedunt in mensuram, licet ad commodum pertineant emptoris, ff. de cõtrah. em. l. littora. nisi cũ specialiter actũ sit, ff. de princ. & cõmo. rei uen. id, quod. §. 1. De pretio aũt venditarum rerum dic, ut ĩ. de obli. ner. si uero debitum. & seq.
75 † Vltimo no. quod si emi à te 10. corbes tritici, nec fuit actum, ubi illos præstare debes, non teneris portare ad domum meam, nec præstare, nisi tibi tua interest, ff. depositi. si in Asia. §. 1. ad idem ff. de rei vend. si res mobiles. ff. de eo, ꝙ cer. loc. l. 2. § non itaq; C. ubi in rem ac. l. fin. 2. quæstio. 1. si peccauerit. in fin. Argumen
b contra 16. q. 1. reuertimini b.

ADDITIONES.

a De iure cõmuni. *Hic quæritur, si venditor, donator, uel testator dixit Vendo, dono, uel lego tale prædiũ intra tales confines, qd est 56. iugerum, reperiuntur 55. quæritur, quid de illius 5? Et aduerte, ꝙ facilius in donatione & legato procedit ijs, quam in emptione, quia in illis non exprimitur pretium, in emptione sic, & si taxatur, uel non taxatur per iugera, expeditum est sup. in his enim habetur ratio pretij. Occurrit ergo plus dubij in alijs casibus. vbi non est pretium, & videtur quod sola iugera numerata veniant ad emptorem, donatarium, uel legatarium, per l. penultim. ff. de actio. empti. & vend. & de contrahen. emptio. l. comprehensum. An hui Domi. meum tenere contrariuia per l. ff. de lega. 1. si fundum sub conditione. § si libertus. in fi. & de leg. 2. cum pater. §. pater, qui filio. Dicebat ergo, multum differre, an prædicti contextum suum exprimẽtes incipiant a nu. uel mensura, & tunc nil plus ueniet, facit ff. de lega. 1. si quas testamento. in princ. an explicet per nõia designantia certam speciem, vel corpus determinatum, licet id postea mensuret. tunc. n. mensura est loco demõstrationis, quæ falsa est, nec vitiat, nec minuit cui adiectatur ff. de le. 1. si seruus legatus, qui quinque. de le. 3. his uerbis pater. de condi. & demonstratio. C. de fal. cau. adie. l. 1. & per totum. ad prædicta bene facit l. si venditor. ff. de act. em. & uen. & q. 10. l no. co. ti. l. pe. §. fi.*

*ADDE, si legatur, uel donatur fundus 10. iugerum, & plura vel minus reperiatur, quid sit Old. consi. 195. in 1. volu. Quid autem, cũ sit venditio, vi le Pau. de Ca. consi. 301. & 7.*

b Reuertimini. *Et 5. q. 5. 2. c. 1. de decimis loquuntur, quam debitor portare debet ad horreum sacerdotis, & vtrobique de hoc vide inf. de deci. in fi.*

*SVMMARIVM.*

De securitatibus, quę super venditionibus interponuntur.

1 *Dubitans, an res, quæ venditur alteri data, uel obligata sit, qualiter instrumentum faciet.*
2 *Re alicuius hereditatis, in qua Falcidia spectat ad uẽditorem, uẽdita, quam rem venditor pro Falcidia eligit, qualiter formabitur instrumentum.*

2. §. Pręmisimus, quibus modis & titulis res transferantur, nunc videndũ restat de securitatibus, quę preter formas positas in ipsis traditionibus & uẽditionibus apponuntur. Scias igitur, ꝙ qñque venditor fideiussores præstat: qñque ẽt dubitatur, an res, quæ uendĩt, sit alteri data, uel obligata: qñque ẽt dubitatur, an res, quę uenditur, est legi Falcidiæ obligata. Si igĩ uenditor minor 25. an. fideiussorem præstet, scribes in fine instrũ. hoc, qd habes infra de fideiuss. §. 1. ver. ꝙ si uenditor.
1 † Vbi uero dubitaẽ, an res, quę uenditur, sit alteri data, uel obligata, tunc ante clausulam illam, quam vẽditionem, & omnia, & singula, &c. sic instrumento dicetur:
a FORMA. a Insuper dictus A. promisit dicto B. pro se suisq; hæredib. stipulanti, ꝙ de ipsa re, uel parte ipsius, aut aliquo eius iure, alij hactenus dationem & obligationẽ, uel contractum aliquẽ in fraudem alienationis per se, uel per aliũ nõ fecit: cuius prætextu, uel occasione ipsi B. uel prędictę traditioni ei factę præiudiciũ aliquod generet, uel gñari possit: ꝙ si eũ cõtra hęc fecisse apparuerit, conseruabit ipsum B. & eius hẽdes indẽnes, & nihilominus dabit & psoluet eidẽ 25. lib. Tur. pęnę noĩe stipulatione pmissæ: qua pęna soluta, uel nõ, prædicta oĩa & singula firma pdurẽt, sup hoc uide s. de reb. eccl. nõ alie. ver. porro. & infra de pignor. §. 1. versic. sed quærit.
2 † Si uero aliqua res alicuius hẽditatis, in qua Falcidia spectat ad uenditorẽ, uenditur, quã rem vẽditor p Falcidia eligit, sic in instrũ dicetur ante clausulã illam, quam venditionem, & omnia, &c. dicetur.
b FORMA. b Præterea dictus venditor cũ domum prædictã dixerit esse de bonis hẽditatis patris sui, in quib. Falcidia & debitum bonorũ subsidium sibi iure naturæ debetur, candẽ rẽ p parte, & in parte ex Falcidia sibi in bonis paternis debitã eligit & accepit, nihilominus sibi in reliquis bonis residuo Falcidiæ, si qd ad eũ vltra ptinet, reseruato, qd residuũ, si qd est, pro prædictis omnibus & singulis à se in hoc instrũ promissis firmiter obseruandis ipsi emptori speciali iure pignoris obligauit, dans & cedẽs ei ex cã uenditionis prędij supra dicti omnia iura, & actiones, quæ, uel quas habeat, uel hẽre poterat in bonis paternis ex cã Falcidiæ supra dictæ vsque in summã æstimationis & pretij dictæ rei: quanti pro tpe plus ualuerit, necnon cõstituens eum procuratorẽ in rem suã, & ponẽs eũ in locũ suũ, ita ꝙ nulla alicuius restitutionis, substitutionis, seu grauaminis, uel alterius rõnis conditione obstante possit suo nomine actionibus utilibus & directis iure Falcidię suprascriptæ tenere, possidere, ac defendere rẽ eandem, & super ipso residuo Falcidiæ sibi iure pignoris obligando se de prædictis oĩbus & singulis indemnem ad integrum cõseruare, renuncians legibus C. cõtra de leg. l. si duobus. §. emptor. & de euic. si fundũ. & cũ alij ac xilio, ad hoc C. de trãsa. de fideicõmisso. & de pac. l. j. & q. 1 no. ext. de testa. c. Raynutius. Et nota, ꝙ ideo hæc pœna non apponitur, qa hæc securitas est inserẽda instrũ vẽditionis ante illam generalem clausulam, quam vẽditionem, &c.

ADDITIONES.

a FORMA. *Rol. in 6. charta, & est 27. & continuantur omnes formæ positæ in § seq.*
b FORMA. *Rol. 27.*

*SVMMARIVM.*

1 *Personarum, quæ uenditionibus, seu traditionibus consentire habent, diuersitas est attendenda.*
2 *Vxore uenditoris præsente & consentiente, quomodo sit formandum instrumentum, & nu. 5.*
3 *Vxor consentiens uenditioni, an parti noceat.*
4 *Vxore uenditoris patrem habente, qui dotem stipulatus fuerit, si ambo præsentes uenditioni consentiant, qualiter sit scribendũ.*
5 *Vxore uenditoris in ætate minore existente, an teneat rei dotalis uenditio.*
6 *Consensus uxoris de rei dotalis alienatione, aut donatione propter nuptias, constante matrimonio, an eam liget.*

7 *Vxore viro consentiente dotale prędium alinante, an non obstā-te consensu, seu iuramento, possit uir illud uendicare.*
8 *Alienatio rei dotalis an possit confirmari.*
9 *Vir alienans prędium dotale, & pro eo aliud vxori dans in cambium, an possit postea pœnitere, & illud vendicare.*
10 *Vir. & vxor an possint ad inuicem permutare.*
11 *Vir an rei dotalis dominus sit.*
12 *Fundus dotalis certis casibus potest alienari.*
13 *Circa rei dotalis alienationem qualiter sit mulieribus, parentibusq; generaliter consulendum.*
14 *Emens aliquid aliena pecunia, an res empta pertinere debeat ad emptorem, an ad illum, cuius erat pecunia.*
15 *Vir nomine proprio ex pecunia dotali emens, an sibi, uel mulieri acquirit*
16 *Emptio ex communi pecunia facta, ad omnes communiter spectare dicitur.*
17 *Res, de qua nescitur, vnde processerit, cuius esse præsumatur.*
18 *Clerico de pecunia ecclesiæ in matrimoniali solo ędificante, an ædificium solo cedet.*
19 *Instrumenti forma, ubi filius & hęres quondam uxoris uenditoris consenserit & renunciauerit iuri hypothecæ.*
20 *Instrumentum qualiter sit formādum, ubi mater uenditoris ex dote, uel legato, uel vsufructu ius in re habēs cōsētit uēditioni*
21 *Instrumentū venditionis facta à filio de re aduentitia consensu patris, qualiter sit formandum.*
22 *Sorore venditoris ius ex hæreditate, uel testamento patris in re habente, & uenditioni consentiente, qualiter instrumentum formandum.*
23 *Instrumentum quale esse debeat, ubi habens ius in re ex substitutione, uel fideicommisso, consentit venditioni.*
24 *Persona absens qualiter consentire dicatur.*
25 *Venditore promittente pro absente, qualiter formabitur instrumentum.*
26 *Tenor instrementi alienationis iam factæ, debet persona consentienti legi & narrari.*
27 *Fratre, vel consorte uenditionem à fratre, uel consorte factam ratificante & approbante, qualiter sic dicendū, aut scribendum.*

3. § Tertio loco notandum est, quod personarum, quæ huiusmodi venditionibus, & traditionibus consentire habent, quędam sunt, quæ hebent ius in re ex obligatione, uel hypotheca, ut puta uxores & creditores, & huiusmodi. Quędam, quę habent ex speciali causa spēciale & priuatum ius: sicut legatarii, & fideicommissarii & usufructuarii. Quædam, quę habēt ius dominii & proprietatis siue idem ius, quod habent venditores, sicut & fratres & consortes. Item quandoque uēditor promittit pro aliquo absente, qui habet consentire: q̄nque etiam pro eo, qui habet ratificare: item quandoque, qui absens fuit, consentit & renunciat; q̄nque etiā ratificat et approbat: item permissę personę aliq̄n sunt pręsentes contradictui traditionis, aliq̄n absentes: & ideo de omnibus per ordi-
1 nem uideamus. † Primo igitur dicamus pręsentibus tempore cōtractus traditionis rei. Si ergo uenditioni venditoris uxor p̄sens consentiat, sic in fine scribat:
a FORMA. a Ad hæc domina M. vxor dicti A. uenditoris, et filia quondam dicti B. prædictis omnibus pręsens dictæ venditioni consensit, et certificata per me notarium infrascriptum dictam rem uenditam pro suis fore sibi dotibus obligatam, renunciauit omni suo iuri hypothecarum, et cuilibet alii, quod habebat, uel habe-
b re poterat in dicta re uendita b, occasione dotium suarum, uel alia quacunque, idem ius totum ipsi emptori pacto remittens, et promittens eidem pro se et suis hæredibus stipulanti omnia et singula ppetuo firma, grata, et rata habere et tenere nec cōtra facere, uel uenire per se, vel aliū aliqua ratione, causa, uel ingenio de iure, uel de facto sub pœna centum lib. Tur. stipulatione prom[illegible] refectione damnorū, et expensarū litis, et ex, & obligatione omnium suorum bonorum: qua pęna soluta, uel non, prædicta omnia & singula firma perdurent, ext. de emp. & uen. peruenit. C. ad Velle. Aut. si
2 ue à me. & in cōcor. quæ sunt inf. ver. sed & si. † Sed nūquid cōsensus vxoris nocet patri eius? dic, prout no. in
3 fra de do. inter uir. & vx. §. formatis. uer. quid si filia. † Si igitur uxor uenditoris patrem habeat, qui dotem filiæ stipulatus fuerit, & ambo pręsentes, sint, & consentiāt, inscribes:

FORMA. Ad hęc dominus B. socer. dicti A. uēditoris, & eius cōsensu atque licentia domina M. eius filia, & ipsius A. uxor. prædictis omnibus pręsentes, dictę venditioni consenserunt, & certificati per me talem notarium infra scriptum dictam rem ab ipso A. vēditam sibi pro dotibus eiusdem dominæ M. obligatam fore, renanciauerunt omni eorum iuri hypthecarum, & cuilibet alii, quod habebant, uel habere poterāt in dicta re occasione dictarum dotium suarum, uel alia quacunque, idem ius ipsi emptori pacto remittēs & promittēs eidē pro se suisq; hæredibus stipulanti prædicta omnia
4 & singula ppetuo, &c. vt supra prox. † Sed & si alia persona, q̄ pater, puta frater, uel aliquis alius, mulieris dotē fuerit stipulatus, sic vna cum ipsa consentit:

FORMA. Ad hæc domina M. ipsius vēditoris vxor, & C. eius frater, qui pro ipsa domina M. dote dedit, & eandem in omnem euentum restituendæ dotis extitit stipulatus, vt patet I instrumēto ipsius dotis scripto manu talis notarii, prædictis omnibus pręsentes dictę venditioni consenserunt; & certificati, &c. ut in prox. præced. forma. Quod si uxor uenditionis tempore sit minor, sic iurabit:

FORMA. Insuper dicta domina M. q̄a minor erat 25. annis, maior tamen 12. Iurauit corporaliter ad sancta Dei Euāgelia, prædicta omnia & singula firma, grata, & rata habere ac tenere, & non contra facere, vel venire, nec restitutionem aliquā impetrare conttra prędicta, uel aliquod prædictorum prætextu minoris ætatis, uel occasione alterius cuiuscunque ext. de iureiur. cū cōtingat. C. si aduersus vē. Aut. sacramenta. 22. q. 5. par
5 nuli. & c. seq. † Sed & si uenditoris uxor præsens uenditioni rei consentiat, & obligationi bonorum, renūciet que iuri, quod habet in re uendita, & ī bonis obligatis,
c & cedit emptori ius hypothecæ, sic dices c:

FORMA. Prętereа domina M. uxor dicti A. uenditoris prędictis omnibus præsens dictæ uenditioni ipsius domus, de qua habes supra §. primo. uer. nunc formam. & obligationi bonorum à dicto uiro suo ipsi B. factis consensit, & certificata per me talē notarium infra scriptum dictam rem uenditam, & ipsa bona obligata sibi pro dotibus suis, et hypothecata fore, renūciauit omni suo iuri hypothecarum, et cuilibet alii, quod habebat, uel habere poterat in dicta re uendita, et prędictis bonis obligatis occasione dotiū suarum, uel alia quacunque, & insuper per pretio et nomine pretii 25. lib. Turon. quas confessa fuit se ab ipso B. habuisse et recipisse, dedit et concessit eidē oīa iura & actiones, q̄ uel quas habebat, uel hr̄e poterat in dicta re uendita, & dictis bonis obligatis noīe & occasione hypothecæ ad

ADDITIONES.

a FORMA. *Rol. à 19. & continuantur 13. sequentes eo ordine, quo hic sunt.*
b Re uendita. *Et uide, quod statim dicam super uer. sed & si.*
c Sic dices. *Homob. Cremo. sup l. Sēpronium. alias, Paulus respōdit. & alle. §. subl. Lucius ff. q. mod. pig. vel hyp. sol. refert supī forma huius §. se uidisse data cōtraria cōsilia iuristarū aliquibus dicētibus illā extendi etiam ad obligationem pignoris, q̄ facit venditor ꝓ euictione, quasi id fuerit de mente, qua præponit, C. q̄ res pig. l. fi. ad fi. & sic cōsensus & renunciatio totū cōtractū respicit & ad accessoria extēdit, argum. ff. de pac. dot. īter socerū. §. cum*

*inter. & de l. 3. l. nomen. quasi sequela prioris, ff. de Inst. cuiusq; §. item si tristior. & § seq. Alij dixerunt contrarium s. i. ad solã rem venditã pertinere a l obligationem euictionis, per l. iubem° C. ad Velle. consulebat ergo breuiter sic; Dr in iustro, quod vxor venditioni pignoris, vel hypothecæ obligationis consensit, & suo iuri renunciauit, sed amplior ponitur hæc forma, sed ver. & insuper ponendus non est, nisi sic rei veritas se habere, nec est in vsu.*

ad se spectantis in eis ex iure dotium suarum: constituens eum procuratorem in rem suum, & ponens eum in locum suum, ita quod sammodo suo nomine actionibus vtilibus & directis loco ipsius dominæ M. & sicut ipsa poterat ex causa hypothecę in dicta re vendita & ipsius bonis obligatis ipsius A. omnibus creditoribus præferatur, & possit sicut ipsa poterat, rem ipsam defendere, & in ipsius bonis obligatis agere, & quoscũque alios creditores excludere, & nomen ipsius hypothecæ contra quancunque personam agere, experiri, excipere, & replicari, consequi, & se tueri, & omnia & singula facere, quemadmodũ ipsa poterat: ipsi tamen dominæ M. post dictum B. in dictis bonis obligatis omni iure suo hypothecatũ in integrũ reseruato, veruntamen non obstante, qp ipsa sit prior tpe, vel potior iure, idẽ B. & prædicta obligatione sibi facta ipsi dominæ M. & hypothecę suæ per omnia & singula supra scripta promisit ipsa M. B. dicto pro se, suisq; hæredibus stipulanti perpetuo firma, grata, &c. vt s. ver. primò igitur. vsque in fi. iunge renunciãs exceptioni sibi non dati & nõ soluti pret. j, doli condictioni sine cã, & in factũ actioni, & omni al. j auxilio iuris, vel facti. hęc probatur C. ad Velle. etiam constante. & l. iubemus. ff. ff. de his, quæ in frau. cred. si pignus. ff. de transa. cũ Aquilian. ff. qui po. in pig. hab. l. 2. in fi. & l. si fundũ. &. C. eo cum tibi. & C. de his, qui in loc. pri. cre. suc. leg. 1. extra de emp. & vẽ. peruenit. C. ad Velle. Aut. siue à me. & infra de oblig. & sol. §. primo, in. j. forma, versus finẽ. Verũ aũt vxor possit vna cum viro, vel pro eo obligari, no. inf. de ob lig. & sol. in forma super verbo. renũ-
5 ciantes † Verum si res dotalis, vel etiam donatio propter nuptias constante matrimonio alienetur, & vxor consentiat, talis p̃tentus secundum leges eam nõ obligat, nec etiam iuramẽtum ab ea præstitum super hoc quin possit cõtrauenire, vt ff. de fundo dot. l. Iulianus. & C. de leg. pos, non dubium. 10. dist. vides. Secus secundum canones vt extra de iureiur. cũ contingat. & iudices seculares cogendi sunt per censuram ecclesiasticã in hoc, ius canonicum obseruare, vt in cõst. Alex. 4. eo.
a tit. q. i in non nulli. a. † Sed pone vxor viro consentiente
7 alienauit prædium dotale, & se de euictione obligauit, & vt sub pœna promisit non contrauenire: nunc vir ipse vendicat illud primo quæritur, an hoc facere possit non obstante consensu? secundo, an in pœnam incidit vendicando tertio, si euincatur, an possit mulier ipsa de euictione conueniri, In prima quæstione videtur, qp non possit, argum. C. de iur. dot. si prædium à cõtrario sen. u Sed dic contra, quod non obstat ei cõsensus, nam etiam si ipse idem alienasset, posset conueniere, C. de rei vxor. act. l. vnica, § & cũ lex. infra ver. item pone. Item in secunda quæstione videtur, quod nõ incidit in pœnam vendicando, nam cum sit alienatio p̃hibita, nec facta tenet, vt s. pre § & cum lex. ergo nec pœna, nec quicquid ex eo, uel ob id sequatur, C. de legib. non dubium. 10. dist. vides. Nec obstat C. de p̃dijs min. & sis. prout ibi no. Et idem iuris est, si vxor vẽditrix promiserit pænam. & uide in prę. §. & cum lex. & ff. de fideiuss. cũ lex. Vel distingue, an emptor sciuit fundum dotalem esse, ut tunc agens non incidat in penam, an ignorauit, & tunc incidat, argu. in præ. l. si prædium. ff. de contrahẽ. epm. si in emptione. §. 2. Et hoc etiam modo responde tertiæ quęstioni distinguendo inter scientiam & ignorantiam, infra uers. sed in casu.

8 † Sed nunquid potest confirmari alienatio talis rei. Respon. sic, vt C. de donat. constante, & ff. de usucap. cũ ui. & iuramentum p̃firmat huiusmodi alienationes, vt s.
6 † Item ponatur alienauit prędium dotale, pro quo dedit aliud in cambiũ vxori: nunc vir pœnitans vult prædium vendicare: quæritur, an possit? Et uĩ, qp sic, arg. Inst. quib. alien. non licet, in prin. & in præ. §. cũ lex. C. de fund. dot. l. j. & 2. ff. eo. l. 3. & quod ẽt dominium non transeat, C. de leg. non dubiũ. 10. dist. uides. C. de suff. l. vnica: & sic vir. vendicare potest, ff. de iur. dot. quamuis ff. ad munic. Lucius. §. idem respon. ff. de col. do. l. fi. Ar. tamen contra, quia non potest contra factum suum uenire, ff. de adop. post mortem, ext. de cler. coni g. diuersis. in fi. & tacit. ff. de ser. r. ust. præ. per fundũ. ff. eo. a p̃ receptũ. ff. de pig. act. rẽ alienã. C. de lib. cã. si ab eo. Ipse n. de euictione tenet, & quẽ de euictione tenet actio, &c. ff. de euic. vendicantẽ. & fundus dotalis bene alienatur in hoc casu, vt ff. de fun. dot. l. 1. & cam sit permutatus, uidetur permissa alienatio, ff. de iure dot. si ei nuptura, & l. itaq;, & l. fi. ff. de pact. do. si mulier dotis, & l. cũ maritus Sol. Si permutatio tenuit, puta quia conditio dotis melior facta est, emptor est absoluendus: si aũt non tenuit, vel si nulla facta fuit, condemnandus est possessor ad restitutionem, ff. de leg. 2. l. Mæuius. §. fundo lega-
b to. in fi. b ff. de iure pat. adducere. §. quamuis. ff. de precar certe. §. fi. C. de contrahen, emp. cũ res. in fi. ff. de pact det cum maritus. respõ. j. Et hoc ultimo casu potest uir contra factum suũ uenire, C. de agri. & cẽsi. l. quemadmodũ. C. de lib. causa, l. j. 12. q. j. certã. Nec obstat, quod uir uidetur dominus utriusque, & quod sic permutare non potuit, sicut est in uenditione, ut ff. de contrahen.
c e np. l. suæ rei c. quia ualhit ratione iuris, quod. mulier in fun lo habebat, ff. eo. qui tabernas. ff. de leg. 1. si dodo. §. si fun lus. Ipsa enim dr naturaliter possidere, ff. de
d min or. l. demq; d Et fundus permutatus succedit in locũ dotalis, ff. de leg. 2. l. Imperator. §. fi. & l. seq. & sic efficitur dotalis, ff. de iur. dot. quod fuerit. Bene possunt uir & uxor ad inuicẽ permutare, ut no. infra de don.
9 inter uir. & ux. §. formatis. uer. sed an cum uiro. † Sed in casu præmisso, in quo permutatio non tenet, & condemnatur possessor ad rei restitutionẽ, nũquid uir de euictione teneatur? & uidetur, quod non, cum emptor contra legũ interdicta mercatus sit: & sic est pretio astriciendus. C. lib. x. de agri. & cẽsi quemadmodum. C. de præscrip. 30. ann. l. a. C. de fundis patri. l. nemo. C. de sic cenie nus. Sed cum in principale non tenet, nec accessorium, ff. de reg. iur. cum principalis. C. de leg. nõ dubiũ. C. de inuti. stipu. leg. secunda, & l. ex. Argum. contra. nam licet uenditio non teneat in præiudicium dotis, debet tamen tenere in præiudiciũ uiri se obligantis, C. de præ. mino. & sis, ff. de pig. act. tutor. §. cotrariũ. ff. de contra-

## ADDITIONES.

a Quia nonnulli. *Quam hodie non habemus; sed ex illa formata fuit decr. licet. de iureiur. li. 6. & hoc sequitur, fuit additio usque ad uer. hoc autem scies.*

b §. fundo lega. in fi. *alias, Mæuio fundi.*

c Suæ rei. *De permutatione etiam patet ff. de rerum permutat. l. 1. in prin. & in fi.*

d Demq; *Dixit Mar. de Fan. de quo dicam in uer. hic alleg. in fi. 9 licet maritus dominium & possessionem habeat rei dotalis, C. de rei uen l. loce. & sol. mat. l. dotis. tamen uxor spe saltem est dña. mobilium & immobilium. argu. C. de iure dot. l. in rebus. & ratione spei perficitur contractus etiam emptionis, ff. de hæred. uel ac. uend. l. nomina. Nec est mirandum, si maritus suum propriũ in permutatione recipiat; quia quod habebat ex causa dotis, nũc ut proprium possidet, extrinseca permutationis causa accedente, quasi uir dotẽ uxori reddiderit, & postea eam ab ea acceperit;*

*inducit similia ff. si cer. pet. l. singularia. & de do. inter ui. & ux. l. 4. §. fi. & se. & l. ea, quę in fi. & de don. l. ut mihi. est secundum quod scripsi de usu. in ciuitate, in fi.*

ꝯhenda emptione, liberi. & hoc tenet Azo, & Iacob. in Auth. de nō alie. §. si quis igitur uidens. Vel dic, ꝙ aut emptor sciuit fundū esse dotalē, aut ignorauit. si sciuit, aut fuit stipulatus de euictione, aut nō: si fuit stipulates, agit ad pretium, non ad interesse, id est ad meliorationē, vel duplū, C. cōia de le. l. fi. §. emptor. Aliqñ ad nihilum agit, & sic intelligunt præfita iura dicētia, emptorem pretio mulctandū. Si aūt ignorauit, tunc agere emptor ad duplum, si promissa fuerat, uel interesse, si promissa non sit, qa emptor in illo deliquit, C. ad leg.
11 Fal. l. fi. §. bonæ fidei. † Quid ergo si vir cōsensu uxoris fundum dotalē dedit in dotem pro filia. nūquid vxor viro ad inopiā vergēte poterit petere fundum, fm ea. q̄ no. inf. de don. inter vir. & vxor. §. formatis, uer. sed cum mulier. uel ēt ipse uir dicēdo, ꝙ contra iura factum est, ut sup. Et uī, ꝙ sic: quia uir dñs est rei dotalis, C. de rei uen. doce. & ager, nō ut ipse, sed ut alter, C. de sac. san. ec. iubemus. §. sane. Vxor ēt hoc poterit uiro ad inopiā uergente, de ipsius uolūtate, ff. de re iud. sepe. §. 1. Cū. n. prohibita sit alienatio, per cōsequens & in dotē datio, C. de re. ali. nō alie. l. fi. quia sic uir & uxor indotati remanerent: quod esse non dēt, arg. ff. de cōdi. cau. dat. l. si donaturus, §. fin. Argu. cōtra, quia communi uolūtate ad piam causam datus est, C. de neg. gest. l. 1. ff. de cond. in deb. cum his, §. mulier. & facit ff. in frau. pa. l. 1. §. libertus. Item causa dotis est perpetua, ff. sol. mat. l. 1. ad idē ff. de iure dot. profectitia. §. si quis, ff. de admi. tut. l. lex.
12 Potest dici, quod fundus poterit uēdicari. † Certi enim sunt casus, in quibus fundus dotalis alienari potest: puta si permutatur, & non aliter, ut s. uer. itē pone ff. de his, qui sui, uel alie. iur. sunt, patet. Vir tamē & uxor de euictione tenent, si pmiserūt, alioquin de dolo, si dolo uersati sunt, uel actione in factū, C. de iure dot. l. 1. ff. de adop. post mortē. Consueuit aūt no. Inst. qb. ali. licet, uel nō in prin. ꝙ uir uendicat ꝯstāte matrimonio, uxor uero eo soluto. Quæ aūt hic desunt, uide j. de donat. in
13 ter uir. & uxor. §. formatis. † Et nota a generale consiliū
a mulierū & parentū suorum, ut qñ mulier tradetur nuptui, pater faciat eā iurare, ꝙ nunquam consentiat alienationi rei dotalis, nisi coram iudice cā cognita & probata, scilicet necessitatis instātis, non ficte, seu uere, sic enim, si aliter consentiat & iuret, non ualebit, cū tale iurm sit ꝯrium priori licito & honesto, ut ext. de iureiur. cā te. & iungat, ꝙ si unq̄ contrauenerit, non ualeat,
b ut ex. de pb. directo. §. 1. uer. quāquā b. † Hoc aūt scias,
14 ꝙ si ex aliena pecunia emo aliquid noīe meo, res empta regulariter efficitur mea nō eius, cuius fuit pecunia, C. de rei uēdi. si ex cā. C. cōia utriusq; iud. si paruus. C. de don. inter uir. & ux. & si de tua. Hoc tñ fallit in ecclesia, ex cuius pecunia res noīe alieno empta est, 12. q.
c 3. c. 1. ext. de pecul. cler. c. 2. & fin. c & in milite, C. de rei vendic. si, vt proponis, & in pupillo, C. arbit. tut. l. 3. & in re empta de pecunia data liberto facto postea ingrato, C. de reuocan. donat. l. 1. et in re ex fænebri pecunia em
d pta, ext. de usur. cum tu. §. fin. d Et in re empta a uiro de pecunia non dotali sibi ab uxore data. licet enim donatio non teneret, & dominum pecuniæ penes eam permanserit, tñ ipsi uxori cōpetit utilis actio pro re empta, viro non existente soluendo, ff. de donat. inter uir. & u-
15 xor. l. uxor marito. † Sed & si ex pecunia dotali uir nomine proprio emit, non uxori, sed sibi acqrit, C. de iur. dot. ex pecunia. & econuerso, vt C. si quis alteri, uel si-
16 bi, l. 1. † Si aūt a uiro & uxore, uel ecclesia & prælato de cōi utriusq; pecunia res emit, cōiter spectat ad eos, ex. de integ. rest. cōstitutus, ex. de don. inter vir. & uxo. ca.
17 2. p rata pretii est inter eos diuidenda, 12. q. 4. c. 1. † Sed constat. vñ res processerit, præsumit esse ecclesiæ, 12. q.
e 1. sicut manifeste. & q. 3. c. j. ex. de pecu. cler. c. j. et 2. e vel viri, C. de do. inter vir. & vx. ēt si vxoris. ff. de eod. Quin-
f tus f. † Quid si clericus de pecunia eccl'æ ædificat ī pa-
18 trimoniali solo. Et vī ꝙ ædificiū solo cedat, vt ff. de rerum diuis. in tm. Sed dic ep̄. fauore ecclesiæ solū ędifi-
g cio cedere, ar. 12. q. 2. apostolicos g. & in præ. decr. de pe
19 cul. cler. † Si vero filius & hęres quondā uxoris vēditoris ꝯsenserit, & renūciauerit iuri hypothecę, sic dices:

FORMA. Pręterea P. filius d. A. filius & hęres quōdā dominæ M. vxoris ipsius A. prædictis omnibus præsens, dictę venditioni consensit, & renunciauit omni suo iuri hypothecarum quod habeas, vel habere poterat in dicta re uendita occasione dotium hęreditatis quondā matris suę, vel alia quacunque, idē ius, &c. ut s. uers. j. igit. ad hoc accedit C. q pot. in pig. hab. l. fi. § exceptis in Auth. Col. 7. ut exact. instan. dotis, in 1. col. C. de bo. quæ lib. l. antepen. §. non aūt hypotheca & §. sed
20 cū tacitas. † Si autem mater uenditoris ex dote, uel legato, uel usufructu ius in re habēs, cōsentiat, sic dices:

FORMA. Ad hęc domina E. ipsius uenditoris mater, & uxor quondā dñi E. patris eiusdē uenditoris prędictis omnibus præsens dictę uenditioni consensit, & certificata per me tale notariū infra scriptum ipsā rem uenditam sibi pro dotibus suis & pro legato & usufructu ei à dicto F. uiro suo in eius testamento relictis, obligatā esse renunciauit omni suo iuri hypothecarum, & cuilibet alij, quod habeat, uel habere poterat in eadem re uendila ex iure dotium suarum legati, uel usufructu prędictorum, uel ipsius testamēti, siue alia quacunque ratione, uel causa idem ius, &c. ut in præd. uer. primo

## ADDITIONES.

a No. *Hoc est sumptum ex no. per Host. de iure. cū contingat & in Sūma eo. ti. quō censeatur ver. consilium generale, quod no. eod. licet in vlt. gl. li. 6. super qua remisi ad hunc ver.*

*ADDE, quod Bal. con. 118. intelligit dictū Specu. procedere, quando iuramtntum deuenisset ad notitiam cantrahentis, aliter non est in 3. lib.*

b Ver. quamquam. *Ibi decreuit superior non est ipse iurans. & parū valet hoc iungere, vt test. c. Ray. ver. nō obstante. ff. de pac. l. pe. Itē scias, ꝙ Host. in Sum. ver. superius alle. posito literā hoc ver si subdebat, sub pretex. tamē talis iuramētis vī, ꝙ quilibet possit petere rem alienatā. Quid Hos. per hoc intellexit. dubitat.*

c c. 2. & fi. *De his casib. eo. ti. inquirendū. in gl. 2. & super ea vbi vide hunc casum iure non probari, vnde Ia. Bal. non recipiebat hunc casum, quem dicebat lege non cautum.*

d §. fi. *Non probatur, vt ibi scripsi.*

e c. 1. & 2. *Vide quod scripsi eo. ti. c. 3. & post Inn. de test. cum in officijs.*

f Quintus. *An marito mortuo ab herede vendicare possit fundū emptum per maritum de pecunia vxoris, qua dixit eius vxoris nomine. Ad negatiuā inducitur, quod confessio facta fuit extra iudicium secundo, absente coniuge, tertio, in fraudē legis prohibentis donationem inter coniuges. Ad primū secundum sufficiat l. fi. ff. de inter. act. Ad tertium ꝓhibitio est, no. ff. de do. inter vir. & vx. per totum, contra quam præsumitur facta hac machinaque facile inter eos confringitur, in Aut. de aequal. do. circa prin. & ver. quod. n. quo casu veritas præferenda est fictioni, ff. de l. & posth. filio de l. 2. si ita quis. §. si p vxore. facit l. filia C. de fa. Item dato, ꝙ fuisset expressa don. ex quo renocata non sit, confirmata est per mortem, ex. de do. inter vir. & vxo. c. vl. & eo. ti. onationes. Vī quibusdum. quod si viuente viro vxo. vsa est fundo pdicto. & maximè sibi traditus fuerat à venditore, tuta est vxor. & fundum uendicat, C. si. quis alteri vel sibi, l. mutum. de prob. l. siue. & de nos. do. l. 2. T. nouissima autem hac casu esset vxor si appareret sibi ē hæreditate legata vel alias obuenisset, quod impensum fuit in fundo, per quod illa donationis & fraudis suspicio tolleretur, ff. de do. iter vi. & vxo. Quintus Mutius.*

*ADDE ad materiā di. l. Quintus. plenè An. con. 141.*

g Apostolicos. *Hoc ibi. no. Io. tñ hoc dictū nō bene pbat hic, vel ibi, & potius vī, qd pro rata esset res cōis vt su. prox. dictū est*

*ne locupletetur ecclesia, cum alterius iactura, de re.iur. locupletari cum concor. & ne fauor ecclesiæ iniustitiam pariat, de dona. inter uir. & uxo. in fi. facit 4. li. generalis. 12. q. 2. fraternitatis. Sufficiat ergo ecclesia, quod ab eius fauorem ædificium solo non cedit, & sic uitat damnum, quod priuatus incurreret, ut supra, procedant hæc maxime, quia nec aperte ius probat res acquisitas, vel factas de pecunia ecclesiæ suas esse scripsi, de pec. cler. inquirendum. super 2. glossa licet silemus interpretationi, ut ibi dixi.*

*ADDE, quod Abb. cons. 54. 5 d. tenet simpliciter solum ædificio cedere, per d. cap. apostolicos.*

primo igitur. & facit ad hæc C. communia de leg. l. 1.

21 Patre autem consentiente venditioni factæ a filio de re aduentitia, sic scribes:

FORMA. Ad hoc quoque F. pater ipsius A. venditoris, prædictis omnib. præsens, prædictę venditioni consensit, & renunciauit omni suo iuri, quod habebat, vel habere poterat, seu in futurum habere sperabat in dicta re uendita occasione ususfructus sibi debiti, uel debendi in ipsa re ratione patrię potestatis, uel alia quacunque ratione, vel causa, idem ius, & c. ut in prædicto ver. primo igitur, hoc probatur Instit. per quas perso. nobis acqui. §. igitur. & C. de bon. quæ lib. cum oportet. C. de eman. l. fi. C. de bon. mat. l. si uiua.

22 † Sorore autem venditoris ius ex hęreditate, vel testamento patris in re habente & consentiente, sic dices:

FORMA. Ad hæc domina E. soror ipsius venditoris & filia dicti D. per Deum viuum verbo tenus adiurans & asserens se maiorem esse, prædictis omnib. pręsens, dictæ venditioni consensit, & certificata per me tabellionem notarium infra scriptum dictam rem venditam sibi ex hęreditate paterna, seu ex institutione de se facta ab eodem patre suo in eius testamento obligatam esse, renunciauit omni suo iuri, quod habebat, vel habere poterat in ipsa re vendita occasione dictæ hæreditatis & institutionis, seu ipsius testamenti, aut alicuius relicti in eo contenti, vel alias quacunque ratione, vel causa, idem ius, & c. vt in præced. vers. 1. igitur. hęc probat C. de hęred. inst. quoties. C. de inoff. test. quoniam. & vide supra de pactis, §. instrumentum.

23 † Si autem habens ius in re ex substitutione, uel fideicommisso, consentit, sic dices:

FORMA. Insuper P. frater dicti venditoris prædictis omnibus præsens, dictæ venditioni consensit omni suo iuri, quod habebat, uel habere poterat, seu in futurum habere sperabat in dicta re vendita, ratione, uel occasione substitutionis, uel fideicommissi, seu incertæ conditionis contentorum in testamento quondam E. patris eius scripto manu talis notarii omnino renunciauit, illud per se, suosque hęredes dictis uenditori, & emptori, ac cuilibet eorum, & ipsorum hęredib. pacto remittens, nec non promittens eisdem solenni stipulatione interueniente, nihil in re ipsa de cetero petere, & de ipsa eis, vel eorum hæredib. litem, uel controuersiam ulterius non inferre, seu inferenti opem ferre, aut consentire, ratione fideicommissi, substitutionis, conditionis, aut testamenti prædictorum, siue aliis quibuscunque occasionibus, seu exceptionib. de iure, vel de facto, sed prædicta omnia, & singula perpetuo firma, & c. ut in præce. ver. primo igitur extr. de testam. Raynutius. ubi de hoc, C. de pac. l. 1. & l. cum proponas. C. communia de le. si duobus. §. sed quia nostra. & §. fin aut sub conditione. & in

a Auth. ibi posita.ᵃ Dicto de person.s præsentib. tempore contractus uenditionis, quæ consentiunt & renunciant iuri suo, restat uidere de his, quę tunc absunt.

24 † Et nota, quod quando aliqua persona absens est, quam si uelit emptor consentire & renunciare, siue ratificare & approbare, debet procurare, quod uenditor promittat de faciendo & curando, quod dicta persona ad certum tempus hoc faciat, quę uenditoris promissio ita scribetur, ut in sequentib. apparebit. Quod si uenditor promittat pro aliquo absente, qui habet consentire, & renunciare, in fine instrumenti sic scribes,

FORMA. Insuper promisit dictus uenditor ipsi emptori pro se, suisque hęredib. stipulanti se facturum & curaturum omni exceptione remota, quod B. frater eius, & domina eius vxor, & filia eiusdem H. hinc ad 25. dies dictæ uenditioni consentient & renunciabunt omni eorum iuri hypothecarum, & cuiuslibet alii, quod habent, vel habere possent in dicta re uendita occasione dotium ipsius dominæ M. vel alia quacunque causa. & de his solennem promissionem & obligationem ei facient ad sensum, seu cognitionem sui sapientis, & sub pœna 60. librarum Turon. & refectionem damnorum, & c. vt s. ver. primo igitur. & s. §. ver. primo igitur.

25 † Sed si promittit venditor pro absente, qui habet ratificare & approbare venditionem, puta pro fratre, vel consorte, sic scribes:

FORMA. Insuper promisit dictus venditor ipsi emptori pro se suisque hæredib. stipulanti, se facturum & curaturum omni exceptione remota, quod B. frater eius, cum fuerit legitimæ ætatis, intra 15. dies, postquam denunciatum sibi fuerit, dictæ uenditioni consentiet, ac eandem uenditionem, pretij solutionem, possessionis traditionem, & omnia & singula supra scripta ratificabit & approbabit: & quod ad legitimam ipsius rei defensionem in omnib. & per omnia, vt fecit idem venditor, se obligabit, & de his omnib. solennem promissionem, obligationem, & contractum cum pęnæ adiectione & corporali iuramento pstando more minorum ei faciet ad sensum sapientis eiusdem emptoris, sub pęna 50 librar. Turon. & c. ut s. in præce. §. 1. uer. 1. igit. Si uero absens postea consentiat & renunciet, ita scribes: Domina M. vxor A. lecto sibi, & in eius præsentia dicto instrumento uenditionis factæ P. ab ipso A. eius uiro, eidem uenditioni consensit: & certificata per me talem notarium infra scriptum, dictam rem uenditam sibi pro dote b. suis obligatam esse, renuncians, & c. ut s. uer. 1. igit. Et nota, idem esse seruandum in omnib. prædictis personis, quæ præsentes consenserunt, si

26 tempore contractus absentes postea consenserint. † Item nota, quod personæ consentienti iam factæ alienationi, legi, uel saltem narrari debet tenor instrumenti alienationis, & de hoc plene certificari, ff. de transa. cum Aqui-

b lianaᵇ.

27 † Porro si frater, uel soror venditionem a fratre, uel

ADDITIONES.

a Posita. *Si substitutus per fideicommissum propter conditionis dubium euentum emeret a rogato, consulo ex prædictis id exprimi in contractu, per quod extante conditione agere non possit ad pretiũ. Ponitur exemplum in rogato, si decederet sine liberis, hoc dixi, quia multi tenent per l. Imperator. ff. de leg. 2. in fi. cum duab. ll. sequ. pretium in conditionis euentum deberi, sicut deberetur, si uenditum fuisset extraneo, ut ibi. Sed contra eum inducitur, quod hæreditatem petere non pot, quia illam habet, pretium quia non de illo fuit hæres rogatus, pro hoc facit, C. de fideic. l. quoties. & ff. de le. 2. codicil. §. 1. Item tempore contractus incertum erat, an existeret conditio. Illu tergo incertum vendidisse uidetur, & sic tenet uenditio, C. de cont. em. cum res, ff. de leg. 1. si domus, §. fi. ff. de contr. emp. qui tabernas Sed respondetur ad primum, quod hereditatem hẽt ex causa onerosa, & sic illam hẽre non uidetur, ff. uer. sig. Labeo, Inst. de leg. §. si res aliena, ff. de leg. 1. plane, §. quod si rem emissem. Poterit ergo illã petere ex causa lucratiua, licet duæ lucratiua non concurrant, ut in prædictis legib. & ff. de ac. & obl. l. oẽs & duab. ll. prox. Nec obstat sm seum de pretio non rogatum, quia pretium succedit loco rei, ff. de pe. hær. si rem & pretium, ff. quod met. ca. si ipsa, de tribut. l. procurator. s, ff. de pa. dot. l. pe. & vl. Sed primi defendunt se cõtra l. ff. de le. 2. & codic. illi, §. si res, quia loquitur, quando quis emit rem sibi legatam ab extraneo, secus si ab hẽde, quo casu distinguit sit ab ignorãtia, ut si ignorabat, agat, ad pretium ex testo, ff. de leg. 1. huiusmodi. § qui seruum, arg. ff. de con. em. l. sua rei & de cond. ind. l. seruũ. Nec vr errans donasse. ff. de re. iu. cui per errorẽ, ex his pateat utile fore cõsiliũ, quod prius dedi.*

*ADDE, si fideicommissum alienatur præsente eo, cui debetur, an fiat ei praeiudicium, Bal. cons. 66. 2. lib.*

b Cum Aquiliana. *Facit de elec. causam, in prin.*

vel consorte factam ratificauerit, & approbauerit, ita dices:

FORMA. Filius quondam F. & frater A. lecto sibi & in eius presentia seriatim instr̃o venditionis factę B. filię quondam C. ab ipso A. eius fratre de quadã domo sita in tali loco inf. tales ɔfines, &c. pro pretio centum librarũ Turon. quod instrũm scriptũ est manu mei notarii subscripti, ipsi uenditioni consensit, & eandẽ uenditionem, pretii solutionem, possessionis traditionẽ, & oĩa & singula in ipso instr̃o cõtenta ratificauit & approbauit, ipsum B. in data & habita possessione confirmans, & confitens etiam, & asseuerans prædictum pretium totum cum dicto fratre suo participasse, & illud in communem ipsorum utilitatem & commodũ versum esse, & renuncians exceptioni non habiti & non participati cum fratre suo pretii sup. dicti, & in cõem eorum vtilitatem non uersi, exceptioni doli, & condictioni sine causa, in factũ actioni, & oĩ alii auxilio: nec non promittens dicto B. pro se suisque hęredib. stipulãti litem, uel cõtrouersiam, &c. ut s̃. §. 1. uer. nũc formã. vsque, quam quidem uenditionem iunge, ab ipso fratre suo factã, & oĩa & singula in prædicto instr̃o ipsius venditionis contenta, nec non omnia & singula s̃. scripta ppetuo firma, grata et rata habere & tenere, & nõ ɔ̃ facere, uel uenire per se, uel per alium aliqua cã, uel ingenio de iure, uel de facto, sub pœna centum librar. Turonen. stipulatione in singulis capitulis huius contractus in solidũ promissa, & refectione damnorum, & expensarum litis & extra: & obligatione omniũ suorum bonorum: qua pœna soluta, vel non, rata maneãt omnia & singula supra scripta. Insuper dictus M quia minor erat 25 annis, maior tamen 14. iurauit corporaliter ad sancta Dei Euangelica, p̃dicta omnia & singula perpetuo firma, rata, & grata habere & tenere, nec ɔ̃ facere, uel uenire, occasione minoris ętatis, uel minoris pretii, siue pretii non participati, aut in vtilitatẽ suã non conuersi, uel non durantis, siue alia quacunque ratione uel causa, ut in præ. l. sacramenta. & facit. ff. de nego. gest. Pomponius. C. si ma. fa. ra. hab. l. si. in prin. & §. est autẽ. C. de in integ. rest. mi. si curãtorẽ. C. ad Maced. l. fi. & de don. ĩter uir. et vx, donationes: in fi. Quibus autem iuribus sit in instrumentis renunciandum, dixi supra de renun. et conclus. uer. et quoniam. et seq.

## De venditionibus à minoribus, et ab ecclesia celebratis. Rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Instrumentum qualiter formandum sit, ubi minor uendit rẽ seruitutem debentem, & fideiussorem praestet cum iuramento.*

2 *Sacramento corporali à minore super venditione præstito, qualiter sit protestandum.*

3 *Adulto contrahenti, curatore ignorante, quare, & quo casu non sit subueniendum.*

4 *Venditio rei pupillaris fieri non debet sine licentia tutoris, vel curatoris.*

5 *Venditioni rerum pupillarium quo casu standum sit.*

6 *Instrumentũ tutoris uendẽtis rem pupilli, qualiter sit faciendũ.*

7 *Res surdorum, mutorum, mente captorum, & huiusmodi personarum. an & qualiter uendi possunt.*

8 *Instrumentum uenditionis rerum ecclesiæ ad propriam, qualiter sit formandum.*

9 *Episcopo fundum alicui uendente, qui meliorauit, an contra illũ ecclesia sit restituenda.*

1 NVNC † dicendum restat de uẽditionibus rerũ & iuramento minorum & ecclesiarum. Si igitur minor uendit rem seruitutem debentem, & fideiussorem pręstet, & iuret, instrumentum sic cõficietur:

a FORMA. a A. dedit, vẽdidit, & tradidit iure proprio, in perpetuum B. pro se, suisque hæredib. recipienti & ementi domum talem positam in tali loco, cuius tales dicuntur esse confines, & c. itẽ petiam vnam terræ aratorię positam in tali loco. q̃ esse dixit & cõuenit quinque iugerũ, & eiusdẽ tales esse ɔfines, &c. ad habendũ, & tenendum, &c. vt s̃. §. ver. sed & si plures. vsque, modo aliquo pertinente. postea iunge, saluis tñ conditionibus & seruitutib. quib. subiectæ sunt dictæ res, quę tales sunt. videlicet, ꝙ dicta domus altius, q̃ mõ, sit extolli non põt, ne domus talis, iuxta q̃ posita est, luminibus officiatur, s̃. §. 1. ver. hoc quoque. cuius prædictę domus vẽd. ię altitudo est, & potest esse. 30 pedum, & nõ vltra: dictæ vero petię terrę cõditio & seruitus est, ꝙ ꝑ ipsam petiam terrę debet esse liber aditus, item & reditus cũ personis, plaustris, bestiis & equis ad talem terram, iuxta quam hæc petia terrę posita est, pro pretio centum librarum Tur. in summa, quod pretium dictus, &c. vt s̃. §. 1. ver. nunc formam. vsque, & expedire. & iũge, & nullam restitutionem impetrare ɔ̃ prædicta, vel aliquod p̃dictorum, vel ĩ scriptorum occasione minoris ætatis, uel minoris prętii, aut pretii non soluti sibi, uel in vtilitatẽ suam non conuersi, vel non durantis, aut alia quecunque rõne, uel causa, & prędictam venditionem, & oĩa & singula s̃. scripta perpetuo grata, &c. vt ibidẽ. Insup dictus A. quia minor erat 25. annis, maior tamen 14. iurauit corporaliter ad sancta Dei Euangelia, prędicta omnia & singula firma & rata habere & tenere & non cõtra facere, vel venire aliqua rõne, vel causa. Præterea P. dicti A. precip. & mandato se principalem constituens principaliter & in solidum sine aliqua exceptione iuris, vel facti, se obligando promisit dicto B. pro se suisque hæredibus stipulanti prędictas res ab ipso A. venditas ipsi B. suisque hæredib. ab omni persona & vniuersitate legitime defendere, auctorizare, & expedire, ac se facturum & curaturum, omni exceptiõe remota, quod dictus A. prædictam venditionem, pretii solutionem, & oĩa & singula s̃. scripta perpetuo firma, grata, rataq; habebit, tenebit, & obseruabit, & adimplebit, nec contra veniet aliqua rõne, vel cã de iure, uel de facto. Itẽ quod ipse P. non dicet, uel opponet, ꝙ pro minori fuerit obligatus, certificatus, & sciens ipsum A. minorem esse, & ꝙ nullam contrariam exceptionem, uel defensionem, seu negationem iuris, uel facti specialem, uel generalẽ cõtra prędicta, uel aliquod prędictorũ in aliquo faciet uel opponet sub pœna centum librarum Tur. stipulatione promissa, & refectione damnorum & expensarũ litis, & extra, et obligatione omnium bonorum suorũ: qua pœna soluta, uel non, prędicta oĩa et singula firma perduret, renuncians beneficio nouę constitutionis de fideiussoribus exceptioni doli, conditioni sine causa, in factum actioni, et omni alii iuris auxilio, atque facti. Illud autem nota, ꝙ sacramento corporali a minore super uenditione prętito, uerba talia solent poni b:

b FORMA. Tu iuras formaliter et corporaliter ad sancta Dei Euangelia, nullã restitutionẽ impetrare cõtra prædicta, aliquod prædictorum occasione minoris ętatis, aut minoris pretij, uel pretij tibi nõ soluti, uel in tuã utilitatẽ nõ cõuersi, uel nõ durãtis, siue alia quacunq;. Sed licet hæc uerba in scr̃is soleant apponi, tamẽ in textu instr̃i in stipulationem deducunt et ponunt ante pœnã, ut s̃. patet, ut nõ tm̃ per uirtutẽ sacr̃i, sed ẽt cõuentionis et stipulationis seruent, et ad ea ẽt pœna, sicut et ad cætera referatur et committat. Puberem ergo, s. maiorẽ 14. annis sic iurantem sacr̃m repræsentat maiorem 25. annis, unde non restituitur, C. b aduersus uend. l. 1. et l. sacr̃a. et C. si min. se ma. dixerit, si alterius. † Hoc etiã scias,

### ADDITIONES.

a FORMA. 5. *ut est in summa Rolan.*

b Poni. *Rol. notat in Summa sua aureola super præ. uer.*

scias, quod si adultus cōtrahit mecum sine curatore, & iurat non venire contra rōne minoris ætatis, & ignorabam ipsum curatorē habere, ipse vero sciebat, sed me nō certificauit, vel fuit interrogatus, vtrū haberet curatorem, & cū haberet, dixit se nō habere, non subuenitur ei propter dolū commissum, arg. ff. de minor. si ex causa. §. si in commissum. & C. si min. se ma. dixi. l. j. per totum. & ideo cautum est sic addi ici in contractu.

FORMA. Talis minor 25. annis assērēs se nullū curatorē habere promisit talis decem, vel vēdidit tale prędium, & iurauit nō uenire contra rōne minoris ætatis vel quacunq; alia rōne, & est alias simile, quia si filiusfamilias asserit se sui iuris esse, postea non potest, dum cōuenitur vti beneficio Macedoniani, ff. ad Maced. l. 3. Sed si sciui eum curatorem habere, non valet cōtractus, licet ipse iuret non contrauenire, & mihi dēt imputari, quia cum tali contraxi, ff. de reg. iur. quod quis. & vide sup. de actore, ver. sed nunqd. iudex.

4 † Hoc quoque circa vēditionem rei pupillaris notandū est, quod vēdidēt de licentia tutoris, vel curatoris. Itē quod ob æs alienum, aut ob euidentē vtilitatē pupilli rem cognitā, quod ita sit, & quod nō sint res mobiles in hæreditate commodè uendendæ, & subhastentur legitimè res, id est, publicè præconizentur in loco publico, aut in contractu, vbi sitæ sunt res, siue ubi habitat pupillus ut plus offerēti detur, & quod præsēs sit creditor, qui recepturus est pecuniam pretij, ubi uēditur ob æs alienum: aut quod cā, quare uenditur, assignet, & quod ipsa uēditio fiat coram prætore, uel iudice decretum & auctoritatē interponēte, hoc probatur C. de auct. præst. l. j. 2. 3. & 4. C. de prę. uel alijs rebus minorum, l. ob æs. et l. j. & 2. & de admi. tut. l. lex, quę tutores. 4

5 Et breuiter scias, quod ubi decretū iudicis interpositum inuenitur, presumuntur oēs solēnitates fuisse adhibitæ, tamē sū quod factus uenditione, nisi pupillus ostendat iudicem falsis allegationibus circumuētū fuisse, vt C. de prędijs, vel ali. reb. min. l. & si præses.

a & l. si quidem. §. 1 ne decre. pretorū illusoria sint, ff. de iudi. si prætor. Debet enim decretum aliquid operari, ff. ad munic. l. j. ff. de leg. j. si qñ. ff. de viur. si ita stipulat. 19 dist. si Romanorum. 75. dist. huius. Vnde præsumitur ex iusta causa interpositum, & omnia solenniter acta fore, Inst. de fideius. in fi. ff. de verb. obl. sciendū extra de renunc. in præsenti a. Multum ergo operatur in talibus iudicijs decretū, ff. de minor. ait præt. & facit ff. de reb. cor. l. in fin. pri no respon. & l. magis. §. manet. Argum. tamen contra. C. eo. ob æs. Sed dic, quod satis probat emptor iustam causam subfuisse, eo ipso quod decretum ostendit. Item cōtra, eo. tit. verē. & l. si prędium. Sed in illis non fuit interpositū decretum. Sed quid si iudex interposuit decretū sine causæ cognitione? de hoc ī. de proc. §. si ver. sed quid si solū.

6 † Si igitur tutor vēdit rem pupilli, super hoc sic instrm conficietur:

b FORMA.[b] Cum A. pupillus filius & hæres quōdā B. teneretur hæreditario debito in centum libras Turonēs. C. matri suæ pro dotib. suis ex instrumēto scripto manu talis notarij, item 40. lib. Turonen. ipsi matri suæ à dicto eius patre iure legati eius testō relictis, scripto manu talis notarij, & vrgente ipsa creditrice credi.tum sibi solui, oporteret pro ipso debito soluendo aliquā ex dicti pupilli possessionibus vendi, eo quod in ipsius hæreditate aliquæ res mobiles cōmodę vēdēdæ ad ipsius debiti satisfactionem non essent, & infra scriptam rē uendere potius, quā alteram ex possessionib. dicti pupilli rā rōne pretij, quā rōne vsusfructus vtilius sit eidem, atque infra scripta re legitimè subhastata, non appareret quisquam alius, præter infra scriptum emptorem, qui plus infra scripto pretio offerret, vel dare vellet, prout de ipsa subhastatione patet per publicam scripturam manu talis notarij de his omnibus & singulis ea ita vera esse, tali iudici tam per inuentarii ostensionem, quam alias plenissimè fide facta: idcirco d. tutor dicti pupilli, vt patet eū tutorem esse tam ex dicto testamēto, quā ex instrō super decreto eiusdem tutelę scripto manu talis notarii ante ipsius iudicis præsentiā cōstitutus tutorio nomine ipsius pupilli dedit, vēdidit, & tradidit iure proprio & in perpetuū E. pro se suisq; hæredibus recipiēti, & ementi talem petiam terrę vineatę, positam in tali loco, quam idē tutor esse dixit & cōuenit decem iugerum, ita tamē quod si plus fuerit, cedat in hanc venditionem emptore pretium addente pro rata: si vero minus pro rata pretiū admittat vel restituet si fuerit solutū, & eāsdem tales esse pertines, &c. ad habendum & tenendum, &c. vt sup. §. 1. ver. nūc forma vsque, requisitione. post iunge, ipsi pupillo, ex ea, vel pro ea re, aut quoquo modo aliquo pertinēte pro pretio decem li. Tur. pro quolibet iugere, qđ ī summa capit cētū lib. Tur. de quo pretio dictus emptor manualiter prædicti tutoris ibidem in pręsenti dedit & soluit dictę dominę C. decem lib. Tur. in satisfactionem eius, qđ ex dote & legato prędictis à dicto pupillo hr̄e debebat, prout ipsa domina C. confessa & contēta fuit tantā esse quātitatem, dicto instrumēto dotium ab ea dicto tutori restitutio ibidem, quod ex nūc esse voluit inefficax & cācellatum: residuum vero dicti pretij idem emptor dicto tutori persoluit in vtilitatem dicti pupilli specialiter conuertendum, prout idem tutor confessus fuit tātam esse quātitatē, quam rem idem tutor tutorio nomine ipsius pupilli se pro ipso emptore & nomine eius constituit possidere, donec ipsius rei, &c. vt ibidem vsq; promittens. iunge, tutorio nomine ipsius pupilli, dicto emptori pro se suisq; hæredibus stipulanti, & vt ibidē vsq; & singulis firmiter obseruādis. iunge, idem tutor obligauit dicto emptori omnia bona dicti pupilli, Cæterum ad robur omnium prædictorū dictus iudex prędictę venditioni, solutioni, & omnibus & singulis supra dictis suā & talis curiæ auctoritatem interposuit, & decretum ad hāc formam accedit, C. de admi. tut. l. lex, quæ. & l. fi. ff. de fur. interdum §. qui tutelam. C. de pręd. si minor. si quidē, & l. ob æs. & l. prędia de admi. tut. qui repertorium. §. si tutor. C. pro pub. pensi. l. fi. §. si aūt minoris. ff. de auctoritate pręst. etiam.

7 † Et no[c], quod

c si contigerit curatorem surdi & muti, furiosi, vel mente capti rem huiusmodi personarū vēdere, cū talis curator habeat facere inuentariū, & rōnem administrātionis suæ reddere, ad boni pretoris solertiam & cautelam spectabit, quod eædem solennitates in ipsa venditione seruent, vt in præcedenti venditione rei pupillaris diximus, & hoc ēt emptor hēt pro maiori sui securitate fieri procurare. Sed quia huiusmodi vēditiones raro cōtingunt, huius instrumenti per ordinem series omittitur, quia si contigerit, poteris illud elicere, mutatis personis satis leuiter ex prędio. Cæterum si res ecclesiæ ad proprium vendatur, sic instrumentum cōficietur,

d FORMA.[d] Quoniā talis ecclesia tales domos habebat iuxta se positas, quę ruinam & præcipitium minabantur, quas domos pp hoc, & quia eis melius constructis & ędificatis percipiētur ex ipsis vberiores redditus pēsionum, & fiet locupletior ecclesia sup. dicta, oportebat ex necessitate & magna vtilitate construi & adaptari, & quoniam non existentibus in ipsa ecclesia aliquibus rebus mobilibus ad hībēdam pro ipsa cā pecuniam commodam de distrahēdis, alienatio & vēditio infra

## ADDITIONES.

a l. & si præses. *Et, vbi dr̄, si hoc ostenderit, dabitur minori actio in rē, vel personam hoc patet ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. l. magis. §. pe. Hoc scias, quod si personam egerit contra tutorem, curatorē, & consecutus est interesse, contra emptorē agere non poterit, ff. de reb. eor. qui sub tut. illicitē.*

b FORMA. *12. in char. 3.*

c Et no. *secundum Rol. continuè ad prædictam formam.*

d FORMA. *Rol. 47. char. pe. par. 1.*

inf. scriptæ rei minus erat ipsius eccłæ dãnosa, imo magis vtilis & necessaria, q̃ alterius possessionis eiusdẽ vt hæc oĩa vera esse A. capellanus rector eccłę ipsius ĩ verbo veritatis & fidei affirmauit, quinq; patronorũ ipsius eccłæ & uicinorũ ibid. præsentiũ testimonio, ẽt hoc habet: de eo licentia & auctoritate obtẽta à patre venerabili epõ tali de inf. scripta uenditione & alienatione faciẽda P. emptori, vt patet ĩ publica scriptura inde facta manu talis notarij, atque infra scriptis patronis ipsius ecclę, s. B. & C. ẽt infra scriptis vicinis, videlicet
a D. & C. & S. ꝑpter hoc congregatis ibidẽ specialiter a B. capelanus & rector ipsius ecclesię pro se ipso suisq; successoribus, uice & nomine eiusdem ecclesiæ, præsentib. & consentientib. patronis uicinis p̃dictis, dedit uẽdidit, & tradidit iure proprio in perpetuũ G. pro se suisque hæredib. recipienti unam petiam terrę uineatę positam in tali loco quam esse dixit, & conuenit decem iugerum, & eiusdem tales esse cõfines, &c. ad habendũ, tenendũ, &c. ut in p̃cedẽti forma usque, centũ libras Tur. postea iũge, q̃ pecunię quãtitatẽ dictos emptor de mandato dicti dñi capellani & prædictorũ patronorũ, & uicinorũ dedit & soluit ibidẽ ĩ p̃sentia tali tali magistro, cui dictus capellanus ante dictum opus ipsarũ domorũ reficiendarũ & ędificandarum locauit ad summam pro cẽtum lib. Tur. soluẽdis eidem ab ecclesia supra dicta, vt patet instro. scripto manu talis notarij, quam rem venditã idem capellanus se dicti emptoris uice & noĩe cõstituit possidere, donec ipsius rei possessionem acceperit corporalem, q̃ accipiendi sua auctoritate, & retinendi deinceps ei licentiã oĩmodã dedit promittens pro se, suisq; successorib. noĩe dictę eccłæ ipse emptori ꝑ se suisq; hæredib. stipulãti, litem & cotrouersiã ei, vel eius hęredib. &c. ut ĩ eodẽ instro: excepto, ꝙ facias ipsum capellanum obligare oĩa bona ipsius ecclesię. Bene dixi De cõsensu epi., al ter. n. nõ ualet uenditio facta per rectorem ecclesiæ, uel etiã per abbatem, ut 12. q. 2. placuit. & c. abbatib. 17. q. 4. in uenditionibus. Accedit ad hãc formam C. de sacran. eccl. iubemus nulli. & 10. q. 2. hoc ius porrecto & iura induc ta j de locato, uer. sequitur. §. porrò. † Pone, ꝙ eps uẽ
9 didit fundum Titio, ille meliorauit fundũ, quęritur, an eccłæ possit restitui ꝯtra ipsum, cũ epi. hẽat bona pa
b trimonialia, Dixit Vin.[b] quod non, nisi ecclesia uelit oẽs impẽsas reficere. hẽt. n. auxiliũ ꝯ. epm, uel turorem qui soluendo est, ff. de mi. intra utile. §. uentib.

IN Anteriorib. instrumentorũ formas tradidimus consequens est igitur, ut in hac materia libellos concipiamus. Primo igitur formabimus libellos sup actionibus empti & uenditi, secũdo super rescissionib. emptionũ & uenditionũ, tertio de actione præscriptis verbis subiiciemus, quarto uero de euictionib. dicemus.

ADDITIONES.

a Specialiter. *Honestum est hoc, & satis expedit emptori, nõ tñ est necessariũ. Et no. qd hic loquitur de capella, vel ecclesia collegiata, alias dẽt fieri sollennis cõtractus per collegium, cuius formam vide inf. ti. prox. §. 2. ver & scias.*

b Vin. *de re. ecc. non alie. c. 2.*

De actionibus empti & venditi. Rubrica

*SVMMARIVM.*

1 *Actio ex empto ciuilis est, & emptori contra venditorẽ cõpetit si illã rẽ emptori tradat. uel intereße, & libellus in ea qualiter sit formandus.*

2 *Positiones Actoris & rei, ubi agitur actione ex empto qualiter sint formandæ.*

3 *Emptori per præcedentẽ actionẽ ex empto, sicut succurrendũ est, ita & uenditori per actionem ex uendito.*

4 *Libellus qualiter sit formãdus, ubi ẽt tenetur ad fruct. seu usuras*

5 *Libellus quãlis esse debeat, ubi uẽditori fuit fundus adiudicatus.*

PRIVS Igitur uidẽdũ occurrit de actione ex empto, q̃ ciuilis est, & cõpetit emptori contra uenditorem ut rẽ emptam tradat, uel interesse p̃stet, ff. de actio empti
a & uend. l. 1 a. & l. ex empto. in prin. ĩ qua sic libellus concipitur:

1 LIB. † Coram, &c. cõqueror de P. à quo peto, vt tradat mihi Digestum vel talẽ rem, quã ab eo emi pro decẽ, faciatq; me in possessione potiorẽ: & ad hoc propono actionẽ ex empto: & hoc secundum M. & illos, qui dicunt emptorẽ teneri ad rei traditionẽ. ff. de cur. fur. l. si filio. Inst. de donat. § venditæ. extra. de ti. mil. cũ Ioã
b nes. prope prin. b. ff. de rei vend. qui restituere. Alij, ut
c Azo c. dñt ad interesse tãtum agi, secũdum quos sic libellus concipitur:

LIB. Corã, &c. conqueror de P. à quo emi Digestũ, vel talẽ rem pro decẽ: vnde ago cõtra eũ ꝙ rẽ illam mihi tradat, quã si mihi nolit tradere, peto interesse meũ ab eo, qđ æstimo viginti, & ad hoc, &c. ff. e. l. 1. & l. si traditio. Alij, ꝙ ad vtrunq; & s̃m eos sic cõcipit libellus:

LIB. Corã, &c. conqueror de B. qui talẽ rẽ mihi uẽdidit pro x. vnde ago cõtra eũ, aut rẽ mihi tradat, & potiorẽ me ĩ possessione faciat, & interesse meũ, id qđ est
2 20 prestet: & ad hoc, &c. † Actor ergo sic ponet.

POS. act. Pono, ꝙ talẽ rem mihi vẽdidisti. Itẽ ꝙ pro certo pretio, puta pro decẽ lib. Probantur hæc ff. de re-
d rum permu. l. 2. ff. de cõtrahen emp. l. 1 d. & l. pacta cõuẽta. §. pe. C. eo. ti. empti. Itẽ quod hoc vt pretium, seu quantitas interuenit, ff. de cond. causa da. l. fi. de leg. 2. si
e certos item ꝙ res vendita fuit certa ff. eod. c nec emptio. & l. si debitor. §. si Item ꝙ de ea põt hñi cõmerciũ ff. de ꝯhen. emp. Sed Celsus. §. 2. & l. si emptorẽ. §. omnium rerum. & §. liberorum. Item ꝙ sint tua de ꝯhen.
f emp. suæ. & l. si in emptione. §. rei suę. Item ꝙ es talis s. qui potes ꝯtrahere. ff. de contrahen. em. l. 2. in prin. & l. non licet. & l. qui officij. Item ꝙ vendidisti pure. extra de fi. inst. cum Ioannes. Itẽ ꝙ sine scriptis, Inst. de emp. & ven. in prin. Item sine conditione, ff. de fide inst. l. cõtractus. ff. de peric. & commo. rei. ven. ꝙ si pendente. Item ꝙ sæpe requisitus rẽ vẽditam tradere recusasti. Item ꝙ T. fuit missus in possessionem rei, quã mihi vẽdidisti causa legatorum, de ad emp. l. 2. & l. ex empto. §. j. ff. de rer. permu. l. 2. Itẽ ꝙ pretiũ tibi soluisti, uel soluere sum paratus, ff. eoe. Iulianus, §. offerri, & ar. in pręl. ꝙ si pendente. Reus uero sic:

PO. rei. Pono, ꝙ rẽ illã uẽdidi M & tradidi. ergo uẽ nõ actori, eX. de p̃sump, nõne. ff. de iud. cũ p̃tor. C. de p cur. maritus. Itẽ ꝙ tu & ego in hac uẽditione dissentimus. ego aũt sentiebã de codice, tu de Digesto, Inst. de ob. q ex ꝯs. ex na. si cer. pet. si ego. 29. q. j. c. j. Itẽ ꝙ speciẽ debebas mihi ꝓ illa re dare, & sic nõ erat emp. ff. depo. l. j. §. si qs seruũ. in prin. Itẽ ꝙ illius rei tibi denegat cõmercium.

ADDITIONES.

a L. 1. *Vbi plene de hoc no. & etiam forma libelli, & quare interesse uenıat in hoc casu.*

b Prope prin. *Et uide, quod ibi scripsi sup gl. 2. & Pileus sua q. 109. concor. Mar. de Hos. ibi dixi, item la. de Ra. & Pet. & not. Cy. in l si traditio. C. de act. emp. ubi plene per O los. in ul. q.*

c Vt Azo. *But. Io. & Hug. Ia. Bal. Gui. de Suz. quod ẽt tenet Acc. ubi sup. sed inst. de cõtrahen. em. angl. caute. dicit, accedit opinioni Mar. qñ facultatem habet, uel culpa, uel in fraudẽ emptoris procedat opinio contraria, bis cessantibus nec ad intereße tenetur, ut eo. ti. §. eum autem.*

d l. 1. *super C. eo. ti.*

e ff. eo. *super C. eo. ti.*

f Talis. *Sup. ipse uenditor, uel de emptore intelligit, unde nõ debuisset mutare uerba Ros. qui dixit, item quod persona contrahentes sunt tales, & c. sed forte id facit propter quartam positionem rei.*

a mercium a. Item q sum pupillus. Itẽ quod vendidi sub cõditione, quæ nondum extitit. Item q cõtractus fuit in scriptis celebratus, & scriptura non est facta. Item q
3 sæpe requisiui pretium, sed soluere negasti. † Verum b
b sicut emptori per præcedentẽ actionem ex empto succurritur, & venditori per actionem ex uendito ciuilem ff. de act. emp. & ven. l. Iulianus. §. ex vendito. in qua, sic concipitur libellus.

LIB. Coram, &c. conqueror de P. cui uendidi equũ, vel domum, vel librum pro decem: vnde ago cõtra eũ, vt soluat mihi illa decem: & ad hoc propono actionem
c ex uendito, vt in præ. §. 1. Si uero tenetur ad fructus, uel
4 vsuras, concipitur sic libellus:

LIB. Coram, &c. conqueror de P. cui vẽdidi seruum Titium pro x. vnde ago contra eum, vt illa 10. mihi soluat, & usuras, scilicet tres libras, quæ cucurrerunt ex mora post diem venditionis. Item quatuor libras, quas expendi pro refectione domus, uel in infirmitate serui: & ad hoc, &c. ut in præ. §. & ea. l. possessio ac. n. & §. præterea. & ff. de usur. l. liberalitatis. Sed cum usuræ sint hodie indebitæ, vt extra de usu. cap. c. 1. 2. & 3. ideo quidam petunt loco earum interesse, ut ext. de for. comp. dilecti,
5 de hoc supra, & de fruct. & interesse. §. sequitur. † Si uero uẽditori fuit fundus adiudicatus, sic cõcipitũ libellus:

LIB. Coram, &c. conqueror de P. cui uendidi partẽ fundi pro 10. lib. Tunc quam cum T. communem habebam pro indiuiso, et T. ille me prouocauit ad iudicium communi diuidũdo, in quo pars illius fundi mihi fuit adiudicata pro 10. lib. unde ago contra eum, ut soluat mihi 20. lib. uidelicet 10. pro parte mea, quam uendidi, et alias decẽ libras p parte T. mihi adiudicata. et ad hoc p-
d pono, etc. ut in præ. l. Iul. §. fundi. alias in §. Celsus d. H. c autem pones, ut in præ. actione dixi.

ADDITIONES.

a Commercium. *Dat Rof. exemplum decr. ult. de Iudæis, in pri.*
b Verum. *Aggreditur secundum utriusq; rubricam de act. ex uendito. & Rof. fuerunt omnes libelli.*
c Vt in prædicto. §. *si emptor. ite condemnatus post rem iudicatam opponat ad impediendam executionem, rem non traditam, ut se sup. de sent. ex. in ult. col. uer. item pone.*
d Celsus. *Et ff. cõi diu. l. cõmuni diuidu. §. si debitor. dixit Rof. q est mirabile, quod hoc casu per actionem ex uendito compellaris totum emere, contra regulã C. de iur. delib. nec emere. & de contra hen. em. l. inuitũ. Sed dic hoc in multis casibus ex causa contingere, qui no. in præ. §. Celsus in gl. Huius autem ratio est, quia uendens gessit negotium emptoris, qui habuisset id facere necesse, si res tradita fuisset de communi diuidundo iudicium prouocato.*

De rescindendis uenditionibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Actio redhibitoria prætoria est, & competit emptori fraudato,*
2 *Petitiones qualiter sint in actione redhibitoria formanda.*
3 *Venditor quo casu teneatur emptori pretium restituere.*
4 *Actio quanto minoris, prætoria est, & quo casu locum habere dicatur.*
5 *Venditor quibus casibus de actio animi teneatur.*
6 *Ementi rem uitiosam qualis actio competere dicatur.*
7 *Venditore uitia rei uenditæ exprimente, an emptori competat aliqua actio.*
8 *Dolus cum dolo compensatur.*
9 *Venditor insidiose uitia rei uenditæ emptori exprimens, an teneatur redhibitoriæ.*
10 *Deceptus in uenditione ultra dimidiam iusti pretii, qualiter agere debeat.*
11 *Emptori rẽ pluris, q ualeat, emẽti, qua actione succurrendum sit.*
12 *Emẽti sciẽter rem ultra dimidiã iusti pretii, an sit succurrẽdũ.*
13 *Lex 2. C. de rescin. uendi. an locũ habeat in contractu locationis, aut permutationis.*
14 *Lex 2. C. de rescin. vend. an in transactionib. locum habeat, aut in feudi cõcessione, aut in concessione in emphyteosin.*
15 *Venditore iurante non uenire cõtra uenditionem, an uti possit beneficio l. 2. C. de rescin. uen.*
16 *Lex 2. C. de rescin. uen. an locum habeat, ubi emptor rem alij iã uendiderat.*
17 *Dolo in contractu uenditionis interueniente, qualiter sit agendũ.*
18 *Actio in factum ædilitia prætoria quib. casib. competere dicatur.*
19 *Actio in factum ædilitia cui, & quo casu competere dicatur in causa uenditionis. & nu. 22.*
20 *Datio in solutum comparatur emptioni.*
21 *Emptio pretij interuentionem requirit.*
22 *Actio in factum ædilia competit pro ornamentis ab emptore restituendis.*
23 *Venditionem pronunciari nullã, an per beneficium restitutionis in integrum possit in libello peti.*
24 *Denunciãs alicui, ne talem fundum emat alio, qui a suus non est ac si uendatur, possit recuperare.*
25 *Prædictiones in causa uenditionis qui operentur.*
26 *Ius alicuius uacillare dicitur eo ipso, quod aliquid sibi nunciatur seu prohibetur.*
27 *Denunciatio quo casu uenditionem non dicatur impedire.*
28 *Iudex an possit alicui inhibere, ne rem suam uendat.*
29 *Res litigiosa an possit alienari.*
30 *Prohibente aliquo aliquid emere, quia non est uendentis, an emens possit accusari de iniu. uel inuasione.*

1 HVNC dicendum erit de rescindendis venditionibus, † Sciendum est igitur, q emptor equi morosi, vel retrogradi, vel qui est in causa redhibitionis, potest agere redhibitoria actione
a prætoria a, & sic concipitur libellus:

LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui mihi vendidit equum talis coloris, puta nigri, vel albi, q quidẽ equus est retrogradus, vel alio modo morbosus, vel seruum morbosum, vnde quia prędictus equus, vel seruus est ĩ causa redhibitionis, ideo ago ad ipsum redhibendum, quod oĩa retro agantur cum accessionibus suis, vel q decem, quæ nomine pretij sibi dedi, mihi cum omni accessione, & causa, & dãno, & interesse restituantur: & ad hoc actionem redhibitoriam propono, & super his mihi peto iustitiam exhiberi. hæc forma probatur ff. de ędil. edi. redhibere. & l. cum aũt. §. Iulianus. & l. bouem. & in aliis legib. illius tit. Actor ergo sic ponet:

a PO. actor. † Pono, q posita in libello fore petere possum. sed hæc positio iuris est. Itẽ q uẽdidisti mihi equum talem, uel permutasti, ff. eo. l. 1. in princ. & l. sciendum. §. deinde: Item q equus ille est retrogradus, vel habet suspirosum, vel gallas, vel alium morbum, ff. eod. ob quæ. §. idem. Pomponius. Item q morbus ille erat latens, nec apparebat tempore uenditionis, ff. eo. l. 1. §. sed si intelligitur. ff. de contrah. emp. ea, quo commendandi. Item quod morbus ille fuerat ante uenditionem ff. eodem quero. §. si. Reus uero sic:

PO. reus. Pono, q hunc equum non vendidi tibi, sed dedi, ff. eo. a res donatas. Item quod vitium patens erat tempore uenditionis. Item quod agnoscebas q habebat aliquod vitium, vel magagnã, ff. eo. l. 1. §. ca. si hoc confiteatur actor, vel quia cognouit vel quia dicit se ministrum in cognitione tali, non aget redhibitoria. Item q transiuit 1 annus utilis a tpe uenditionis & cognitionis
b morbi, ff. e. sciendũ. & l. cum sex b. Itẽ q morbus ille accidit

ADDITIONES.

a Pretoria. *In qua secundum Rof. sex sunt necessaria, quę colligas ex positionibus.*
b Cum sex. *Lex ista & pręd. l. in fi. nõ dant nisi sex meses utiles redhibitoriæ, sed quanto minoris, dat annum. Rofred. tamen posuit, ut dicit auctor. Est sciendum quod meo tempore Fran. Acc. disputauit quæstionem, an perpetuetur redhibitoria, si contra venditorem agentem ex vendito ad pretium, emptor excepit

consequi,& se tueri, & oīa,& singula facere, quēadmodū ipse poterat: & promittēs ipsi B. pro se suisq; hr̄dib. stipulanti prædictam uenditionē,cessionē,& cōcessionē,& oīa & singula s. scripta perpetuo firma,grata,&c. vt s. uer. nūc formam. usq; in fi. Si uero fiat solūmodo promissio de defensione rei in casibus prędictis, nō fit necessariū cessionē prędictā fieri, sicut est uenditor,qn̄ reuendit ex pacto emptori rem, q̄ ab eo emerat, tunc cessionē prædictam nō faciet. sed oīa alia scribes, sicut sup.usq;, & quia actum est,&c. in quo loco sic dices,hic expressim inter eos actum,& ipsi A. ab eodē B. per pactum remisso, q̄ idem A. uel eius heredes non teneantur de euictione sibi ipsius rei,vel pretii restōne in aliis casibus prędictis,quam venditiōnem,& omnia, & singula supra scripta promisit,&c. C. de pact. inter emp. & 70 uen. l. 2. ff. ad Velle. tutor. in prin. † Sepe quoq; contingit,ut emptor faciat pactū uenditori de reuēdenda illi re empta, ff. de contrah. emp. & uen. qui fundū. ff. de ac. emp. & uen. si sterilis. §. sed & si ita. ext. de emp. & uen. ad nostram. in quo sic instrumentum concipitur:

a FORMA. [a] Cum A. uendiderit B. talē domū sitā in tali loco,cuius hi sunt cōfines,&c. pro pretio centū lib. Turo. ut patet in instr̄o scripto manu talis notarii inde cōfecto, hoc tn̄ inter ipsos extitit actū & conuentū, q̄ videlicet prędictus B. pacto promisit & cōuenit A. pro se suisque hr̄dibus stipulanti, q̄ si dictus A. hinc ad unū mensē dicto B. pretiū restituerit su. dictū, eādē domū idē B. sibi p ipso pretio restituet atq; uēdet,& chartā uēditionis faciet de re ipsa,ac in ipsius rei possessionē corporalē eū restituet & reponet,ita tn̄, q̄ in dicta vēditione tunc ipsi faciēda promittet eidē B. de legitima ipsius defensione rei solummodo ab illis personis, quib. ex cōtractib. uel obligationib. ab eodē B. initis esset res eadē obligata,uel quib. ex persona eiusdem B. foret in ea ius aliqd acquisitū. Quod si hinc ad unū mēsem idē A. dicto B. pretiū nō restituerit antedictū,ex tūc dictus A. ad eandē rem restituendā & uendendā eidē A. nullatenus teneat, sed ante dicta vēditio ab ipso A. dicto B. facta firma & incōmutabilis & perseueret conditione p̄dicta,& pacto nullatenus nō obstāte, qd̄ ex tūc inefficax sit,& idē B. ab eo penitus absolutus, quia actū extitit inter eos: quæ oīa & singula s. scripta promiserūt uicissim, scilicet vnus alteri,&c. ut su. in primo instr̄o huius tit. † Si uero res uendita reuendatur, sic instr̄m con- 71 ficietur:

b FORMA. [b] Cū A. uendiderit B. talē domū sitam in tali loco inf. tales cōfines,&c. p tali pretio, vt patet in instr̄o scripto manu talis notarii, ac postmodū ex pacto inter eos facto dictus B. promiserit & cōuenerit ipsi A. dictam domū ei restituere & vēdere, si de hinc ad vnū mensem primum ipse A. pretium restituerit ante dictū, ut hoc patet in alio instr̄o scripto manu eiusdē notarij, dictus A. oblato dicto p̄tio denūciauerit ipsi B. intra dictū terminū, q̄ ei ex forma dicti pacti dicta domū restituat atq; vendat, volens ipse B. pmissionem a se factam fideliter adimplere, dedit, uendidit,& tradidit iure pprio in perpetuū dicto A. pro se suisq; hęred. bus recipienti dictā domum ad hn̄dum, tenendum,&c. ut s. versic. nunc formā. mutato solo capitulo de legitima defensione, quod capitulū ita pones, sicut dixi s. versic. 72 prox. † Plerunq; contingit, ut plus, uel minus inueniatur in terra vendita, q̄ conuentū, vel expressum fuerit inter contrahentes, si plus instr̄m conficietur:

c FORMA. [c] Cum A vendiderit B. quandam petiam terræ aratoriæ sitam in tali loco, cuius tales dicūtur cōfines,&c. pro pretio 10. lib. Tur. pro quolibet iugere, & eandem esse cōuenerit & dixerit 20. iugerū, salua rōne pluris minorisve: vel sic,& eandem esse conuenerit,& dixerit 20 ita tn̄, q̄ si plus fuerit, cederit in ipsam venditionem, emptore pretium addente pro rata, si minus, pretium diminuetur pro rata, ut hæc patent in instr̄o scripto manu talis notarij inde cōfecto. Si in ipsa re de cōi cōcordia mensurata repertum sit vnū iugerū plus quantitate cōuenta,& expressa ī instr̄o vēditionis eiusdē, prout utraq; pars asserit,& cōfessa est, idem B. corā me notario & testib. inf. scriptis dedit & soluit ipsi A. 10. lib. Turō. put ipse A. cōfessus fuit tantā esse quantitatem, p pretio dicti iugeri reperti fuit tantā esse quantitatem cōuentā in instr̄o venditionis, vt dictū est, q̄ solutionem,& oīa,& singula supra scripta pmisit idem A. dicto B. p se suisq; hr̄dibus stipulanti perpetuo firma rata habere & tenere, nec ɔtrafacere, uel venire p se, vel p aliū aliqua cā, vel ingenio de iure, vel de facto sub pęna 30. lib. Turo. &c. Si vero minus repertū fuerit quātitate cōuenta, debebit venditor restituere pretiū emptori p rata. & de ipsa restitutione fiet instr̄m hoc modo, incipiens enim, vt p̄cedenti instr̄o, & cōtinuabis totū vsq;, inf. scriptis dedit. hoc saluo, quod ubi dicitur ibi, plus, dic minus, & ubi idem B. dic, idem A. post iunge & restituit ipsi B. 10. lib: Turo. secundum quod capiebatur,& erat pro rata dcti ingeri reperti minus quantitate conuenta in instrumento uenditionis, ut dictum est q̄ restitutionem & solutionē, omnia,& singula su. scripta promisit dictus B. ipsi A.,&c. vt supra, hæc forma p batur extra de donat. per tuas. ff. de contrahen. emptio. 73 si fundus infra de patoch. versicu. & quia. † Super quo

d not. [d] quod cum uenditio fiat ad mensuram, puta expressa quantitate & mensura rei uenditæ, diminuitur pretium

ADDITIONES.

a FORMA. *Hæc remissio non suffragatur ad duo, q̄ deficere hic uidentur, s. quod iste non promittit se facturū, quod fratres habebunt ratū, uel non fit mentio de requisitione & expectatione ... f̄m dicta in c. potuit. de loca. Prima est uera, forte uendens se noluit ad id obligare, et erat soluēdo, pp qua contentus fuit emptor, cui tn̄ tutū esset, quod fieret ratificatio, cuius formā ut de ult. in §. tertio loco. Ad f̄m dic, quod honestum fuisset exprimere, tn̄ satis est, q̄ de illis posset constare. nullo enim imponitur necessitas id exprimendi in uenditione. Circa primum Q. f. q. 44. format nouum casum, s. de illo, qui pro se & fratre uendidit domum promit tens emptori sub pœna c. lib fratrem ratificaturum, fecit emptor pactum uenditori de concedenda sibi, & fratri domo non tra omnem hominem, redijt frater, petijt sibi domum concedi, ut promiserat fratri, quod ille facere noluit, pp qd̄ frater uendicat dimidiam domus, emptor a uenditore petit pœnam c. librarum. satis intricata est qō, et obscura, quo ad cōcessionis cām, pp quod in illa non insto, quia uideri pōt. Soluit fratrem uenditorem absoluendum, quia ratificat frater petendo f̄m pacta uenditionis sibi concedi, uel commodari domum, ff. de euic. quidam ex parte. & de reb. eorum, qui sub tut. uel cu. sunt, l. illicite. et debuit in ea parte absolui a petione fratris, qui sic ratificauerat pro tacita ratificatione alle. ff. de inoff. te. l. si. et l. Papinianus. §. si conditione. parere in his non isto, quare concor. de re iud. quod ad consultationem. in 2. gl. & de his, qua fiunt a ma. par. cap ex ore. in gl. pen.*

*ADDE, quod si iste frater, qui uendidit rem communem cum fratre, non potest tradere, nisi partem, an emptor aget de euictione, uel aliter? uide Rom. consil. 396.*

b FORMA. 24. *Rolan. 23. & sup. quando fiunt duo instrumēta, sed quandoq; pactum opponitur in instr̄o uenditionis, & disputauit Alb. Gal. qonem de uenditore fundi, qui promisit emptori de euictione dupli, & erat pactum de recuperando rem restituto pretio intra annum, intra quem fundus emptori euictus est & restituitur petitori, facta prius denunciatione uenditori, agit emptor ex stipulatione ad pœnam dupli, uenditor offert pretium, ut euitet dupli pœnam, quæritur, possit? & tenet quod sic, soluendo pretium, vt conuenit, cum extet casus, quo pactum potuit uires habere, imo si soluisset, repetere posset, per l. quoties. ff. de iur. dot. & l. cum autem. ff. de ędil. edi. §. penult.*

c FORMA. 25. *Rolan. 24.*

*FORMA. 26. Rolan. 25. & sequentes.*

d Nota. *Secundum Rolan. in Aureola super primo instrumento.*

pretium pro numero iugerum, quæ desunt, ff. de acti. emp. & uend. seruum. §. 1. quod verum est, vbi pretium pro singulis iugeribus est statutum: vt supra versic. primo igitur.
74 † Si vero tota possessio vendita sit generaliter pro eodem pretio: puta vendo tibi hunc fundum, qui est 10. iugerum, pro centum lib. tunc si non inueniantur tot iugera, habetur ratio bonitatis. Idem est, si minus in qualitate inueniatur: vt si dixi, uendo tibi hāc petiā terrę 10. iugerū, inter quę sunt quatuor iugera vineata: si n. nō sunt quatuor uineata, habet rō bonitatis, ff. eod. si in qualitate. & l. si fundo uendito. & l. si duorū. & ff. de euict. si fundo vēdito. & l. si duorum. & l. si fundo tradito. & sic minuitur pretium, vt sup. dictum est: & econtra, si plura reperiantur, quam sit dictum, addet pretium pro rata: quia eadem debet esse ratio contrariorum, argu. ff. de leg. 3. l. fi. in fi. & argu. ad hoc ext. de donat. per tuas. Cautela tamē est, q hoc in instro exprimatur, ut patet supra in forma licet ita sit de iure com
a muni a. Hoc tamen nota, q si fundo vendito cohærent littora, aut viæ publicæ, aut nemus publicum, non cedunt in mensuram, licet ad commodum pertineāt emptoris, ff. de cōtrah. emp. l. littora. nisi cū specialiter actū sit, ff. de princ. & cōmo. rei uen. id, quod §. 2. De periculo aūt venditarum rerum dic, ut ī. de ob. inter. si uero debitum. & seq.
75 † Vltimo no. quod si emi à te 10. corbes tritici, nec fuit actum, ubi illos præstare debes, non teneris portare ad domum meam, nec præstare, nisi ubi tua interest, ff. de posi. si in Asia. §. 1. ad idem ff. de rei vend. si res mobiles. ff. de eo, q cer. loc. l. 2. § non itaq; C. ubi in rem ac. l. fin. 2. quęstio. 1. si peccauerit. in fin. Argumen
b contra 16. q. 1. reuertimini b.

## ADDITIONES.

a De iure cōmuni. *Hic quæritur, si venditor, donator, uel testator dixit Vendo, dono, uel lego tale prædiū intra tales confines, qd est 56. iugerum, repeniuntur 55. quæritur, quid de illius 5? Et aduerte, q facilius in donatione & legato procedit qō, quam in emptione, quia in illis non exprimitur pretium, in emptione sic, & si taxatur, uel non taxatur per iugera, expeditum est sup. in his enim habetur ratio pretij. Occurrit ergo plus dubij in alijs casibus, vbi non est pretium, & videtur quod sola iugera numerata veniant ad emptorem, donatarium, uel legatarium, per l. penultim ff. de actio. empti. & vend. & de contrahen. emptio. l. comprehensum. An lui Domi. meum tenere contrariuia per l. ff. de lega. 1. si fundum sub conditione. § si libertus. in fi. & de leg. 2. cum pater. §. pater, qui filio. Dicebat ergo, multum differre, an prædicti contentum sunm exprimētes incipiant a nu. uel mensura, & tunc nil plus ueniet. facit ff. de lega. 1. si quas testamento. in princ. an explicet per nōia designantia certam speciem, vel corpus determinatum, licet id postea mensuretur. tunc. n. mensura est loco demōstrationis, quæ falsa est, nec vitiat, nec minuit cui adiectatur ff. de le. 1. si seruus legatus, qui quinque. de le. 3. his uerbis pater. de condi. & demonstratio. C. de fal. cau. adie. l. 1. & per totum. ad prædicta bene facit l. si venditor. ff. de act. em. & uen. & q. 10 l no. eo. 1 1. l. pe. §. fi.*

*ADDE, si legatur, uel donatur fundus 10. iugerum, & plus vel minus reperiatur, quid sit Old. consi. 195. in 1. uolu. Quid autem, cū sit venditio, vide Pau. de Ca. consi. 301. & 7.*

b Reuertimini. *Et 5. quæst. 2. c. 1. de decim. 1 loquuntur, quam debitor portare debet ad horreum sacerdotis, & vtrobique de hoc uide inf. de deci. in fi.*

*SVMMARIVM.*

De securitatibus, quę super venditionibus interponuntur.

1 *Dubitans, an res, quæ venditur alteri data, uel obligata sit, qualiter instrumentum faciet.*

2 *Re alicuius hęreditatis, in qua Falcidia spectat ad uēditorem, uēdita, quam rem uenditor pro Falcidia eligit, qualiter formabitur instrumentum.*

2. §. Premisimus, quibus modis & titulis res transferantur, nunc uidēdū restat de securitatibus, quę pręter formas pœ... sas in ipsis traditionibus & uēditionibus apponuntur. Scias igitur, q qñque venditor fideiussores præstat: qñque et dubitatur, an res, quæ uendit, sit alteri data, uel obligata: qñque ēt dubitatur, an res, quę uenditur, est legi Falcidię obligata. Si igit uenditor maior 25. an. fideiussorem præstet, scribes in fine instri. hoc, qd habes infra de fideiuss. §. 1. ver. q si uenditor.
1 † Vbi uero dubitat, an res, quę uenditur, sit alteri data, uel obligata, tunc ante clausulam illam, quam vēditionem, & omnia, & singula, &c. sic instrumento dicetur:

a FORMA. a Insuper dictus A. promisit dicto B. pro se suisq; hæredib. stipulanti, q de ipsa re, uel parte ipsius, aut aliquo eius iure, alii hactenus dationem & obligationē, uel contractum aliquē in fraudem alienationis per se, uel per aliū nō fecit: cuius prætextu, uel occasione ipsi B. uel prędictę traditioni ei factę pręiudiciū aliquod generet, uel gñari possit: q si eū cōtra hęc fecisse apparuerit, conseruabit ipsum B. & eius hęredes indēnes, & nihilominus dabit & psoluet eidē 25. lib. Tur. pęnę noīe stipulatione pmissæ: qua pęna soluta, uel nō, prædicta oīa & singula firma pdurēt, sup hoc uide s. de reb. eccl. nō alie. ver. porro. & infra de p gnor. §. j. versic.
2 sed quæritur. † Si uero aliqua res alicuius hęreditatis, in qua Falcidia spectat ad uenditorē, uenditur, quā rem vēditor p Falcidia eligit, sic in instro dicetur ante clausulā illam, quam venditionem, & omnia, &c. dicetur.

b FORMA. b Præterea dictus venditor cū domum prædictā dixerit esse de bonis hęreditatis patris sui, in quib. Falcidia & debitum bonorū subsidium sibi iure naturæ debetur, eandē rē p parte, & in parte ex Falcidia sibi in bonis paternis debitā elegit & accepit, nihilominus sibi in reliquis bonis residuo Falcidia, si qd ad eū vltra ptinet, reseruato, qd residuū, si qd est, pro prædictis omnibus & singulis à se in hoc instro promissis firmiter obseruandis ipsi emptori speciali iure pignoris obligauit, dans & cedēs ei ex cā uenditionis prędii supra dicti omnia iura, & actiones, quæ, uel quas habeat, uel hēre poterat in bonis paternis ex cā Falcidiæ supra dictæ vsque in summā æstimationis & pretii dictæ rei: quanti pro tpe plus ualuerit, necnon cōstituens eum procuratorē in rem suā, & ponēs eū in locū suū, ita q nulla alicuius restitutionis, substitutionis, seu grauaminis, uel alterius rōnis conditione obstante possit suo nomine actionibus utilibus & directis iure Falcidię suprapdictæ tenere, possidere, ac defendere rē eandem, & super ipso residuo Falcidiæ sibi iure pignoris obligando se de prædictis oībus & singulis indemnem ad integrum cōseruare, renuncians leg. bus C. cōia de leg. l. si duobus. §. emptor. & de euic. si fundū. & eī alii auxilio, ad hoc C. de trāsa. de fideicōmisso. & de pac. l. j. & qd no. ext. de testa. c. Raynatius. Et nota, q ideo hæc pœna non apponit, qa hæc securitas est interēda instro vēditionis ante illam generalem clausulam, quam vēditionem, &c.

## ADDITIONES.

a FORMA. *Rol. in 6. charta, & est 27. & continuantur omnes formæ positæ in § seq.*

b FORMA. *Rol. 27.*

*SVMMARIVM.*

1 *Personarum, quæ uenditionibus, seu traditionibus consentire habent, diuersitas est attendenda.*

2 *Vxore uenditoris præsente & consentiente, quomodo sit formandum instrumentum, & nu. 5.*

3 *Vxor consentiens uenditioni, an parti noceat.*

4 *Vxore uenditoris patrem habente, quia dotem stipulatus fuerit, si ambo præsentes uenditioni consentiant, qualiter sit scribendū.*

5 *Vxore uenditoris in ætate minore existente, an teneat rei dotalis uenditio.*

6 *Consensus uxoris de rei dotalis alienatione, aut donatione propter nuptias, constante matrimonio, an eam liget.*

3. §. Tertio loco notandum est, quod personarum, quæ huiusmodi venditionibus, & traditionibus consentire habent, quędam sunt, quæ hębent ius in re ex obligatione, uel hypotheca, ut puta uxores & creditores, & huiusmodi. Quędam, quę habent ex speciali causa speciale & priuatum ius: sicut legatarii, & fideicommissarii & usufructuarii. Quædam, quę habēt ius dominii & proprietatis siue idem ius, quod habent venditores, sicut & fratres & consortes. Item quandoque uēditor promittit pro aliquo absente, qui habet consentire: qn̄que etiam pro eo, qui habet ratificare: item quandoque, qui absens fuit, consentit & renunciat; qn̄que etiā ratificat et approbat: item permissę personę aliqn̄ sunt presentes contradictui traditionis, aliqn̄ absentes: & ideo de omnibus per ordi-
1 nem uideamus.† Primo igitur dicamus pręsentibus tempore cōtractus traditionis rei. Si ergo uenditioni venditoris uxor p̄sens consentiat, sic in fine scribat:
a FORMA. a Ad hæc domina M. vxor dicti A. uenditoris, et filia quondam dicti B. prædictis omnibus pręsens dictæ venditioni consensit, et certificata per me notarium infrascriptum dictam rem uenditam pro suis fore sibi dotibus obligatam, renunciauit omni suo iuri hypothecarum, et cuilibet alii, quod habebat, uel habe-
b re poterat in dicta re uendita b, occasione dotium suarum, uel alia quacunque, idem ius totum ipsi emptori pacto remittens, et promittens eidem pro se et suis hæredibus stipulanti omnia et singula ppetuo firma, grata, et rata habere et tenere nec cōtra facere, uel uenire per se, vel aliū aliqua ratione, causa, uel ingenio de iure, uel de facto sub pœna centum lib. Tur. stipulatione promissa et refectione damnorū, et expensarū litis, et ex, & obligatione omnium suorum bonorum: qua pęna soluta, uel non, prædicta omnia & singula firma perdurent, ext. de emp. & uen. peruenit. C. ad Velle. Aut. si
2 ue à me. & in cōcor. quæ sunt inf. ver. sed & si.† Sed nūquid cōsensus vxoris nocet patri eius? dic, prout no. in
3 fra de do. inter uir. & vx. §. formatis. uer. quid si filia.† Si igitur uxor uenditoris patrem habeat, qui dotem filiæ stipulatus fuerit, & ambo pręsentes, sint, & consentiāt, inscribes:

FORMA. Ad hęc dominus B. socer. dicti A. uēditoris, & eius cōsensu atque licentia domina M. eius filia, & ipsius A. uxor. prædictis omnibus pręsentes, dictę venditioni consenserunt, & certificati per me talem notarium infra scriptum dictam rem ab ipso A. vēditam sibi pro dotibus eiusdem dominæ M. obligatam fore, renunciauerunt omni eorum iuri hypthecarum, & cuilibet alii, quod habebant, uel habere poterāt in dicta re occasione dictarum dotium suarum, uel alia quacunque, idem ius ipsi emptori pacto remittēs & promittēs eidē pro se suisq; hæredibus stipulanti prædicta omnia
4 & singula ppetuo, &c. vt supra prox.† Sed & si alia persona, q̄ pater, puta frater, uel aliquis alius, mulieris dotē fuerit stipulatus, sic vna cum ipsa consentit:

FORMA. Ad hæc domina M. ipsius vēditoris vxor, & C. eius frater, qui pro ipsa domina M. dote dedit, & eandem in omnem euentum restituendæ dotis extitit stipulatus, vt patet ī instrumēto ipsius dotis scripto manu talis notarii, prædictis omnibus pręsentes dictę venditioni consenserunt; & certificati, &c. ut in prox. præced. forma. Quod si uxor uenditionis tempore sit minor, sic iurabit:

FORMA. Insuper dicta domina M. q͂a minor erat 25. annis, maior tamen 12. Iurauit corporaliter ad sancta Dei Euāgelia, prædicta omnia & singula firma, grata, & rata habere ac tenere, & non contra facere, vel venire, nec restitutionem aliquā impetrare conttra prędicta, uel aliquod prædictorum prætextu minoris ætatis, uel occasione alterius cuiuscunque ext. de iureiur. cū cōtingat. C. si aduersus vē. Aut. sacramenta. 22. q. 5. par
5 nuli. & c. seq.† Sed & si uenditoris uxor præsens uenditioni rei consentiat, & obligationi bonorum, renūciet que iuri, quod habęt in re uendita, & ī bonis obligatis,
c & cedit emptori ius hypothecæ, sic dices c:

FORMA. Pręterea domina M. uxor dicti A. uenditoris prędictis omnibus præsens dictæ uenditioni ipsius domus, de qua habes supra §. primo. uer. nunc formam. & obligationi bonorum à dicto uiro suo ipsi B. factis consensit, & certificata per me talē notarium infra scriptum dictam rem uenditam, & ipsa bona obligata sibi pro dotibus suis, et hypothecata fore, renūciauit omni suo iuri hypothecarum, et cuilibet alii, quod habebat, uel habere poterat in dicta re uendita, et prędictis bonis obligatis occasione dotiū suarum, uel alia quacunque, & insuper per pretio et nomine pretii 25. lib. Turon. quas confessa fuit se ab ipso B. habuisse et recepisse, dedit et concessit eidē oīa iura & actiones, q̄ uel quas habebat, uel hr̄e poterat in dicta re uendita, & dictis bonis obligatis noīe & occasione hypothecæ ad

## ADDITIONES.

a FORMA. *Rol. à 19. & continuantur 13. sequentes eo ordine, quo hic sunt.*
b Re uendita. *Et uide, quod statim dicam super uer. sed & si.*
c Sic dices. *Homob. Cremo. sup l. Sēpronium. alias, Paulus respōdit. & alle. §. subl. Lucius ff. q. mod. pig. vel hyp. sol. refert supr forma huius §. se udisse data cōtraria cōsilia leristarū aliquibus dicētibus illā extendi etiam ad obligationem pignoris, q̄ facit venditor p̄ euictione, quasi id fuerit de mente, qua præponit, C. q̄ res pig. l. fi. ad fi. & sic cōsensus & renunciatio totū cōtractū respicit & ad accessoria extēdit, argum. ff. de pac. dot. īter socern. §. cum*

*inter.& de l.3.l.nomen.quasi sequela prioris,ff.de Inst.cuicunq; §.item si tristior.& § seq. Alij dixerunt contrarium si l.ad solā rem venditā pertinere a l.obligationem euictionis,per l.iubem' C.ad Velle.consulebat ergo breuiter sic; Dr in instrō,quod vxor venditioni pignoris, vel hypothecæ obligationis consensit, & suo iuri renunciauit, sed amplior ponitur hęc forma, sed ver. & insuper ponendus non est, nisi sic rei veritas se habere, nec est in vsu.*

ad se spectantis in eis ex iure dotium suarum:constituens eum procuratorem in rem suam, & ponens eum in locum suum,ita quod tammodo suo nomine actionibus vtilibus & directis loco ipsius dominæ M.& sicut ipsa poterat ex causa hypothecę in dicta re vendita & ipsius bonis obligatis ipsius A.omnibus creditoribus pręferatur,& possit sicut ipsa poterat,rem ipsam defendere,& in ipsius bonis obligatis agere, & quoscūque alios creditores excludere,& nomen ipsius hypothecæ contra quancunque personam agere, experiri,excipere,& replicare,consequi, & se tueri, & omnia & singula facere, quemadmodū ipsa poterat, ipsi tamen dominæ M.post dictum B.in dictis bonis obligatis omni iure suo hypothecarū in integrū reseruato,veruntamen non obstante, qp ipsa sit prior tpe, vel potior iure,idē B.& prædicta obligatione sibi facta ipsi dominæ M.& hypothecę suæ per omnia & singula supra scripta promisit ipsa M.B.dicto pro se,suisq; hæredibus stipulanti perpetuo firma,grata,&c.vt s.ver.primò igitur.vsque in finem,ge renunciās exceptioni sibi non dati & nō soluti pret.j.doli conditioni sine cā,& in factū actioni,& omni al.j auxilio iuris, vel facti.hęc probatur C.ad Velle.etiam constante. & l. iubemus. ff. ff.de his,quæ in frau.cred.l.si pignus.ff.de transa.cū A q. lian.l.ff.qui po.in pig.hab.l.2.in fi.& l.si fundū. &. C. eo cum tibi.& C.de h.s,qui in loc.pri.cre.suc.leg. 1.extra de e.np.& vē.peruenit.C.ad Velle. Aut.siue à me. & infra de oblig.& sol §.primo,in.j.forma,versus finē. Vtrū. aūt vxor possit vna cum viro,vel pro eo obligari,no.inf.de oblig.& sol.in forma super verbo.renū

5 ciantes † Verum si res dotalis, vel etiam donatio propter nuptias constante matrimonio alienetur, & vxor consentiat,talis p̄sensus secundum leges eam nō obligat,nec etiā iuramētum ab ea præstitum super hoc quin possit cōtrauenire,vt ff.de fundo dot. l.Iulianus. & C.de leg.nis,non dubium.10.dist.vides.Sed secundum canones vt extra de iureiur.cū contingat. & iudices seculares cogendi sunt per censuram ecclesiasticā in hoc,ius canonicum obseruare,vt in cōst. Alex.4.co.

a tra.q ui n non nulli a.† Sed ponę:vxor viro consentiente

7 alienauit prædium dotale,& se de euictione obligauit, & vir sub pœna promisit non contrauenire: nunc vir ipse vendicat illud primo quæritur,an hoc facere possit non obstante consensu? secundo, an in pœnam incidit vendicando tetio, si euincatur, an possit mulier ipsa de euictione conueniri, In prima quæstione videtur, q non possit,argum.C.de iur.dot.si prædium.à cōtrario sen.u Sed dic contra.quod non obstat ei cōsensus.nam etiam si ipse idem alienasset, posset conuenire,C.de rei vxor.act.l.vnica,§ & cū lex.infra ver. item pōne.Item in secunda quæstione videtur,quod nō incidit in pœnam vendicando.nam cum sit alienatio p̄hibita,nec facta tene.t,vt i prę § & cum lex.ergo nec pœna,nec quicquid ex eo,uel ob id sequatur, C.de legib.non dubium. 10.dist.vides.Nec obstat C.de p̄dijs min.& si is.prout ibi no.Et idem iuris est,si vxor vēditrix pronuserit pœnam.& uide in prę.§.& cum lex.& ff.de fideiuss.cū lex. Vel distingue,an emptor sciuit fundum dotalem esse, ut tunc agens non incidat in penam.an ignorauit,& tunc incidat,argu.in præ.l.si prædium.ff.de contrahē.epm.si in emptione.§. 2. Et hoc etiam modo responde tertiæ quęstioni distinguendo inter scientiam & ignorantiam,infra uer.sed in casu.

8 †Sed nunquid potest etiam fieri mari alienatio talis rei.Respon.sic,vt C.de donat.constante,& ff.de usucap.cū ui. & iuramentum p̄firmat huiusmodi alienationes, vt s.

6 †Item ponitur alienauit prędium dotale, pro quo dedit aliud in cambiū vxori:nunc vir pœnitans vult prædium vendicare:quæritur,an possit? Et uī,q sic, arg,Inst.quib.alien.non licet,in prin.& in præ.§.cū lex.C.de fund.dot.l.j.& 2.ff.eo.l.1.3.& quod ēt dominium non transeat,C.de leg.non dubiū 10.dist.uides. C. de suff.l.vnica:& sic vir.vendicare potest,ff.de iur.dot.qa amuis ff.ad munic.Lucius.§.idem respon.ff.de col.do.l.fi.Ar. tamen contra,quia non potest contra factum suum uenire,ff.de adop.post mortem,ext.de cler.conj.g. diuersis.in fi.& tacit.ff.de ser.r.st.præ.per fundū.ff.com p̄.receptū.ff.de pig.act.rē alienā.C.de lib.cā,si ab eo.l.pie.n. de euictione tenet,& quē de euictione tenet actio, &c. ff.de euic.vendicantē.& fundus dotalis bene alienatur in hoc casu,vt ff.de fun.dot.l.1.& cum sit permutatus, uidetur permissa alienatio,ff.de iure dot.si ei nuptura, & l.itaq;,& l.fi.ff.de pact.do.si mulier dotis, & l. cū maritus Sol Si permutatio tenuit, puta quia conditio dotis melior facta est,emptor est absoluendus:si aūt non tenuit,vel si nulla facta fuit,condemnandus est possessor ad restitutionem,ff.de leg.2.l.Mæuius.§.fundo lega

b to.in fi.b ff.de iure pat.adijcere.§.quamuis.ff de precar certe. §.fi.C.de contrahen,emp.cū res.in fi ff.de pact det cum maritus.respō.j.Et hoc ultimo casu potest uir contra factum suū uenire, C.de agri.& cēsi.l.quemadmodū.C.de lib.causa,l.j.12.q.j.certū.Nec obstat,quod uir uidetur dominus utriusque,& quod sic permutare non potuit,sicut est in uenditione,ut ff.de contrahen.

c e.np.l.suæ rei c.quia ualuit ratione iuris,quod. mulier in fundo habebāt, ff.eo qui tabernas.ff.de leg. 1. si do

d do.§.si fundus.Ipsa enim dr naturaliter possidere,ff.de minor.l. denique.d Et fundus permutatus succedit in locū dotalis,ff.de leg.2.Imperator.§.fi.& l.seq. & sic efficitur dotalis,ff. de iur.dot. quod fuerit.Bene possunt n.uir & uxor ad inuicē permutare,ut no.infra de don.

9 inter uir.& ux.§.formatis.uer.sed an cum uiro.† Sed in casu præmisso,in quo permutatio non tenet, & condemnatur possessor ad rei restitutionē, nūquid uir de euictione teneatur? & uidetur,quod non, cum emptor contra legū interdicta mercatus fit:& sic est pretio aliciendus.C.lib.x.de agri,& cēsi quemadmodum. C.de præscrip.30.ann.l.1.C.de fundis patri.l.nemo. C. de liti.censi-nas.Si enim principale non tenet, nec accessorium,ff.de reg.iur.cum principalis.C.de leg.nō dubiū. C.de inutil.stipul.leg secunda,& l.ex. Argum. contra. nam licet uenditio non teneat in præiudicium dotis, debet tamen tenere in præiudiciū uiri se obligantis, C. de præ.mino.& si is,ff.de pig.act.tutor.§.contrariū. ff.de contra-

ADDITIONES.

a Quia nonnulli. *Quam hodie non habemus;sed ex illa formata fuit decr.licet.de iureiur.li.6.& hoc sequitur, fuit additio usque ad uer.hæc autem scies.*

b §.fundo lege.in fi.*alias,Mæuio fundi.*

c Suæ rei.*De permutatione etiam patet ff.de rerum permutat.l.1. in prin.& in fi.*

d Denique *Dixit Mar.de Fan.de quo dicam in uer.hic alleg.in fi. 9 licet maritus dominium & possessionem habeat rei dotalis ;C.de rei uxo.l. loce.& sol mat.l.dotis.tamen uxor spe saltem est dn̄a. mobilium & immobilium.argu. C.de iure dot.l.in rebus.& ratione spei perficitur contractus etiam emptionis,ff.de hæred.uel ac. uen.l.l.nomina.Nec est mirandum,si maritus suum propriū in permutatione recipiat;quia quod habebat ex causa dotis, nūc ut proprium possidet, extrinseca permutationis causa accedente, quasi uir dotē uxori reddiderit, & postea eam ab ill... receperit; ista*

*inducit similia ff. si cer. pet. l. singularia. & de do. inter ui. & ux. l. 4. §. fi. & se. & l. ea, quę. in fi. & de don. l. ut mihi. est secundum quod scripsi de usu. in ciuitate, in fi.*

ꝯhenda emptione, liberi. & hoc tenet Azo, & Iacob. in Auth. de nõ alie. §. si quis igitur uidens. Vel dic, ꝙ aut emptor sciuit fundũ esse dotalẽ, aut ignorauit. si sciuit, aut fuit stipulatus de euictione, aut nõ: si fuit stipulatus, agit ad pretium, non ad interesse, id est ad meliorationẽ, vel duplũ, C. cõia de le. l. fi. §. emptor. Aliqñ ad nihilum agit, & sic intelligunt præfata iura dicẽtia, emptorem pretio mulctandũ. Si aũt ignorauit, tunc aget emptor ad duplum, si promissa fuerat, uel interesse, si promissa non sit, q̃a emptor in illo deliquit, C. ad leg.
11 Fal. l. fi. §. bonæ fidei.† Quid ergo si vir cõsensu uxoris fundum dotalẽ dedit in dotem pro filia. nũquid vxor viro ad inopiã vergẽte poterit petere fundum, fm ea. q̃ no. inf. de don. inter vir. & vxor. §. formatis, uer. sed cum mulier. uel ẽt ipse uir dicẽdo, ꝙ contra iura factum est, ut sup. Et uř, ꝙ sic: quia uir dñs est rei dotalis, C. de rei uen. doce. & aget, nõ ut ipse, sed ut alter, C. de sac. san. ec. iubemus. §. sane. Vxor ẽt hoc poterit uiro ad inopiã uergente, de ipsius uolũtate, ff. de re iud. sepe. §. 1. Cũ. n. prohibita sit alienatio, per cõsequens & in dotẽ datio, C. de re. ali. nõ ali. l. fi. quia sic uir & uxor indotati remanerent: quod esse non dẽt, arg. ff. de cõdi. cau. dat, l. si donatarus, §. fin. Argu. cõtra, q̃a communi uolũtate ad piam causam datus est, C. de neg. gest. l. 1. ff. de cond. in deb. cum his, §. mulier. & facit ff. in fra. pa. l. 1. §. libertus. Item causa dotis est perpetua, ff. sol. mat. l. 1. ad idẽ ff. de iure dot. profectitia. §. si quis. ff. de admi. tut. l. lex.
12 Potest dici, quod fundus poterit uẽdicari. † Certi enim sunt casus, in qui bus fundus dotalis alienari potest: puta si permutatur, & non aliter, ut s. uer. itẽ pone. ff. de his, qui sui, uel alie. iur. sunt, patet. Vir tamẽ & uxor de euictione tenent, si pmiserũt, alioquin de dolo, si dolo uersati sunt, uel actione in factũ, C. de iure dot. l. 1. ff. de adop. post mortẽ. Consueuit aũt no. Inst. qb. ali. licet, uel nõ in prin. ꝙ uir uendicat ꝯstãte matrimonio, uxor uero eo soluto. Quæ aũt hic desunt, uide j. de donat. in
13 ter uir. & uxor. §. formatis. † Et nota a generale consiliũ
a mulierũ & parentũ suorum, ut qñ mulier tradetur nuptui, pater faciat eã iurare, ꝙ nunquam consentiat allenationi rei dotalis, nisi coram iudice cã cognita & probata, scilicet necessitatis instãtis, non ficte, seu uere, sic enim, si aliter consentiat & iuret, non ualebit, cũ tale iurm̃ sit ꝯrium priori licito & honesto, ut ext. de iureiur. cã te. & iungat, ꝙ si unq̃ contrauenerit, non ualeat,
b ut ex. de ꝓb. directo. §. 1. uer. quãquã b. † Hoc aũt scias,
14 ꝙ si ex aliena pecunia emo aliquid noĩe meo, res empta regulariter efficitur mea nõ eius, cuius fuit pecunia, C. de rei uẽd. si ex cã. C. cõia utriusq; iud. si paruus. C. de don. inter uir. & ux. & si de tua. Hoc tñ fallit in ecclesia, ex cuius pecunia res noĩe alieno empta est, 12. q.
c 3. c. 1. ext. de pecul. cler. c. 2. & fin. c & in milite, C. de rei vendic. si, vt proponis, & in pupillo, C. arbit. tut. l. 3. & in re empta de pecunia data liberto facto postea ingrato, C. de reuocan. donat. l. 1. et in re ex fænebri pecunia em
d pta, ext. de usur. cum tu. §. fin. d Et in re empta a uiro de pecunia non dotali sibi ab uxore data. licet enim donatio non teneret, & dominum pecuniæ penes eam permanserit, tñ ipsi uxori cõpetit utilis actio pro re empta, viro non existente soluendo, ff. de donat. inter uir. & u-
15 xor. l. uxor marito. † Sed & si ex pecunia dotali uir nomine proprio emit, non uxori, sed sibi acqrit, C. de iur. dot. ex pecunia. & econuerso, vt C. si quis alteri, uel si-
16 bi, l. 1. † Si aũt a uiro & uxore, uel ecclesia & prælato de cõi utriusq; pecunia res emit, cõiter spectat ad eos, ex. de integ. rest. cõstitutus, ex. de don. inter vir. & uxo. ca.
17 2. ꝓ rata pretii est inter eos diuidenda, 12. q. 4. c. 1. † Sed constat vñ res processerit, præsumit̃ esse ecclesiæ, 12. q.
e 1. sicut manifeste. & q. 3. c. j. ex. de pecu. cler. c. j. et 2. e vel viri, C. de do. inter vir. & vx, ẽt si vxoris. ff. de eod. Quin-
f tus f. † Quid si clericus de pecunia ecclæ ædificat ĩ pa-
18 trimoniali solo, Et vř ꝙ ædificiũ solo cedat, vt ff. de rerum diuis. in rm̃. Sed dic eꝯ. fauore ecclesiæ solũ ędifi-
g cio cedere, ar. 12. q. 2. apostolicos g. & in præ. decr. de pe
19 cul. cler. † Si vero filius & hęres quondã uxoris vẽditoris ꝯsenserit, & renũciauerit iuri hypothecę, sic dices:

FORMA. Preterea P. filius d. A. filius & hęres quondã dominæ M. vxoris ipsius A. prædictis omnibus præsens, dictę venditioni consensit, & renunciauit omni suo iuri hypothecarum quod habeas, vel habere poterat in dicta re uendita occasione dotium hereditatis quondã matris suę, vel alia qua cunque, idẽ ius, &c. ut s. uers. j. igit. ad hoc accedit C. q pot. in pig hab. l. fi. § exceptis in Auth. Col. 7. ut exact. instan. dotis, in 1. col. C. de bo. quæ lib. l. antepen. §. non aũt hypotheca & §. sed
20 cũ tacitas. † Si autem mater uenditoris ex dote, uel legato, uel usufructu ius in re habẽs, cõsentiat, sic dices:

FORMA. Ad hęc domina E. ipsius uenditoris mater, & uxor quondã dñi E. patris eiusdẽ uenditoris prędictis omnibus præsens dictę uenditioni consensit, & certificata per me tale notariũ infra scriptum ipsã rem uenditam sibi pro dotibus suis & pro legato & usufructu ei à dicto F. uiro suo in eius testamento relictis, obligatã esse renunciauit omni suo iuri hypothecarum, & cuilibet alij, quod habeat, uel habere poterat in eadem re uendita ex iure dotium suarum legati, uel usufructu prędictorum, uel ipsius testamẽti, siue alia qua cunque ratione, uel causa idem ius, &c. ut in præd. uer. primo

## ADDITIONES.

a No. *Hoc est sumptum ex no. per Host. de iure. cũ contingat & in Sũma eo. ti. quo censeatur ver. consilium generale, quod no. eod. licet in vlt. gl. l. 6. super qua remisi ad hunc ver.*

*ADDE, quod Bal. con. 118. intelligit dictũ Specu. procedere, quando iuramentum deuenisset ad notitiam contrahentis, aliter non est in 3. lib.*

b Ver. quamquam. *Ibi decreuit superior non est ipse iurans. & parũ valet hoc iungere, vt test. c. Ray. ver. nõ obstante. ff. de pac. l. pe. Itẽ scias, ꝙ Host. in Sum. ver. superius alle. posito literã hoc ver si subdebat, sub prætex. tamẽ talis iuramẽtis vř. ꝙ quilibet possit petere rem alienatã. Quid Hos. per hoc intellexit. dubitat̃.*

c c. 2. & fi. *De his casib. eo. ti. inquirendũ. in gl. 2. & super ea vbi vide hunc casũm iure non probari, vnde Ia. Bal. non recipiebat hunc casum, quem dicebat lege non cautum.*

d §. fi. *Non probatur, vt ibi scripsi.*

e c. 1. & 2. *Vide quod scripsi eo. ti. c. 3. & post Inn. de test. cum in officijs.*

f Quintus. *An marito mortuo ab hærede vendicare possit fundũ emptum per maritum de pecunia vxoris, quæ dixit eius vxoris nomine. Ad negatiuã inducitur, quod confessio facta fuit extra iudicium secundo, absente coniuge, tertio, in fraudẽ legis prohibentis donationem inter coniuges. Ad primũ secundum sufficiat l. fi. ff. de inter. act. Ad tertium ꝓhibitio est, no. ff. de do. inter vir. & vx. per totum, contra quam præsumitur facta hæc machinaqua facile inter eos confringitur, in Aut. de aqual. do. circa prin. & ver. quod. n. quo casu veritas præferenda est fictioni, ff. de l. & posth. filio de l. 2. si ita quis. §. si ꝓ vxore. facit l. filia C. de sa. Item dato, ꝙ suffet expressa don. ex quo reuocata non sit, confirmata est per mortem, ex. de do. inter vir. & vxo. c. vl. & eo. ti. onationes. Vř quibusdam. quod si viuente viro vxo. vsa est fundo ꝑdicto. & maximè sibi traditus fuerat à venditore, tuta est vxor. & fundum uendicat, C. si. quis alteri vel sibi, l. mutuum. de prob. l. siue. & de nof. do. l. 2. T. nouissima autem hoc casu esset vxor si appareret sibi ẽ hæreditate legata vel alias obuenisset, quod impensum fuit in fundo, per quod illa donationis & fraudis suspicio tolleretur, ff. de do. iter vi. & vxo. Quintus Mutius.*

*ADDE ad materiã di. l. Quintus. plenẽ An. con. 141.*

g Apostolicos. *Hoc ibi. no. Io. ꝗ hoc dictũ nõ bene ꝓbat̃ hic, vel ibi, & potius vř, qđ pro rata esset res cõis vt su. prox. dictũ est.*

*ne locupletetur ecclesia cum alterius iactura, de re.iur. locupleta ri cum concor. & ne fauor ecclesiæ iniustitiam pariat, de dona. inter uir. & uxo. in fi. facit 4. tit. generalis. 12. q. 2. fraternitatis. Sufficiat ergo ecclesia, quod ob eius fauorem ædificium solo non cedit, & sic uitat damnum, quod priuatus incurreret, ut supra, procedant hæc maxime, quia nec aperte ius probat res acquisitas, vel factas de pecunia ecclesiæ suas esse scripsi, de pec. cler. inquirendum. super 2. glossa licet Itemus interpretationi, ut ibi dixi.*

*ADDE, quod Abb. cons. 4. 5. l. tenet simpliciter solum ædificio cedere, per d. cap. apostolicos.*

primo igitur. & facit ad hæc C. communia de leg. l. i.
21 Patre autem consentiente venditioni factę a filio de
re aduentitia, sic scribes:

FORMA. Ad hoc oñs F. pater ipsius A. venditoris,
prædictis omnib. præsens, prædictę venditioni consen
sit, & renunciandi omni suo iuri, quod habebat, vel ha
bere poterat, seu in futurum habere sperabat in dicta
re uendita occasione ususfructus sibi debiti, uel deben
di in ipsa re rõne patrię potestatis, uel alia quacunque
rõne, vel cã, idẽ ius, & c. ut in prædicto ver. primo igi-
tur, hoc probatur Instit. per quas perso. nob. acqui. §:
igitur. & C: de bon. quæ lib. cum oportet. C. de eman. l.
22 fi. C. de bon. mat. l. si uiua. † Sorore autẽ venditoris ius
ex hęreditate, vel testamẽto patris in re habente & cõ
sentiente, sic dices:

FORMA. Ad hæc domina. E. soror ipsius venditoris
& filia dicti D: per Deum uiuum verbo tenus adiurãs
& asserẽs se maiorem esse, prædictis omnib. pręsens, di
ctæ venditioni consensit, & certificata per me ta'em
notarium infra scriptum dictam rem vẽditam sibi ex
hęreditate paterna, seu ex institutione de se facta ab eo
dem patre suo in eius testamento obligatam esse, re-
nunciauit omni suo iuri, quod habebat, vel habere po
terat in ipsa re vendita occasione dictæ hæreditatis &
institutionis, seu ipsius testamẽti, aut alicuius relicti in
ea cõtenti, vel alias quacunq; rone, vel cã, idem ius, &c.
vt in præced. vers. 1. igitur. hęc probat C. de hęred. inst.
quoties. C. de inoff. test. quoniam. & vide supra de pa-
23 ctis, §. instrumentum. † Si autem habẽs ius in re ex sub
stitutione, uel fideicommisso, consentit, sic dices:

FORMA. Insuper P. frater dicti venditoris prædictis
omnibus præsens, dictæ venditioni consensit oĩ suo
iuri, quod habebat, uel habere poterat, seu in futurum
habere sperabat in dicta re vendita, ratione, uel occasio
ne substitutionis, uel fideicommissi, seu incertæ condi
tionis contentorum in testamento quondam E. patris
eius scripto manu talis notarii omnino renunciauit, il
lud per se, suosque hęredes dictis uenditori, & empto
ri, ac cuilibet eorum, & ipsorum hęredib. pacto remit-
tens, nec non promittens eisdem solẽni stipulatione in
teruueniente, nihil in re ipsa de cetero petere, & de ipsa
eis, vel eorum hæredib. litem, uel controuersiam ulte-
rius non inferre, seu inferenti opem ferre, aut consen-
tire, ratione fideicommissi, substitutionis, conditionis,
aut testamenti prædictorum, siue aliis quibuscunq; oc
casionibus, seu exceptionib. de iure, vel de facto, sed p̃-
dicta oĩa, & singula perpetuo firma, &c, ut ĩ præce. ver.
primo igitur extr. de testam. Raynutius. ubi de hoc, C.
de pac. l. 1. & l. cũ proponas. C. communia de le. si duo
bus. §. sed quia nostra. & §. sin aũt sub conditione. & in
a Auth. ibi posita.a Dicto de personis præsentib. tpe con
tractus uenditionis, quæ consentiunt & renunciant iu-
24 ri suo, restat uidere de his, quę tunc absunt. † Et nota,
q̃ qñ que aliqua persona absens est, quam si uelit em-
ptor consentire & renunciare, siue ratificare & appro-
bare, debet procurare, q̃ uenditor promittat dę facien-
do & curando, q̃ dicta persona ad certum tp̃s hoc fa-
ciat, quę uenditoris promissio ita scribetur, ut in sequẽ
tib. apparebit. Quod si uenditor promittat pro aliquo
absente, qui habet consentire, & renunciare, in fine in
strumenti sic scribes,

FORMA. Insuper promisit dictus uenditor ipsi em
ptori pro se, suisque hęredib. stipulanti se facturum &
curaturum omni exceptione remota. q̃ B. frater eius,
& domina eius vxor, & filia eiusdem H. hinc ad 25. dies
dictæ uenditioni consentient & renunciabunt omnĩ
eorũ, iuri hypothecarum, & cuilibet alii, quod habẽt,
vel habere possent in dicta re uendita occasione dotiũ
ipsius dominæ M. vel alia quacunque cã. & de his solẽ
nem promissionem & obligationem ei facient ad sen
sum, seu cognitionem sui sapientis, & sub pœna 60. li-
bra. ũ Turon. & refectionem d̃ minorum, &c. vt s̃. ver.
25 primo igitur. & s̃ §. ver. primo igitur. † Sed si promittit
venditor pro absente, qui habet ratificare & approbare
venditionem, puta pro fratre, vel consorte, sic scribes:

FORMA. Insuper promisit dictus venditor ip-
si emptori pro se suisque hæredib. stipulanti, se factu-
rum & curaturũ omni exceptione remota, q̃ B. frater
eius, cum fuerit legitimæ ætatis, intra 15. dies, postquã
denunciatum sibi fuerit, dictæ uenditioni consentiet,
ac eandem uenditionem, pretii solutionem, possessio-
nis traditionem, & omnia & singula supra scripta ratifi
cabit & approbabit: & q̃ ad legitimam ipsius rei defen
sionẽ in oĩb. & p oĩa, vt fecit idẽ vẽditor, se obligabit, &
de his oĩb. solẽnẽ promissionẽ, obligationẽ, & contra-
ctum cum pęnæ adiectione & corporali iur̃o p̃stando
more minorum ei faciet ad sensum sapientis eiusdem
emptoris, sub pęna 50 librar. Turon. &c. ut s̃. in præce.
§. 1. uer. 1. ig t. Si uero absens postea p̃sẽtiat & renũciet,
ita scribes; Dña M. vxor A. lecto sibi, & in eius p̃ñtia di
cto instr̃o uẽditionis factæ P. ab ipso A. eius uiro, eidẽ
uẽditioni p̃sensit: & certificata p me talẽ notariũ ĩ scri
ptũ, dictã rẽ uenditã sibi pro dot b. suis obligatã esse, re
nuncians, & c. ut s̃. uer. 1. igit. Et nota, idẽ esse seruãdũ in
oĩb. prædictis personis, quæ præsentes consenserunt. si
26 tp̃e contractus absentes postea cõsenserint. † Item no
ta, quod personæ consentienti iam factæ alienationi,
legi, uel saltem narrari debet tenor instrumenti aliena
b tionis, & de hoc plene certificari, ff. de transa. cũ Aqui
27 liana[b]. † Porro si frater, uel p̃sors venditionem à fratre,
uel

ADDITIONES.

a Posita. *Si substitutus per fideicõmissum propter condõis dubium euentum emeret a rogato, consulo ex prædictis id exprimi in cõtractu, per quod extante condõne agere non possit ad pretiũ. Ponitur exemplum in rogato, si decederet sine liberis, hoc dixi, quia multi tenent per l. Imperator. ff. de leg. 2. in fi. cum duab. ll. sequ. pretium in conditionis euentum deberi, sicut deberetur, si uenditum fuisset extraneo, ut ibi. Sed contra eum inducitur, q̃ hæreditatem petere non põt, quia illam habet, pretium quia non de illo fuit hæres rogatus, pro hoc facit, C. de fideic. l. quoties, & ff. de le. 2. codicil. §. 1. Item tpe contractus incertum erat, an existeret conditio. Illud ergo incertum vendidisse uidetur, & sic tenet uenditio, C. de cont. em. cum res, ff. de leg. 1. si domus, §. fi. ff. de contr. emp. qui tabernas Sed respondetur ad primum, q̃ hęreditatem hẽt ex causa onerosa, & sic illam hr̃e non uidetur, ff. uer. sig. Labeo, Inst. de leg. §. si res aliena, ff. de leg. 1. planè, §. q̃ si rem emissem. Poterit ergo illã petere ex causa lucratiua, licet duæ lucratiuæ non concurrant, ut in prædictis legib. & ff. de ac. & obl. l. oẽs & duab. ll. prox. Nec obstat s̃m s. eum de pretio non rogatum, quia pretium succedit loco rei, ff. de pe. hær. si rem & pretium. ff. quod met. ca. si ipsa, de tribut. l. procurator. s, ff. de pa. dot l. pe. & vl. Sed primi defendunt se cõtra l. ff. de le. 2. & codic. illi, §. si res, q loquitur, qñ quis emit rẽ sibi legatam ab extraneo, secus si ab hr̃de, quo casu distinguit sciã ab ignorãtia, ut si ignorabat, agat, ad p̃tium ex testõ, ff. de leg. 1. hmoi. §. qui seruum, arg. ff. de con. em. l. sua rei & de cond. ind. l. seruũ. Nec vr̃ errans donasse ff. de re. iu. cui per errorẽ, ex his pateat utile fore cõsiliũ, qd̃ prius dedi.*

*ADDE, si fideicommissum alienatur præsente eo. cui debetur, an fiat ei præiudicium, Bal. cons. 66. 2. lib.*

b Cum Aquiliana. *Facit de elec. causam, in prin.*

vel consorte factam ratificauerit, & approbauerit, ita dices:

FORMA. Filius quondam F. & frater A. lecto sibi & in eius presentia seriatim instro venditionis factę B. filię quondam C. ab ipso A. eius fratre de quadã domo sita in tali loco inf. tales cõfines, &c. pro pretio centum librarũ Turon. quod instrm scriptũ est manu mei notarii subscripti, ipsi venditioni consensit, & candẽ uenditionem, pretii solutionem, possessionis traditionẽ, & oĩa & singula in ipso instro cõtenta ratificauit & approbauit, ipsum B. in data & habita possessione confirmans, & confitens etiam, & asseuerans prædictum pretium totum cum dicto fratre suo participasse, & illud in communem ipsorum utilitatem & cõmodũ versum esse, & renuncians exceptioni non habiti & non participati cum fratre suo pretii sup. dicti, & in cõem eorum vtilitatem non uersi, exceptioni doli, & conditioni sine causa, in factũ actioni, & oĩ alii auxilio: nec non promittens dicto B. pro se suisque hęredib. stipulãti litem, uel cõtrouersiam, &c. ut s̃. §. 1. uer. nũc formã. vsque, quam quidem uenditionem iunge, ab ipso fratre suo factã, & oĩa & singula in prædicto instro ipsius venditionis contenta, nec non omnia & singula s̃. scripta ꝑpetuo firma, grata et rata habere & tenere, & nõ ꝯ facere, uel uenire per se, uel per alium aliqua cã, uel ingenio de iure, uel de facto, sub pœna centum librar. Turonen. stipulatione in singulis capitulis huius contractus in solidũ promissa, & refectione damnorum, & expensarum litis & extra: & obligatione omniũ suorum bonorum: qua pœna soluta, vel non, rata maneãt omnia & singula supra scripta. Insuper dictus M. quia minor erat 25 annis, maior tamen 14. iurauit corporaliter ad sancta Dei Euangelica. p̃dicta omnia & singula perpetuo firma, rata, & grata habere & tenere, nec ꝯ facere, uel uenire, occasione minoris ętatis, uel minoris pretii, siue pretii non participati, aut in vtilitatẽ suã non conuersi, uel non durantis, siue alia quacunque ratione uel causa, ut in præ. l. sacramenta. & facit. ff. de nego. gest. Pomponius. C. si ma. fa. ra. hab. l. fi. in prin. & §. est autẽ. C. de in integ. rest. mi. si curatorẽ. C. ad Maced. l. fi. & de don. inter uir. et vx. donationes: in fi. Quibus autem iuribus sit in instrumentis renunciandum, dixi supra de renun. et conclus. uer. et quoniam. et seq.

## De venditionibus à minoribus, et ab ecclesia celebratis. Rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Instrumentum qualiter formandum sit, ubi minor uendit rẽ seruitutem debentem, & fideiussorem præstet cum iuramento.*

2 *Sacramento corporali à minore super venditione præstito, qualiter sit protestandum.*

3 *Adulto contrahenti, curatore ignorante, quare, & quo casu non sit subueniendum.*

4 *Venditio rei pupillaris fieri non debet sine licentia tutoris, vel curatoris.*

5 *Venditioni rerum pupillarium quo casu standum sit.*

6 *Instrumentũ tutoris uendẽtis rem pupilli, qualiter sit faciendũ.*

7 *Res surdorum, mutorum, mente captorum, & huiusmodi personarum. an & qualiter uendi possunt.*

8 *Instrumentum uenditionis rerum ecclesiæ ad proprium, qualiter sit formandum.*

9 *Episcopo fundum alicui uendente, qui meliorauit, an contra illũ ecclesia sit restituenda.*

1 NVNC † dicendum restat de uẽditionibus rerũ & iuramento minorum & ecclesiarum. Si igitur minor uendit rem seruitutem debentem, & fideiussorem pręstet, & iuret, instrumentum sic cõficietur:

a FORMA. a A. dedit, vẽdidit, & tradidit iure proprio, in perpetuum B. pro se, suisque hæredib. recipienti & ementi domum talem positam in tali loco, cuius tales dicuntur esse confines, &c. itẽ petiam vnam terræ aratoriæ positam in tali loco. q̃ esse dixit & cõuenit quinque iugerũ, & eiusdẽ tales esse cõfines, &c. ad habendũ, & tenendum, &c. vt s̃. §. ver. sed & si plures. vsque, modo aliquo pertinente. postea iunge, saluis tñ conditionibus & seruitutib. quib. subiectæ sunt dictæ res, quę tales sunt. videlicet, ꝙ dicta domus altius, q̃ mõ, sit extolli non põt, ne domus talis, iuxta q̃ posita est, luminibus officiatur, s̃. §. 1. ver. hoc quoque. cuius prædictę domus vẽditę altitudo est, & potest esse. 30 pedum, & nõ vltra: dictæ vero petię terrę cõditio & seruitus est, ꝙ ꝑ ipsam petiam terrę debet esse liber aditus, item & reditus cũ personis, plaustris, bestiis & equis ad talem terram, iuxta quam hæc petia terrę posita est. pro pretio centum librarum Tur. in summa, quod pretium dictus, &c. vt s̃. §. 1. ver. nunc formam. vsque, & expedire. & iũge, & nullam restitutionem impetrare ꝯ prædicta, vel aliquod p̃dictorum, vel s̃ scriptorum occasione minoris ætatis, uel minoris prętii, aut pretii non soluti sibi, uel in vtilitatẽ suam non conuersi, vel non durantis, aut alia quecunque rõne, uel causa, & prędictam venditionem, & oĩa & singula s̃. scripta perpetuo grata, &c. vt ibidẽ. Insup dictus A. quia minor erat 25. annis, maior tamen 14. iurauit corporaliter ad sancta Dei Euangelia, prędicta omnia & singula firma & rata habere & tenere & non cõtra facere, vel venire aliqua rõne, vel causa. Præterea P. dicti A. precip. & mandato se principalem constituens principaliter & in solidum sine aliqua exceptione iuris, vel facti, se obligando promisit dicto B. pro se suisque hæredibus stipulanti prędictas res ab ipso A. venditas ipsi B. suisque hæredib. ab omni persona & vniuersitate legitime defendere, auctorizare, & expedire, ac se facturum & curaturum, omni exceptiõe remota, quod dictus A. prædictam venditionem, pretii solutionem, & oĩa & singula s̃. scripta perpetuo firma, grata, rataq; habebit, tenebit, & obseruabit, & adimplebit, nec contra veniet aliqua rõne, vel cã de iure, uel de facto. Itẽ quod ipse P. non dicet, uel opponet, ꝙ pro minori fuerit obligatus, certificatus, & sciens ipsum A. minorem esse, & ꝙ nullam contrariam exceptionem, uel defensionem, seu negationem iuris, uel facti specialem, uel generalẽ cõtra prędicta, uel aliquod prędictorũ in aliquo faciet uel opponet sub pœna centum librarum Tur. stipulatione promissa, & refectione damnorum & expensarũ litis, & extra, et obligatione omnium bonorum suorũ: qua pœna soluta, uel non, prędicta oĩa et singula firma perduret, renuncians beneficio nouę constitutionis de fideiussoribus exceptioni doli, conditioni sine causa, in factum actioni, et omni alii iuris auxilio, atque facti. Illud autem nota, ꝙ sacramento corporali a minore su-

b per uenditione pręstito, uerba talia solent poni b:

FORMA. Tu iuras formaliter et corporaliter ad sancta Dei Euangelia, nullã restitutionẽ impetrare cõtra prædicta, aliquod prædictorum occasione minoris ętatis, aut minoris pretij, uel pretij tibi nõ soluti, uel in tuã utilitatẽ nõ cõuersi, uel nõ durãtis, siue alia quacunq; : Sed licet hæc uerba in scr̃is soleant apponi, tamẽ in textu instri in stipulationem deducunt̃ et ponunt̃ ante pænã, ut s̃. patet, ut nõ tñ per uirtutẽ sacri, sed ẽt cõuentionis et stipulationis seruent̃, et ad ea ẽt pœna, sicut et ad cætera referatur et committat̃. Puberem ergo, s. maiorẽ 14. annis sic iurantem sacrm repræsentat maiorem 25. annis, unde non restituitur, C. b aduersus uend. l. 1. et l. sacr̃a. et C. si min. se ma. dixerit, si alterius. † Hoc etiã scias,

### ADDITIONES.

a FORMA. 5. *ut est in summa Rolan.*

b Poni. *Rol. notat in Summa sua aureola super pra. uer.*

scias, quod si adultus cōtrahit mecum sine curatore. & iurat non venire contra rōne minoris ætatis, & ignorabam ipsum curatorē habere, ipse vero sciebat, sed me nō certificauit, vel fuit interrogatus, vtrū haberet curatorem, & cū haberet, dixit se nō habere, non subuenitur ei propter dolū commissum, arg. ff. de minor. si ex causa. §. si in commissam. & C. si min. se ma. dixi. l. j. per totum. & ideo cautum est sic addici in contractu.

FORMA. Talis minor 25. annis asserēs se nullū curatorē habere promisit talis decem, vel vēdidit tale prædium, & iurauit nō uenire contra rōne minoris ætatis vel quacunq; alia rōne, & est alias simile, quia si filiusfamilias asserit se sui iuris esse, postea non potest, dum cōuenitur vti beneficio Macedoniani, ff. ad Maced. l. 3. Sed si sciui eum curatorem habere, non valet cōtractus, licet ipse iuret non contrauenire, & mihi dēt imputari, quia cum tali contraxi, ff. de reg. iur. quod quis. & vide sup. de actore, ver. sed nunqd. iudex.

LIB. Coram, &c. conqueror de P. cur mihi uendidit equum ornatū tempore uenditionis cum sella, et freno deauratis, quę ornamenta quia mihi non præstat, iō equum sibi restituere uolo, et peto, ut mihi restituat pretium, et ad hoc propono actionē in factum. Hæc probantur

22 tur in præalleg. l. † Quarto competit et hęc actio, quando eo loco, quo iter vulgo sit, habeat quis canē, verrē, aprum, ursum, panthetam, leonē, uel aliud animal, qd possit nocere siue legatum, siue solutum, ff. eodem hi enim, et l. sequen. & tunc concipitur sic libellus.

LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui in loco prohibito, quo iter est publicū, habeat canem, vel verrem, aliudue animal, quod nocere pōt. & docuit iā, quia homo talis occisus est, et quia contra vtilitatem totius populi est, peto eum in cc. sol. condemnari, & ad hoc propono actionem in factum, & sic agitur, non tanq is sit, qui agit priuatur, sed tanq quilibet de populo. est enim hęc actio popularis. Positiones aūt hic necessariȩ non sunt. Si autem locus sacer, uel religiosus pro puro uenditur sit, dic, vt inf. de relig. dom. versic. item sæpe. Cæterum si tibi ancillam uendam, uel tradam eo pacto, ne prostituas, dic, ut inf. in titu. de adult. uersic. porro & sequ. Item si quis emit seruum de peculio ipsi^9 serui, nec enim manumittit, dic, vt supra de seruis non ordin. uersicul. & quia. Si aūt petitur rescindi venditio, id eo quia contractus vēditionis simulatus est propter vsuras, dic,

23 vt inf. de vsuris, uersic. si autem. † Vtrum in libello possim petere venditionem pronunciari nullam, vel retractari per beneficium restitutionis in integrum, nota. Papa extra de in integrum resti. constitutus. Quid si qs propter metum rem suam vendidit? dic, ut supra de his quę ui, me. ue causa fiunt uersiculo sed prȩdictis, & sequen. Item si mensor falso renunciauerit fines rei uendite, uel plus, uel minus, quam sciuerit ibi esse, uel actor fines occupat, concipitur libellus, ut infra de paro. uersicu. & quia. & sequen. † Vltimo not. quod si tibi denunciaui, ne talem fundum a tali emeres, qa suus non est, probante me, quia meus sit, eum cum fructibus recuperabo, ut C. de rei uend. si fundus. ad idem. ff. de eden. quæ

25 dam §. nihil. † Quid autem operentur huiusmodi prædictiones, uide ff. qui satisdat. cogant. si fideiussor. ff. ex quibus cau. maior. l. antepen. ff. de rei vendi. l. aut. & ui-

26 de ff. si cert. pet. t. nam & si fur. respond. 3. † Sed nunquid idem erit, si denunciaui alicui, ne vendat rem aliquam, puta equum, vel bouem, vt postea vendens dicatur dolo desijsse possidere? Dicunt quidam, quod non. Alij contra, ut ff. de peti. hæred. item ueniunt. §. petitā. & in prȩdi. l. quædam. §. primo. nam & alias punitur denunciationem spernens, ff. de adulter. nuptam. & l. qui vxori. Eo enim ipso, quod sibi nunciaui, uidetur ius suū vacillare, ut C. de acquiren. poss. l. nemo, & per consequens dolo malo desijsse possidere. † Qualiter ergo

27 sibi consuletur? Respondeo, iudex statuat mihi tempus, intra quod rem vendicem: intra quod veniens audiar, postea non argumen. ff. de adopt. mancipiorum. & l. si emptio. §. fin. Et est alias simile ext. de resti. spol. frequens. §. solet. libro sexto, C. de remiss. pigu. si eo tēpore. ff. qui. ex cau. ma. sed & si der prætorem. §. sed &

b si dum b. C. de inge. ma. diffamari. Potest & aliter consuli ei, nam si post nunciationem vendiderit, & statim dicit mihi, paratus sum defendere causam, ut cognoscatur, si sit res mea, uel tua, denunciatio non impedit uenditionem, si nolim agere causam, arg. ff. ut in posse. lege. l. 3. responso. 1. Item si propter denunciationem meam damnificatus est, quia nullus uult emere, de dolo teneor ei: uel saltem aget contra me actione in factum

ADDITIONES.

a Vendidit. *Debet enim dicere, uendidi, quod etiam patet supra uer. proxi. in prin.*

b §. Sed & si. dum. *Facit, quod ibi no. in 1. glos.*

ctum: vel si propter rem, vel personam meam non possit contra me agi de dolo, ff. de do. l. rem, quam venalē.
28 † Sed nunquid iudex potest alicui inhibere, ne rē suā uendat? Et uidetur, quod sic, C. de Iudæis, nemo. C. de pac. l. fi. Quidam tamen contra, ubi per hoc nō fit deterius ius, & conditio domini circa possessionem, uel ꝓprietatem. ff. de pollicit. l. de pollicitationibus unde se habet intromittere de tenutæ datione. C. de priuil. fisc. l. 1. & ff. de appe. Imperatores. §. fi. & ff. de rei uēdi. non
29 solum. † Sed nunquid ei, cū quo lis est contestata, potest inhiberi, ne alienet? Respon. sic, siue ius aduersarii sit futurum deterius, siue non, cum sit res litigiosa. ut C. de litig. l. fi. & facit ff. de offi. præsid. illicitas. §. neque.
30 † Quid si me prohibente uineam meam emisti, quam uenditoris esse credebas, & meam ingrederis, nunquid potero te accusare de ui, uel de possessione inuasa? Videtur, quod sic: quia rem alienam inuasisti, C. unde ui, non ab re, & potius est ueritas attendenda, quā tua simplex opinio, ut eodem titu si quis in tantam. ff. de manu. uin. l. 3. §. quoties. extra de big. nuper. debuisti enim credere denunciationi, ff. de eo, per quem fact. est, l. prima. C. de rei uendica. l. si fundum. & uideris ignorantiam affectasse, dum credere noluisti, C. de incest. nupt. qui contra. & in dubio debuisti potius abstinere, ff. de rit. nupt. adoptiuus. §. primo, & extra de app. dilectus. in fi. nec debuisti ingredi possessionem, nisi rem & possessionem scisses fuisse uenditoris, C. li. 10. de agri. & cē. seruos. C. de bo. mat. l. 1. Argu. contra, quod non sis culpabilis, quia non credidisti alienam: quia plus est opinio, quam ueritas. ff. de furt. inter omnes. §. recte. nec tenebaris credere denunciationi meæ. ut ff. de admin. tuto. quidam. in fin. & supra de citat. §. sequitur. prope prin. Nā si cuilibet, ne emeret, uetaretur, C. debit. uēd. pign. imp. non poss. l. secunda. Nec potest dici prędo, qui pretium numerauit, ff. de regu. iur. nemo. nec tibi imputatur, si plus uēditori credidisti, quam mihi: nam alteri credere debuisti, ff. locat. in naue. Sup hoc dixit Mart. de Fan. absoluendum, si aliqua indicia non appareant contra malam fidem tuam. Si enim ita eras vicinus meus, quod non sit uerisimile te facta me ignorasse, condemnandus es, arg. vnde cog. l. octaui, ff. de, in integ. rest. de tutela, ff. de lib. causa, si filium, extra de præsump. quosdam, &c. quanto.

## De actione præscriptis uerbis. Rubr.

*SVMMARIVM.*

1 *Actio præscriptis uerbis, quando locum habeat, & qualiter in ea formetur libellus.*
2 *Positiones in actione præscriptis uerbis, qualiter sint formandę.*
3 *In actione præscriptis uerbis æstimatoria, quæ sint necessaria.*

a TERTIO uidendum est de actione præscriptis verbis, quę tunc locum habet, cum ī cōtractu talia verba pręcesserūt, quod ex illis bene oriretur actio inter me, et te, si speciale nomen haberemus actionis, unde quia non habeo, proponam actionem in factum præscriptis verbis, in qua sic libellus concipitur.
b LIBELLVS b † Coram, &c. conqueror de P.
1 cui cum vendidissem Codicem meum pro decem, in ipso contractu incontinenti conuenit mihi, quod commodarem ipsum pro exemplo. quem Codicem sibi tradidi, vnde peto, ut illum Codicē meum mihi pro exemplo tradere debeat, & ad hoc propono actionem in factum præscriptis verbis, ff. de præscript. l. naturalis. C. de retū permut. rebus, & l. ex placito. Actor ergo sic ponet
2 POSITIO act. Pono, quod uēdidi tibi Codicem meum. Item quod incontinenti conuenisti mihi pacto nudo, quod illum mihi commodares pro exemplo, C. de rerum permut. ex placito. & l. reb. Itē, quod illum Codicem tibi tradidi. Item in contractibus stricti iuris vtetur eisdem positionib. Reus vero sic:

POSITIO rei. Pono, quod vendidisti mihi Codicem pure sine aliquo pacto, extra de fide instru. cum Ioannes. Item quod pactum fuit appositum ex interuallo, extra de elect. cum post. Item quod mihi vendidisti tali die. Item quod post. tres dies facimus pactum. Item Codex, quem vendidisti mihi, est adhuc
c penes te. † Sed & si datis Titio c rem pro 10 vēdendā: sed neque res, neque pretium tibi redditur, datur tibi actio in factum præscriptis verbis æstimatoria, vt res, aut decem reddantur, ff. de excit. act. l. vnica. in qua sic libellus concipitur.

LIBELLVS Coram, &c. conqueror de P. cui dedi Codicem meum pro decem vendendum: vnde ago contra

## ADDITIONES.

a TERTIO Videndum est *Auctor hic breuiter transglutiuit longos tractatus, quos copiosè ponit Rossiter ciuiles, vbi de actione in factum præscriptis verbis, quam etiam diuidit per rubricas; sed prosequitur solum primam rubricam, & secundam æstimatoriam, & de qualibet parum, libelli aūt, & positiones fuerunt eius. Præmittit ēt quod est vtile scire de his nominib. Actio in factū, item Præscriptis verbis. Et dr̄ actio in factū, id est, ex tali facto cū.n. plura sint negotia, quam vocabula, vbi deficiunt vulgares actiones, & nomen proprium inuenire non possumus, recurrimus ad actionem in factū, ff. eo. ti. de præscriptis verbis ꝑ totum; & est nomen actionis sumptum ex facto. Alij dicunt in factum, id est, infectum, quasi indefectum; quod sibi non placet. De secūda. s. præscriptis verbis, not. quod omnis actio præscriptis uerbis est in factum, sed non conuertitur. Item habet locum hæc actio, quando uerba præcesserunt, s. in aliquo contractu. est enim hoc necessarim in hac actione, s. quod præcesserit contractus nominatus, uel innominatus, licet hæc differant. quod satis prosequitur. Est autem necessarium, quod in ipso contractu, uel parum ante, uel parum post fiat pactum. patet exemplum in libello hic posito. Et quod in contractibus innominatis non interueniat stipulatio, & quod ex parte actoris contractus sit uestitus interuētu rei, hoc patet ex positionib. Ad libellum autem opponit del. neque pignus, neque depositum, neq; precarium, neque emptio, neque locatio rei suæ consistere pōt, ergo ex pacto, quod rem meam mihi commodes, agere non possum. Solu. Cessat obiectio, si ante traditionem id fiat, & dato, quod sit tunc tradita, non tamen fit pactum de re mea mihi cōmodanda, sed re, quæ desinit esse mea, ad quod tempus referri posset etiam stipulatio, & sic intelligitur ff. de uerborum obligationibus, l. nemo,*

b LIBELLVS. *in quo quatuor requiruntur, quæ per positiones colliguntur.*

c Titio. *Hic aggreditur s̄m rubricā de actione pręscriptis uerbis æstimatoria; & quatuor, quæ requiruntur, ex positionib. collige. Contra libellū opponendo quęritur Res. quid sit in obligatione, in hac actione, an res, an ꝑtiū, an utrunq;? Si dicis alterū, itū, ergo male petis, uel rem, uel pretium, si dicis, quod utrumq;, insiat, si ęstimatio fuit uera, accipiens fit dominus, Codice de iure dotiū, lege quoties. ff. pro emptore, leg. litis. Auth fuit facta, ut sciretur, tantum posset haberi; & tunc non trasit, ff. de iure dotium, si inter. & ff. eodem titulo, plerūque. §. penultimo, & commod. si ut certo. §. cōmodatū. & sic primo casu solū pretiū secundo res ipsa peti pōt. Respondet, nō esse simpliciter utrūq; in obligationes, sed successiue. nā si res nō est uēdēta, ipsa res est in obligatione, si est uendita, tunc pretiū. Procedet autē libellus q̄n incertus est petēs an res sit uendita, ꝙ procedit reo ipsū certificare nolente. Et est simile, q̄n reus nō respōdet, an ꝓ hærede, an ꝓ possessore possideat: ff. quor. le. l. 1. §. ꝙ aūt. Iudex ergo ubicūq; monet æquitas, interrogare pōt ff. de inter. act. ubicunq; petet a reo, an rē uēdiderit, & s̄m ipsius respōsionē actor libellū formabit, uel restriget. Ad obiectio*

*nem, aût, qua distinguitur, aut gratis reus ad id agat, et sic mādati, aut pratio, & sic de conducto agi deberet, responderes tex. legis unica, quam alle. hic auctor. Item quando res sic æstimata traditur uendenda, cuius sit periculū, & quale, tractat hic Rosfred. de quo not. in præalleg. l. unica. de æstim. in ultima gloss.*

contra eū, vt illa decē mihi præstet, vel ipsū Codicem incorruptū: & ad hoc ꝓpono actionem in factū ꝓscriptis verbis æstimatoriā, vt in ꝓl. Actor ergo sic ponet.

POS. act. Pono, quod tibi rem dedi vēdendam. Itē quod pro decem eam æstimaui, vt vel decem, vel eam mihi dares. Itē quod hoc recusas facere. Re⁹ vero sic:

POS. rei. Pono, quod rem illam dedisti vendendā T. Itē quod eam habes. Item ꝙ pretium tibi dedi. De petitione ęstimationis dic, vt ꝭ. de oblig. & sol. §. sequitur. ad fin.

De euictionibus. Rubrica

*SVMMARIVM.*

1 *Si emptori alicuius rei lis moueatur, uel moueri speratur, debet hoc uenditori renunciari, & speciale instrumentum confici.*
2 *Præsentatione simul cum denunciatione facta, qualiter sit procedendum.*
3 *Libellus qualiter sit in actione ex stipulatu formandus.*
4 *Libellus qualiter sit pro seruo, uel fundo uendito concipiendus.*
5 *Positiones qualiter sint, ubi proponitur certi condictio ex stipulatu, formandæ.*
6 *Venditori in iudicio præsenti an sit denunciandum, cum scias litem moueri.*

a VLTIMO dicēdum restat de euictionib.ᵃ Si igitur emptori libri, vel equi, vel prędij, vel alterius rei lis moueat̄, vel moueri speratur, dēt hoc vēditori denūciari, vt ext. eo. c. fi. & C. de euic. emptor fundi. & l. actore. ff. eo. si fundus, §. si cum sup. qua denūciatione sic instrm cōficit.

1 FORMA. † T. denunciauit, & dixit P ꝙ prædium, quoddam situm in tali loco, intra tales confines, qđ dictus P. ei vendidit, debeat sibi defendere, auctorizare, & expedire, & specialiter ab H. qui litē sibi mouet vel mouere intēdit, seu quęstionem de ipso corā tali iudice: & generaliter ab omni ꝑsona, & vniuersitate, & ꝙ omnia & singula sibi faciat, adimpleat, et obseruet, ꝓut de iure debet, & sicut tenetur, & promisit, ac cōuenit in īstrumento venditionis ipsius rei. hæc forma ꝓbatur in præ. cōcor. Forma igitur denūciationis est. nā emptor dicet actori, quomodo quęstio sibi mouet̄, vt C. de euictionib. si cui quęstio. & requiret eum, vt ipsum defendat, vt eod. ti. si parentes, & ff. eo. si rem. §. fi. & vt adsit causę, vt C. de empti. act. & l. cū successores & C. de peric. & cōmo. rei venditæ, lege prima, & ut eam instruat, vt ī præal. leg. l. empti. putā dando sibi testes, vel īstrumenta, vel alia ad cām facientia, et vtilia, si quę habet.

2 † Et no. ꝙ quādo fit pręsētatio & oblatio pecuniæ, uel alterius rei simul cum denunciatione: & præsentans denūciat ei, ut pecuniam recipiat, quod si recipiat, sigillatur ipsa pecunia in sacculo, & sigillata deponitur coram eisdem testibus apud sacristam, uel presbyterum alicuius ecclesiæ, pro eo, qui recipere debet, ut C. de usuris. acceptam. Et generaliter tabellio ī his instrumentis debet uti uerbis denunciantis, seu denunciatis, & debet scribere actum, & processum negotij, & verba prolata.

3 † Si vero venditor promittit de vitio, & euictione, contra eum ageretur actione ex stipulatu, ff. de euic. si fundus & l. euicta. §. duplæ. et l. si seruus, & l. si seruum, & l. si rem. §. si duplæ. in qua sic libellus concipitur.

LIB. Coram, &c. cōqueror de P. qui cum mihi uendedisset talem equū, & ꝓmisisset mihi de vitio, et morbo, & euictione, equus ille habet tale vitium, vel morbum, quia recalcitrosus, vel gibbosus, vel quia est mihi, uel a me euictus, vnde ago ꝯ eum ad meum interesse, quod æstimo 20. & ad hoc propono certi condictionem ex stipulatu, ff. de ædit. edict. ædiles aiunt. & l.

4 bouem. § Si autem seruus, vel liber, vel fundus fuerit venditus, sic concipitur libellus.

LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui uendidit mihi Stichum, vel Digestum, vel talem vineā, & promisit mihi de vitio, & morbo, & euictione: qui seru⁹ est fugitiuus, vel erroneus: vel Digestum mendax ꝑ maiori parte, uel fundus iste producit herbas pestiferas: vel illa sunt euicta, vnde cum mea intersit in uiginti, ideo peto illa viginti, et ad hoc propono certi condictionem ex stipulatu, 29. quę. 1. ad fi. quæst. Actor ergo sic ponit.

5 POS. act. † Pono, quod vendidisti mihi equum, vel seruum, uel librum. Item quod promisisti mihi de vitio, & morbo, & euictione. Item quod res uēdita inuenta est uitiosa, uel morbosa, uel euicta, ea alia faciat, ut diximus ī redhibitoria, supra, §. nunc dicendum, in principio. Reus uero ecōtra ponat. Et nota, quod emptor

ADDITIONES.

a Vltimo dicendum restat de euic. *De qua Rof. ubi de duodecim cautionibus tractat, cautione duodecima, s. de cautione ex stipulatu pro euictione, et libelli hic positi fuerunt ipsius & loquunt̄ de obligato de euictione. Sed quęro, an valeat pactū, ꝙ uēditor de euictione non teneatur ad precium, interesse, uel expensas, uel aliud aliqđ, qđ excogitare uel euenire posset, & c. ita ꝙ si postea res euincatur, cōueniri non possit? gl. in l. non dubitatur, C. de euictio. uī velle, quod pactū, uel remissio non teneat, dicendo, quod petitur pratiū licet auctum fuerit, ne agatur, allegat ff. de act. emp. emptorē, §. q aūt. Cy. post Pet. placet illud, quod de pretio, dr̄, procedere, cū emptor remisit euictionē, ut sit remissum īteresse, sed non prætium, ut sup. Si vero cōuentum est, quod nulla actione agat̄, tunc nullo mō aget, ff. de ędilitio edicto, uenditor §. q̄ritur. Guid. de Suza. in ead. l. ad patrē, ꝙ pactum non ualeat, allegat iniquitatē pacti, per qđ quis locupletatur cum alterius iactura, contra regulā, iure naturæ ff. de regulis, & eo. ti. locupletari. l. 6. Tenet m̄ contrarium, dicens, id lege nō prohibitum, et quia remitte attib. & c. ff. de edibito, cum quæritur, §. si uenditor Iac. de Aret. fatebatur in terminis, de quib. quæritur, uenditorē de euictione non teneri, nisi sciens uendidisset rem alienā alteri obligatā, quia tunc nihilominus teneretur, quia tunc fuit in dolo, ff. de act. emp. l. 1. bene facit eo. ti. tenetur. §. fi. & l. Iulianus, §. idē Iulianus, & l. quæro, & l. idemque, §. in oībus. facit ad materiā infra de donat. uersic. quid si actum. Viso de ui pacti, uideamus de ui statuti, uel consuetudinis circa hoc, qđ disputauerunt Marti. de Fan. q̄one 16. & inci. conuenit Aretinis. 50. Lamb. de Ramp. mihi quarta, & incipit, lex municipalis, pendet in hoc q̄ō si statutum, uel cōsuetudo Mutinæ hēt, ꝙ rem mobilem, uel immobilem euictam non teneatur restituere possessor bonę fidei, nisi sibi restituatur pretium per eum in re solutum, habeat locū in Bo. agente, uel defendente Mutinæ contra Mutinenses. Q̄ō, an statuta ligent forenses, satis est trita, & remissiones uide supra de constitu versiculo. & nota, quod. & super ipso secundus prædictorum doc. sequutus fuit uerba primi, amplians tamen ī hoc sed licet cum Bon. est reus, & in re immobili, q̄ hēt in dięcesi Mutinen. quam Mutinen. ab eo euicit, verba solutionis utriusque ad literam sunt hæc, ꝙ statutum alienis ciuibus non potuit legē imponere, cum sit ius proprium illius tantummodo ciuitatis, ff. de iustitia, & iure. l. oēs, nec sit ad alios porrigendum, C. de leg. lege secunda, æqualitas enim litigantibus non adesset, si unus suo iure proprio, s. statuti, uel consuetudinis, alium læderet, quod lex abhorret, Codice de fructibus, & litium expensis, lege finali, & ꝙ ratione loci, in quo iudiciū agitur, iustitia uarietur, non uidetur honestum, Codice de temporibus, & reparationibus appellationum, lege finali. Item ad hanc m[illegible] quæstionem notatam infra titu. proxi. §. ult. in fin. & quod ibi dicam.*

AD-

*ADDE quo ad primam quaestionem, ut per Bartolum in lege, emptorem, § fi. ff. de actionibus empti, & Alexandrũ in apostilla.*

ptor debet venditori denunciare, ut eam defendat, ut dixi: quod intellige, nisi per venditorem steterit, quominus ei denuncietur, vel ignoretur, ut ff. de euictio. si ideo. §. praesenti. & l. si dictum, §. praesentem. ff. quod vi aut clam, l. 1. §. sed Aristo. & l. vim facit. † Sed nũquid a
6
a venditori in iudicio praesenti denunciandum est, si scit quaestionem moueri? Videtur, quod nõ, ff. de ac. emp.
b l. 1.[b] Contra credo, licet enim sciat, tñ emptor denunciare sibi debet. Et est simile, quia seruus iussus reddere rationes, licet reliqua reddat, nõ tamẽ liberatur, nisi rationes reddat haeredi, ut ff. de liber. leg. non solum, §. is, qui reddere rationes. Et iunge hic, quod notatur supra eodem, §. 1. versiculo, nunc formam, super verbo, promittens per se, & sequen. & supra iuramento calũniae, §. fin. versic. quid si emptor.

ADDITIONES.

a Sed nunquid. *Iste versic. fuit Ross. ubi supra.*
b L. 1. *Alias leges ad idẽ vide p Acc. C. de euic. emptor fundi. ĩ 1. glo. qui ad partem contrariã allegat ff. de a. ... l. denunciasse. per q licet tutius et scienti denunciare. Tu dic cum actore, non simpliciter hoc tutius, imo necessariũ hoc esse. Circa qđ uidendũ est quid tenetur emptor denunciare. De plano. n. stari posset opinioni contrariae, si a l ... teneretur emptori, nisi a l notificãdum, q̃ qđ sibi moueretur, ex q ... in regula, eum qui certus. li. 6. & procedunt tunc ibi nota. per Dyn. membro secũdo, & assumpta per Cy. in prae. l. emptor fundi, sed miror hucusque ĩ casu proposito per scribentes non ponderatum, quod talis notificatio non sufficit emptori, imo dẽt requirere uenditorẽ, quod rẽ sibi venditam defendat, iste est tex. in si parentes. in fi. C. de euictio. ibi, nec nobis, ut defendatis, negotium denunciatũ probetur hoc dicit ẽt decre. ult. hoc eod. ti. qua clare dicit, nunciationem fieri debere de re defendenda. Hoc ẽt not. Azo. in Sum. ipsius tit. ad finem, idem Accur. in l. actore. C. eod. ti. in 1. gl. & Ros. cuius fuit iste uersic. ubi supra. Cum igitur hic sit necesse requirere, absit, quod scientia uenditoris pro inquisitione, ad quã tenetur emptor, possit haberi. bene facit de iureiuran. breui. de senten. ex. cõmu c. 1. li. 6. uersi. exemplum, eo. lib. de appel. ut sup. & tunc eo ff. quorum leg. l. 2. §. 1. de ope. libertor. cum patronus, primo respõso, de dam. infe. lege 4. §. hic aũt. facit, quod not. C. quae res pign. obli poss. l. nomen. in fi. ultimae glo. & bene facit, quod scripsi de conces. pben. c. 2. super 4 glo. & supra de proc. in fin. & quod no. extra de proc. non iniuste, in ult. gl. Ex[h]is concluditur, q sumus in primo membro distinctionis Dy. s. quod denunciatio est de substantia. Fateor ẽt Iac. de Bel. in hac materia bene distinxisse in l. prae. emptor fundi. sed nego illum bene conclusisse. Distinxit. n. quinque casus, in quorum tribus primis dixit non sufficere scientiam, & quod in duobus ultimis sufficit. Primus aũt eius casus est, q̃n denunciatio requiritur, vel denuncianti acquiratur efficaciter ius agendi, & hic non sufficit scientia. Iste est casus noster, salua pace eius. Quod ergo pro quarto casu ponit, quod quando denunciatio exigitur ad comodum eius cui fit. sufficit scientia, & per hoc cõcludit ĩ terminis nostris scientiã sufficere, cum denunciatio fiat ĩ fauorem uendentis, ut possit defensiones parare. hoc nego, & recedit per hoc a primo suo edicto. si. n. omissio denunciationis hoc casu releuat uenditorem, & nocet emptori, & econuerso denunciatio releuat emptorem, & grauat uenditorẽ, quo dicere potuit, q fieret in fauorem vẽditoris. Stare igitur debuit suo dicto, ut cum hoc casu requiratur denunciatio, ut emptor efficaciter de euictione agere possit, nõ sufficit scĩetia. Fateor tamen, quod in qõne, quando, & in quo tẽpore facienda sit denunciatio, uel requisitio, & de quo nota. & dixi in prae. decre. ult. de emptio. & vendition. q cito fiat. unde respicit cõmodũ uenditoris, hic tamen per prius dicta de requisitione necessaria, uidẽtur esse superflua, sed dicta sunt ad conclusionem illam tollendam.*

Baldus de emptione & venditione.

VENDITOR tenetur cedere emptori iura sua, & qui non hẽt actionem, eam nõ potest cedere, ff. de cõtrahe. emp. l. quod saepe, §. si rem. Bald. Formam instrumenti ari harum in §. sciendũ, per G. Verba illa Per se, & suos haeredes, tacite intelliguntur. G. haec verba ĩterdum proferuntur in dispositionem, interdum in cõditionem, interdum in promissionem, C. de pact. inter emp. & vend. l. secũda. ff. de cond. & dem. l. cui fundus ĩterdum a testatore, ff. de pignor. act. l. necessarias, §. de vendẽdo. & C. quib. mo. pign. uel hypot. sol. l. sicut. §. intepen. ff. de uerb. obl. l. qui Romanę §. Augerius, & C. de cõtrah. & cõmit. stip. l. ueteris, p Per & Cy. uide ĩ. de lo. §. ecclesia põt. Verba Sine aliqua exceptione, omnẽ exceptionem, & defensionẽ excludunt, ff. de fideic. lib. Thais, §. sciens seruus. Verbum Dare, in ĩ strũs qñq; proprie, quandoque improprie ponitur, l. fina. ff. de cõdi. ob cau. ff. de usur. si stipulatu. G. Verbum Tradere, in instrumtis proprie, & improprie ponitur. G. & facit, quod no. ff. de dam. infec. l. dãni. per Iac. Qualiter intelligatur promissio securitatum, uersi. quid si ĩ instrũs. G. Quid si promittitur securitas ad sensum sapientis? Respondeo sapiens habet consulere circa iuris cautelam, non de facto.

ADDE, q si in ultima uolũtate hoc dicat̃, qđ iuris, ff. de haere. inst. l. illa ĩstitutio. & ibi plene per Bar. Item no. q licet hoc nõ dicatur, tñ tacite intelligit̃, ut fiat sapienter, ita q de iure bene ualeat, ut no. l. huiusmodi. ĩ prin. de leg. 2. item adde, qđ no Inn. in c. si pro debilitate, de offi. dele. item adde, quod no. ff. de uerb. oblig. l. ex ea parte. Bal. Quę oĩa & singula, ista uerba ad singula pacta, & capitula referũtur. G. Quid est dicere Sub pęna? dic, ut no. ff. de pac. l. rescriptum, §. si pacto. ĩ fin. magnę gl. & ff. de leg. 3. l. uxo. §. Agrippa. per Iac. tantũ est dicere Sub pena, quantum dicere Sub stipulatione penae unde duae stipulationes esse uidentur, quod not. Ad habendum, tenendum, & possidẽdum. quę est uirtus horũ uerborum, dic, ad habendum, s. de iure ff. de uer. ob. l. stipulatio. tenendũ, s. natura liter, possidendũ, s. ciuiliter G. facit, qđ no. ff. de uer. ob. ista. §. hi quoque. G. An pactum, quod nõ possum facere fenestram ĩ pariete, ligat emptorem, respondet Pet. quod nõ, nisi appareat pactum appositum contemplatione tui prędii vel tuae domus, ver. sed pone, P. et per Dy. ĩ l. si. ff. de noui operis nũc, & facit ff. de alie. iud. l. 3. §. opus, ff. de seruit. rust. pred. l. antepen. & facit ff. ad Vellei. l. si mulier. la 2. §. 1. in fi. Bald. & ista quęstio. est de facto Fabriani, diutius ventilata ibi. Bal. vide ĩ. ti. seq. §. pactum factũ. Bal. Vbi dicitur, quod si sit venditio annuo pretio, censetur locatio, & fit remissio, quia actus, & i[9], & species, non res emũtur secundũ Bar. Sed certe & emptio est annua quãdoq;, et facit ff. de pręsc. ver. l. apud Labeonẽ. §. pen. & de act. emp. l. ea res, in princ. & ff. loca. l. itẽ quaeritur, §. exercitium. Bal. Haec verba Vẽdidit, & tradidit, nõ probant traditionem naturalem, quae tempore instrumenti nõ potuit interuenire, nec ciuilẽ, quia nõ declarat qualem, cum plures sint ciuiles modi tradẽdi, sed habẽtur ista verba loco inuestiturae, vel licentiae intrandi, & possidẽdi, ff. de acq. pos. l. praedia. p Iac. & Bar. Nã haec verba Vendo, & trado, non probãt traditionem veram, sed licentiam possidendi, ver. quid ergo si in instrumẽto. G. Verba enim operãtur, quicqd possunt operari de iure, & de facto. idem tenet Cy. C. de pign. ac. l. 2. & C. de acq. poss. quod praedia. & Iacob. & Barto. vbi supra eo. ĩ d. ver. quid ergo. habes, an emptor possit propria auctoritate ingredi rẽ emptã absq; uẽditoris licentia. Controuersia debet fieri etiam extra iudiciũ, ff. ad Treb. l. Lucius Titius, §. tres, uersi. no. quod promittentes. Nota, quod ubi pena nõ committitur, nõ habet locum restitutio damnorũ, nisi sequuta euictione. uide supra eodẽ, §. illud, quid est dicere Sub pena, & infra §. fin. Item nota, quod promissio dupli in dubio refertur ad pretium cõuẽtum. Itẽ nota in duplo simplum inesse, C. de spon. l. ... quia uĩ pena apposita

posita loco rei,ver.no.ꝙ hęc pęna.G.Itē qa ī pęnis debem⁹ eē mitiores,hęc rō no.ff.ad l.Iul.pec.l.is, q pdā. in gl.ord.Item no.ꝙ noīe expensarū nō ꝯtinetur pretiū,ff.de ꝯ.t.& dem.l.quib.dieb.§.1.p Dy.& qđ no.ff. de verb ob.l.seditiones.B Itē instrm vendōnis fęni & fructus futuri est diuersum ab instro vēdōnis vsusfructus,ver.cęterū,& ver.seq G.cū vēdit vsusfructus,vēditur res pñs,ꝙ vsusfructus formalis sine ulla fructuum perceptione,iuris intellectum hēt, sed cum uendunt fructus futuri spēs emitur. Et an ob sterilitatē fiat tūc remissio,sicut in locatione,dic,ut no.in l.cotē.†. q maximos,ff.de pub.p Bar.& ī t.ti,ex.§.1,uer. sed ꝑ prima parte,&c.Qñ plures uendūt in solidū,illud in solidū, refertur ad ꝓmissiones,nō datione,q̄ nō pt fieri p plures in solidū,uer.sed si plures,ad fi.G.C.si cer. pet.l. cūte.Bal Qñ cōmissarii uendunt,ponit Spe.formā,ꝙ ꝯfiteanē pretiū habuisse,uer.interdū ēt res.G.Sed tūc dic ꝙ nō sufficit sola ꝯfessio,C.de noua.l.nō absl ulit.ff.de iure fis.l.ꝑcurator.et de re iud.a diuo Pio.Bal.No. ꝙ q frumentū,uel uinū uēdit,nō tenet ipsum portare ad domū emptoris;nisi hoc promiserit,§.sciendū,ver si. C.de ꝯst.pec,l.itē illa.p Gul.de Cu.Qñ alienat dos,uel donatio pp nuptias,ualet,si iuretur,in §.3.loco.uer.uerū.G.Tñ si mulier iurauit nō uendere,nec consentire prius iurm tollit fm.uer.& no.gñ ile conciliū.G.Qñ contrahit,bonum consilium emptoris est ab eo ꝙ ipse asserat se non habere curatorē,§.nūc.No. ꝙ ubi est interpositum decretum,pręsumuntur oīa solemniter acta,§.dicēdum,ver.hoc ēt,& uer,& br se as.G. & est gl.ordi.in l.1.C.de fi.instr.& iure hastæ fis.lib.10.q̄ no. Bal.An l.2.C.de resc.uend patrocinetur scienti,dic,ꝙ non,§.nunc dicēdum,uer.qd si aliquis.G.& adde, qđ no.gl.ff.de uer.ob si quis cū aliter,& ff.ad Treb,l. Lucius,§.fi.uers.quid de transactione. G.uide s̄. de dolo, & cōtu.§.ult.Emptor possessionis excusāt a pęna possessionis excusatur a pęna possessionis turbatæ,uel inuasę,& hoc per titulum suum,§.nūc dicendum, uer. si.etiam si fecerit contra protestationem accusatoris, nisi probetur scīa,scꝫ sciuerit protestantem possidere, fm Mar.de Fa.facit de lib.cau.l.igitur.Item facit ff.de rei uen.l.in rem.§.tignum,ubi habes , an laboratores excusentur a pœna turbatę possessionis, & fuit de facto in qōne magistri Ricci.Ratione uero solius ignorāntiæ dominii quis non excusatur,ff. de fur.l. falsus. §.qui pactum,per Bart.uide infra titu.sequ.§.emphyteota acquirit.& supra eo.§.no.quod pęna. uide Bart. in l.1.ff.si quis test.li.esse .ui. Venditori etiam scient⁹, & in iudicio præsenti tantum denunciandum est,§.fi. uide supra de sen.§.primo.G.

a De locato a Rubrica.

ADDITIO.

a *Ex practicis auctoribus soli Rof.& Io.de Bla.persecuti sūt hūc tractatū,instrā vero,quæ inf.ponuntur,cōiter sunt Rol-Mar. de Fa.in mēoro 13.tria de hac materia instrā posuit,duosque libellos.Variarunt aūt a l hoc Rof.& Io.quia Rof.prius tractauit de cōducto,secundo de locato Io.ꝯ,quia ad hoc plus adhæsit textui dicens,ꝙ actionis locati sunt quatuor capitula,de quorum quolibet ponit libellos.Primum datur pro mercede petenda. Secūdum ad æstimationem deteriorationis.uel dāni dati : & in his casib.quia ꝓbet,dixi ext.de cōm.§ 1.super fine positionū actoris.Tertiū est ad aliquid implendum,qđ lex,uel natura conductionis desiderat.Quartum ad rē restituendā,quod ī multis causis pōt accidere.Ad primum alle.ff.loc.dñs,§.fi.& in l.si in l.§. si domus,Ad fm ff.in q.cau.pign.tac.cōtrahitur.l. nō solum, Ad tertiū,ff.loc.si merces.§.cōductor. Ad quartū,ff.e.uidemus, § q vinū Actio uero ex cōducto hēt decē capitula,primū datur inquilino,ut re cōducta liceat sibi frui,fm datur ad exonerōnem mercedis,tertiū ad refectionem,quartum,ut detur usus instro, qtum ad resarciendum dānum,quod dedit res cōducta, & est duplex,rei animatę,& non,sextum capitulum est ad exibendum, septimum capitulum est horreorum , octauum ad recuperandum expensas,quae fecit conductor in re conducta, nonum ut liceat tollere adiecta,ut instēm,& similia.decimū, ut locator agat,uel actionem cedat,& super omnib.his ipse formabit libellos.Ad primū inducit ff.eo.si in lege.§.itē utiliter,& l.si fundus. §.fi.cū duab.legib.se.Ad fm præ.l.si fūdus.cū duab.ll seq.& l.ex conducto.§.si uis tempestatis vsq;ad finem legis, & l seq. vsq; ad §.itē cum quidam.& in §.ubicunq;Ad tertium præ.l ex conducto.Ad quartum,ff.eo si ædes.§.illud.Ad quintum, ff.eo.si tibi domum.§.fi.& l.cum plures.§.si seruum.& l.sed addes. §.si quis dolia. Ad sextum,C.eo.ex diui. & ff eo l.dominus . & quæ vtrobique not.Ad septimū.ff.e.ꝙ si mercedē.Ad octauū.ff.e.l.dominus horreorum.§.vlt.& pe.Ad nonū, ff e sed addes. §.si inquilinus. Ad decimum,ff.eo.cum in plures . §. messē. Fit qō de milite,qui tēpore guerrę comitis recepit ab illo castrū vnū custodiēdū pro certa mercede,postea illud ad hostibus captum est,an miles teneatur? Si in dolo fuisset,non dubium,de lata culpa , uel magna negligentia etiam tenetur,de qua unde no. ext.de depos. c.2.in gl.2.& ꝙ super ea dixi,& in l.magna,ff. de uer.sig. Item quia mercedem recepit,tenetur de leui,ff.eo si quis seruum.& in præ.dec.2.Item de leuissima,si circa custodiam interuenit, ff.loca.qui mercedem.Maius tamē uidetur puniēdus. ff.de custo reo. l.milites.& l.fi. De uiolentia uero,quæ propositum respicit, videtur non teneri,quia illa inter casus fortuitos ponitur, ff. cōmo.in reb.in prin.& nulla custodia potest prouideri,ne damnum,violētia,uel iniuria detur,ff.loca.sed de dāno.& cōmo.l.ad eos. Hoc uerum,si culpa non præcessit violentiā,nam si pręcessit, tenetur, vt quia custodes in nu.conuento non habebat in castro,vel nō habebat arma,uel victualia necessaria,facit eo l.titu si merces. §. culpæ.cōmo.si ut certo.§.1.maxime si culpa fuit præordinata ad casum,argumen.ff.ad leg.Rhod.de iact.l.fi.Præsumetur tamen culpa.1,nisi conducens probet contrarium , ff. de custod. reor. l.fi.& l.i. vbi no. ista, quia eius officium erat custodire , & plenius ff.de edē.si quis ex argentariis.§.fi.Multū autem facit contra eum,ꝙ tēpore guerræ receperat custodiā,quasi videatur actū ꝙ tanta esset diligentia,quod uiolentia perdi non posset,& tacite actum habetur pro expresso,ff.si cert.pet.l.cum quid. bene facit ff.nau.caup.stab.l.nautæ,in fi.per ꝙ quibusdam videtur etiā cum culpa deficiente teneri. Quid sit uerius,fm facti terminos iudicare oportet.Eodem modo distiguendum est,an tempore guerræ cōmiserit comes custodiam illi militi,quam ipse miles commisit alteri,sub cuius cura perditum est.Si tamen opinio illius subrogati ad illud officium erat commendabilis,licet ex illius culpa mutatis moribus perditum est castrum,videtur miles excusatus;sicut de magistratibus,q dant tutores,qui idonei dicūtur, ff. de magist. con.l.1.§.fi.magistratus.Et debitore idonee, casu fortuito facto non soluendo,quo ad procuratorē reipublicæ:qui illum edit; ff.de admi.rer.ad ciui.perti.l.2.§.si eo tēpore. & quoad negotii gestionē,ff.de nego.gest.l.litis.§.1.in eo,qui per nunciū ęstimatū fidum remisit argentum,ff.cōmo.l.argentum de quo scripsi de pig. significāte sup glo.antepe.Nouissime audiui,ꝙ in curia est determinatum,quod si fuisset nobilis is,cui miles comisit custodiā, miles esset liberatus,si ignobilis,tenetur,sicut custos carceris de culpa eius,quē submisit,C.de cust.reo.l.pen.& l.fi.ff.eo.l.fi. in prin.*

IN hoc titulo sic procedemus. nam primo instrumenta super diuersis contractib. secundo vero libellos concipiemus: tertio aliqua de iure emphyteutico supponemus. Primo igitur instrumenta super locatione rerum immobilium formabimus:secundo super cōcessione ad fictū, uel emphyteusim:tertio super locatione rerum se mouentium:quarto super locatione operarum.

*SVMMARIVM.*

1 *Instrumentum pro pensione certa alicuius domus locatæ , qualiter sit formandum.*
2 *Instrumentum locationis pedagii,qualiter sit conficiendum.*
3 *Instrumentum locationis alicuius terræ ad superficiem in ea faciendam,qualiter sit formandum.*
4 *Instrumentum concessionis vineæ,uel prædii ad laborandum,qualiter sit conficiendum.*
5 *Fructus non dicuntur coloni,priusquam percipiantur a fundo .*
6 *Locationis fundi ad medium facta,nulla facta de arboribus mentione,an arbores comprehendantur in locatione.*

1 I. §. Si igitur † domus, p certa pensione locat̃, sic inde instrumentum cõficiet:

a FORMA a. A. ꝯcessit & locauit B. ad pẽsionẽ domũ talẽ in tali ꝯtra sitam, cuius ꝯfines sunt hi, &c. usq; ad annos, px. pmittẽs solenniter sine aliqua exceptione iuris, uel facti, se obligando dicto B. pro se suisq; hr̃dib. stipulãti prędictã locationẽ gratã, ratã, & firmã hr̃e ac tenere, nec cõt. facere, uel uenire, sed p̃fatã domũ ipsi B. suisq; hr̃dib. usq; ad terminũ ipsum ab oĩ psona, & uniuersitate legitime defendere, auctorizare, & expedire, & ea, uel eius occasione aliq̃ non facere dationẽ, obligationẽ, uel ꝯctũ, cuius pretextu huic locationi, uel ipsi ꝯductori præiudiciũ, uel damnũ aliqd ualeat gñari, uel quo minus ipse cõductor eã hinc ad dictũ terminũ p se, uel p aliũ, quẽ noluerit, uti ualeat, & tenere, dictus uero B. pmisit solẽni stipulatione ipsi A. soluere, & dare eidẽ nomine pẽsionis eiusdẽ domus, p quolibet anno decẽ lib. Tur. s. dimidiã in princ. anni, reliq̃ vero dimidiã in tali termino: q̃ oĩa & singula pmiserunt uicissim, s. unus alteri ad inuicẽ solennib. stipulationib. hinc inde interuenientib. firma, grata, & rata habere, & tenere, nec contra facere, uel uenire p se, uel aliũ qnacũque rõne, uel cã de iure, uel de facto, sub pęna 20. lib. Tur. ad inuicẽ inter eos interposita stipulatione solẽni in singulis capitulis huius cõtractus pmissa: qua soluta, uel nõ, rata maneant oĩa, & singula supra scripta, itẽ reficere ac restituere vnus alteri ad inuicẽ oĩa, & singula dãna, & expensas ac ĩteresse, quas, uel qd unus occasione alterius sine culpa cont. pmissa ueniẽtis fecerit, uel sustinuerit in iudicio, siue extra: pro quib. omnib. & singulis firmiter obseruãdis obligauit una pars alteri ad inuicẽ oĩa bona sua. Hæc forma probat̃ extra de loca. p p. C. eo. ęd ẽ, quã. & l. certi. & l. si quis cõductionis, †

2 Porro si quis locat pedagium, sic instrumẽtum cõficietur:

FORMA. A. cõcessit, & locauit B. pro se suisq; hr̃dibus recipienti tale pedagiũ suum cum suis iuribus, prouẽtib. & vsibus suis, pront in tali, & tali loco colligi, leuari, & percipi cõsueuit, usqe ad annũ unum integrũ & cõpletum die tali inchoandum, dãs eidẽ B. plenã licentiam, & liberam potestatem colligẽdi, leuadi, & recipiẽdi p se, uel per alios dictũ pedagium in locis, & territoriis supra dictis. Promisit ẽt idem A. pro se suisq. hęredib. &c. dictum pedagium & eius prouentus pręfato B. defendere, & auctorizare cõtra quẽlibet personã, & vniuersitatẽ: & facere & curare, ꝙ dictus B. & eius nũcii illud leuare, colligere & percipere libere, & expedite poterũt vsq; ad terminũ sup. dictum & ei nõ tollere, nec aliquid ei super imponere, nec ẽt imbrigare. Idẽ uero B. promisit ipsi A. dictũ pedagiũ, prout solitũ est, fideliter colligere, & ab insolitis, & indebitis exactionibus abstinere, & pro ipso pedagio, & eius pũetib. & usibus locatis dare & soluere sibi tm̃. Quę omnia & singula inter se, p se suisq; heredib. promiserũt ad inuicẽ solẽnib. stipulationib. attendere, obseruare, & nõ contra facere, uel uenire sub pœna dupli quantitatis prædictæ hincinde solemniter stipulata, & insuper reficere, & restituere. &c. ut in prę. forma. De hac materia uide ĩ. de cẽsi. §. 2. †

3 Si uero quis locat terram ad superficiem in ea faciendam, sic instrumentum conficietur:

b FORMA b. A. concessit & locauit ad pẽsionem B. p se suisq; hr̃dib. recipienti quoddã accasamentũ positũ in parochia tali, qđ esse dixit; & ꝯuenit 10. cannarum, & eius tales esse confines, &c. hinc ad 25. ann. pximos p domo, et supficie ædificanda, et cõstruenda super ipso loco: promittens solenni stipulatione d. B. locũ ipsum ei, suisq; hr̃dib. hinc ad terminum ipsum, &c. vt in prę. for. vsq;, valeat et tenere, hoc saluo, ꝙ vbi est ibi, ex ea dic. dic, ex eo, et ubi casa, dic, dictũ accasamẽtũ. post iũge, occasione p̃dicta. quap p dictus B. promisit d. A. pro se suisq, hæredib. stipulanti domũ seu superficiem ędificare ibi, et dare, ac soluere eidẽ noĩe pẽsionis loci prędicti quolibet anno 10. solid. Tur. die tali, hoc exp̃sse acto inter se, ꝙ si locator dictũ terrenũ, seu solũ, et cõductor superficiẽ suã intra p̃fatũ tp̃s vendere voluerit, teneat̃ vnusquisq; ipsorũ rẽ suã vendere volẽs, alteri denunciare, & eidẽ volẽti emere pro qnq; solid. s. minus quam alteri personæ, vendere, atq; dare, ꝙ si is, cui denunciatũ fuerit, infra octo dies post ipsam denũciationem ad emptionẽ recipiendã, & pretium soluendũ se non obtulerit, ex tunc liceat volẽti vendere, cuicunq; voluerit dare, cõdõne hac vllatenus nõ obstante, dũmodo nullus fiat ꝯctus, cuius p̃textu dicta locatio hĩc ad dictũ terminũ infringatur. Quę oĩa, & singula, etc. vt in p̃. for. usq; in fi. Hoc pbat̃ ff. de superfic. l. 1. Superficiaria enim domus dr̃, quæ in solo conducto posita est, cuius pprietas & ciuili, & naturali iure eius est, cuius est solum, ut eo. ti. l. fi. & l. 1. §. 1. †

4 Cæterum si prędiũ, uel uinea concedatur ad laborãdum, sic inde conficietur instrumentum.

c FORMA. c A. dedit & ꝯcessit ad laborãdũ B. pro se suisq; hr̃dib. recipiẽti talẽ peciã terræ aratoriæ, & talẽ uineatæ sitã ĩ tali loco, cuius ꝯfines sunt tales, &c. hinc ad qnq; annos pximos, pmittẽs ipsi B. hãc ꝯcessionẽ usq; tũc firmã, gratã, & ratã habere, tenere & obseruare, eꝯ quoq; dictus B. pmisit & ꝯuenit stipulatiõne solẽni dicto A. dictã terrã, s. q̃ aratoria est, diligẽter congruis tp̃ib. colere, & bñ arrũpere & terere, & sulcis cõueniẽtib' arare, & quarta arõne suis seminib. ppriis et sumptib' seminare, siue cũ dimidia suorũ seminũ, reliqua dimidia sibi a dño ꝯcedẽda. Eã vero, q̃ vineata est, quolibet anno suis tp̃ib. bñ putare, releuare, ligonizare, binare, purgare, & cũ ipsius B. palis, perticis, atq; iũcis, ac ppriis sũptib. sepes & fossata p̃dicti loci bñ manutenere, ipsamq; uineã propagare, ubicũq; fuerit opportunũ, arbores quoq; nõ incidere citra dñi uolũtatẽ & quolibet anno 100. salmas sui proprij letaminis ibi ĩ ferre ac iactare, segetes metere, triturare, uuas uindemiare, cæteroq; fructus colligere, dimidiã quoq, fructuũ oĩũ pcipiẽdorũ ex possessione p̃dicta, s. Bladi, vuarũ, cęterorumq;, tã arborũ, q̃ aliorũ, dare & ꝯsignare, & deferre suis tp̃ibus eidam Narbon. ad domũ suam bona fide, & hæc omnia facere omnibus suis laborib. & expensis, Quę omnia & singula s. scripta pmiserũt vicissim, &c. vt s. ĩ prima forma vsq; in fi. 26 q. 1. reuertimini. prope prin. & q. 7. decimas, extra de decim. tua.

5 † Sed pone, locaui tibi fundum ad mediũ, vt dictũ est, seminasti fundum, postea uendidisti fundum P. sciẽti, fundum sic esse locatum. qui P. vult te de domo expellere, & oẽs fructus colligere, tu uero vis retinere, donec colligeris medietatẽ, qr. ĩ quid iuris? Et uidet̃, ꝙ P. habebit oẽs, arg. ff. de ac. emp. & vẽd. Iulianus, §. si fructib. ff. de vsufr. at boresr §. 1. ff. locat. & cõd. si merces, §. 1. & l. q fundum, & melius C. eo. emptorẽ, ff. de his, quæ in frau. cred. in fi. §. pe. Arg. contra pro colo, ff. de act. emp. l. 1. in fi. Cum enim P. sciret fundũ sic locatũ esse, nõ debuit certiorari, vt ibi. Item pro ea facit ff. de ædi. edi. l. j. §. cã. C. de euic. si fundũ. & melius ff. de acq. pos. l. si quis rẽ, quam, ff. de do. præleg. l. i. §: fi. ff de iure fis. l. fi. §. fi. Præterea ꝙ possit retinere semina, uel expẽsas, probatur ff. fam. erc. l. fundus. Item contra colonũ est, quia ipse nullã hẽt possessionẽ, ut ff. de usu cap. nõ solũ, §. 1. in fi. ff. de cond. indeb. si in area. Sed pro eo facit ff. de leg. 3. prędium, §. 1, ff. de fundo instr. & instrumen. leg. l. si fundum. Sed r̃nderi potest, ꝙ fructus non sunt coloni prius, quam percipiãtur a fundo, sed domini sunt, vt ff. loc. & cõduc. cum ĩ plures, §. messem. Vel dic, ꝙ fructus efficiũtur P. propter iustũ initium, et tacitam

ADDITIONES.

a FORMA. *Rolan. in parte quinta.*

b FORMA. *Rolan. 2. parte 5.*

c FORMA. *Rolan. 2. 5. parte.*

a citam locationē,a vt ff.de leg.2.cum filius,ff.dominus ff.de precario,quæsitum,ff.quoad a Titio.Si vero P.te
b expulit.& p se fruct⁹ percepit,nulla est dubitatio, [b] vt ff.de leg.1.1.nihil.ī fi.sed in colono fisci speciale est pri
c uilegio fisci.c† Illud autē queritur,si dominus locauit
6 fundum ad mediū,nulla facta mētione de arboribus, vtrum ipse habebit arbores,Et videt̄,ꝙ omnes habebit,quia fructus naturales sunt, de quibus nullam debet colonus partem habere, ff.de vsur. fructus. Hinc est.ꝙ si colonus destruat arbores,tenet̄,ff.loca. si merces.§.culpę.de iureiurā.duob.§.colon⁹,ff.de arborum fur.cęs.si colonus,ff.de iure fisci.in fraudē,§.si ꝓductor. quia nec maritus debet arbores habere in fructum,nisi cęduę sint,vt ff.sol.matr.diuortio.§.si fund⁹,licet dicatur dominus rei dotalis,ut Inst.quib.al nō licet, nec etiā fructuari⁹,nisi prout traditur ff.de usufruc. ex sylua.& l.seq.et l.arbores,q plus iuris habet in re, qa naturaliter possidet,ut ff.de acqu.poss.naturaliter. q̄ colonus,qui nullo modo possidet,ff.ne pca.certe,§.2.Arg. contra,ꝙ colonus habebit medietatem de arboribus, quia dn̄s ei locauit,ut habeat medietatē reddituum, siue frugū. At appellatione frugū arbores cæduæ continentur,ff.de uerb.sig.l.frugem.Itē generalior est ap-
d pellatio reditus,q̄ fructus,ut ext.de ele.in cōst.Greg. X.generali.§.ꝗ.li.6.quia in fructu non cōtinetur partus ancillę,ut ff.de usur.ī pecudū ff.de vsufruc. uetus, sed in reditu sic.ff.de usur.Paulus respōdit.§.heres.Itē ꝙ debeat habere partē de fructibus,uidet̄, quia quasi societas ad omnia,quę sunt in fundo, contracta uidetur,ut in pręal.si merces §.uis maior.Item colono datur actio furti pro fructibus,ff.de furtis,si apes,§.fi.et l. fullo.§.frugibus. Item vmbra arborū nocet frugibus, ut C.de serui.et aqua,l.fi.unde ī hoc releuari debet, ut partem fructū habeat,ff.de reg.iu.f̄m naturam. Item actio & contractus locationis & conductionis bonæ fidei sūt,ut Inst.de actio.†.actionū,& in his plura ueniūt,de quibus actum non est,ff.de dolo,l.eleganter.§. non solū,ad idem etiam ff.de le.3. prędiis,ff.de fundo instructo,Seiæ.Super hoc dicūt quidam,ꝙ prima parte pro domino iudicandū est per præalleg.l. fructus. Quid si colonus plātauerit arbores,de hoc no.ff.de ser
e uitutib.rusticorum,l.certo.in princ.e

ADDITIONES.

a Locationem.*In contractu uenditionis.*

b Dubitatio.*s.quia fructus sunt ipsius,sed colonus agit cōtra uēditorē,hoc dicit lex alleg.& auctor hoc & quod sequitur declarare debuisset.*

c Fisci.*Quod ne fiscus teneat̄ colono,colonus habeat fructus, sed pēsio soluatur emptori,ut in ꝑ.l.fi.ff.de iure fisc.fuit hic in disputatione terminatū ꝑ bonę memorię d.P.de Ceruotis,ꝙ uigor statuti iubentis bona bannitı penitus destrui,si colonus colnit et seminauit ꝑdiū,& sunt fructus pendentes t̄pe banni, destruetur non obstante iure coloni, cū adhuc sint banniti dn̄i fundi,& fructus sint pars fundi,ff.de re uēd.l.fructus ff.locat,l.cū in plures, §.messem,& alle.quod no.ff.de leg.2.Manius,§.pe.in ult. glo. sed tenebitur dn̄s colono,cuius culpa dānū illud sustinet,ff.loca. si fundus,in prin.secus si t̄pe banni erant separati a solo, qa tūc erāt facti coloni,siue pēsionary,ff.de furtis,si apes,in fi.siue partionary,cū statim sint cōes,& sic fiet diuiso,et sic sola pars dn̄i destruetur.facit ff.de adul.si postulauerit §.iubet lex. Vbi uero dn̄s remaneret non soluendo,uel publicarentur bona,deduci deberet pars coloni,ut æs alienum,uel fiscus sibi teneatur,ff.sol.matri.si marito.C.ad l.Iul.de ui.pub.l.2.G.ındımus sub rub. de bonis malefactorū,aliter soluit post Vber.de Bo.ubi uide ad literā urba ipsius Vbe.circa mediū,ubi tenet,ꝙ si cōsuetudo aliud nō habeat,pars coloni nō uastabit̄.De qōne uero simili,an pp illud statutum domus,uel possessio obligata debeat destrui, uide per Iaco.de Are.& Cyn.C.de pigno.act.l.pignus. De domo uero uēdita,sed non tradita,Gandinus rub.ult.uer.insuper pone.*

d Quam fructus. *Adde Soc.consi.36.anci.in cā co.4.uer.20.cōseruatur,in 4.uol.Hen.Fer.*

e In princi.*Ibi not.quæst.Pilei,79. de rustico plantante vineā hoc pacto,ꝙ quartam partem fructus daret dn̄o,plantauit ēt arbores,de quib.uult dn̄o dare partem,gl.uide.Ipse Pileus tenuit domino quartam deberi,alle.Inst.ui.qo.rap.§.sed nedum.& ꝙ de alys fructib.tunc non æstimabitur.ff.de pact.l.tale.§.fi.ff.de uer.oblig.eum,qui.Est & alio quæst.Pilei 9.in ordine,qua quærit de colono,qui dēt quartam partē omnium redditum,lapidicinis exceptis,an teneatur a l quartā calcis facta ex lapidib. Pro locante facit,quia calx est fructus prædijs,nec est lapis,cum nulla materia suū sit materiatum.& de oī fruct⁹ deberetur quarta,ergo & de calce,argu.ff.de pig.ac.si conuenerit. Et si calces ante locationem non fiebant de lapide, sed alius erat lapidum usus,exceptio lapidum nō debet extendi ad id, quod non fuit cogitatum,ff.de ope.lib.l.eius.de transactio.cū Aquilianæ. Soluit contrarium,quia de proprio lapide calcē fecit.Itē illa potius ex sua industria,& labore habere dēt,q̄ ex prædio.Itē lapide excepto,omne,ꝙ fit ex lapide,uidetur exceptū.probatur prędicta C. de usur.l.eos.& de tutel.l.3.§.ult.ff.de fideiu.si quis pro eo.§.si nummos.ff.ad legē Fal l.1.& ꝙ plus est, si lapides essent dn̄i, calx tn̄ bona fide specificata nō esset eius,sed deberet æstimatione lapidū,ff.de legat.3.l.lana.probat hoc ad sensum,pone,quod receperat vuas,uel oliuas,nūquid tenebitur dare uinum,uel oleumē hoc patet absurdum.Concludit ergo,quod quicquid agit de lapidicinis,dn̄o non debetur,siue uendat,uel donet,ut parietem faciat,siue calcem.*

SVMMARIVM.

De forma instrumentorum super cessione ad fictum,vel ad firmam.

1 *Instrumentum cessionis alicuius rei ad fictum, uel ad firmam qualiter sit formandum.*

2 *Instrumentum concessionis alicuius rei ab ecclesia,monasterio in emphyteosim,quale esset debeat.*

3 *Emphyteosis genus dicitur alienationis.*

4 *Tractatus in alienatione rerum est necessarius, de quo & dēt publicum instrumentum confici.*

5 *Instrumentum renouationis emphyteoticarı a concessionis,qualiter sit formandum.*

6 *Instrumentum,ubi pensio rei emphyteoticæ pro pluribus annis soluitur,qualiter sit faciendum.*

2.§.Sequitur videre de cōcessione ad fictū, vel ad firmam. Si igitur res ali-
a qua a,vel ecclesia concedatur ad fictum,sic instrumētum conficietur:

teosis.Primū patet ff.loc.si qs conduxerit.Secundum probat cō
suetudo,& posuit sup.§.seq.in 2.forma.Item,s̄m eum.alia dif
ferentia est,quia locatio non fit sine pretio.ff.locati, l.1.& 2.
ista vero fit cum specie,puta certa,vel p perc.Item rem locatā
dn̄s auocat propter sui necessitatem,quod in emphyteosi non
reperietur statutum de hoc.Itē rem conducta per me loco nō
requisito dn̄o,C.loc.l.nemo,in emphyteosim danda.secus,ext.
de loc.potuit.Item emphyteota rem pignorat,quod conductor
non facit C.si res ali.pig.da.su.l.fi.Item iste domū reficit, C.de
sacros.ecc.Aut.quas aliud in conductore,ff.locati, ex conducto.
ī prin.Item conductor suas meliorationes accipit,ff.loca.sed ad
des,§.si inquilinus,secus in emphyt.C.e.l.2.s̄m Mar.de Fā.sup
l.fi.C.e.qui addit,ea quæ dicūt̄ in emphyteosi, in locatione ad
non modicum tempus locum non habere,nisi in quantum in
re inuenitur expressum,alle.ff.sol.mat.si uero,§.de uiro.

ADDE,in quo differet contractus locationis a contractu em
phyteotico,Alex.consi.112.2.li.& an ualeat emphyteosis fa
cta uno nummo,per Pet.de Anch.consi.ult.

cōtractus iste accedere ad naturam locationis, quam
venditionis,prout no.ex.eo.c.potuit.& ideo cōpeten-
ter sub hoc ti.hanc materiā disputamus, differt tamē
cōtractu venditionis,quia ille non fit, nisi numerata
pecunia interueniente,vt C.de ɔtrahe.emp.fides. Iste
aūt cōtractus bene fit sine pecunia,vt in Auth.de ali.
a & emph.† Porro a natura feudi differt,quia feudū gra
tis & libere ob remunerationē ɔceditur,vt j.vers.129.
hic vero ab initio quandoque de facto pretium inter
venit,& certa pensio assignatur,vt ext.de relig.do.con
stitutus.Inst.loca.§.adeo.& ff.e.si quis nummos.Ideo
dixi Quandoquē,quia sępe pecunia non interuenit,q̄
si altera species detur,erit contractus innominatus,li-
5 cet alii contradicant.† Quinto quæritur, qualiter ɔtra
ctus iste fiat?Et dicit lex,q̄ contractus iste celebrari de
b bet in scriptis,alioquin non tenebit,but C.de iure em
phy.l.1.& ar.ff.de testi.ex co.ff.de iudic.cum pretor.ff.
de cōd.& dem.cum ita legatum,in fi. Sed opponitur,
quia si ī scriptis fieri debet,certum est,q̄ debent par-
tes subscribere,& alię solennitates seruari debēt,quæ
no.de fi.inst.cōtractus,& C.de don.l.donationib.ext.
de elec.innotuit.10 q.2.hoc ius porrectū. Aut subscri
ptiones & solēnitates huiusmodi hodie interponi nō
videamus,vnde non vr̄,q̄ teneat modum ɔ̄ctus,si de-
sint,quę in illis adesse debent,vt ff.de transac. cum hi.
§.si prętor.ff.de Public.quemcūque §.fi.ff qui satisd.
cog.quoties.C.de his,qui vt ind.l.pe.C.si p̄pter.pub.
pe.l.2.12.q.2.sine exceptione.ext.de ele.quia propter.
2.q.1.status,& facit C.de sen.& inter.om.iud.prolatā,
ff.de test.tut.iure nostro resp.1.ff.de re iu.l.4.§.antep.
ff.de a ct.tut.l.2.ff de pig.cū vitiose.Sed pōt dici,non
esse vsquequaq; verū,q̄ debeat omnino in scriptis fie
c ri,nec lex vetat fieri sine scriptis, ę vn̄ nec nōs vetare
debem⁹,ar.ff.ex q.cau.ma.nec nō.C.de reli.statuas, ff.
de pæ.mutus,§.1.2.q.5.ɔsuluisti.ex de transl.inter cor
poralia,circa mediū.Et hoc īterpretat̄ ɔsuetudo gn̄a
lis.q̄ ē optima legū īterpres,vt ex de ɔsuetudo dilect⁹
ff.de le.& senatuscō.minime,et l.si de īterpretatione.

unde consuetudo seruāda est,vt C.quæ sit long ɔsue.
d l.1.ff.de legi.de quib.d& j.ver.prox.& vide j.ver.139.&
e seq.eItē fit ɔ̄ct⁹ iste cōi cōsensu dn̄i & emphyteota sic
vt dn̄s statī al.qd accipiat,& certā pensionē singulis an
nis recipiat.Item qn̄q; ɔtrahit̄ ad tp̄s,qn̄q; vero ī p̄pe-
tuū,vt inf.ver.7.Item et ɔhit̄ vsq; ad certā gn̄ationem,
puta tertiā, vel quartā.f& sic vtunt̄ ī diuersis partib.p̄ri
monii B.Petri,& ī aliis partib Italiæ.itē fit sic,ut reno
6 uatio fiat,vt Inst.lo.§.adeo.& inf.ver.7 & ver.8.† Sex-
to q̄rit̄.qualis forma seruabit̄,qn̄ ecclesia dat ī emphy
teosim,Et certę fieri dēt p̄ſente ep̄o,sub cuius iurisdi-
ctione ɔstituta est ecclesia ɔcedens,& res,q̄ ɔcedi dēt:
itē dēt fieri cōcedentib.rem ipsā iurantib.nil fieri ī ec
g clesię lęsionem.s.§.sequit̄.gItem solet fieri p certa pē
sione,quāti solent esse redit⁹,min⁹ sexta parte, nisi rui
nosę domus fiat cōcessio.qa tūc plus minuit̄ pensio,p
ut inf. uer.4x.plenius distiguemus,hæc p̄bant.10 q.2.
Auth.p̄petua.& Auth.si quas uero ruinas. Sed cū hæc
hodie nō seruent̄,nō uīr ualere ɔ̄ctus moderni, ut s.
uer.p̄x.Et certè dixit.Ma.de Fa hq̄ de iuris rigore nō
tenent,ut īf.uer p̄x.an fi.De cōsuetudine tn̄ tenere di
cūt.nā si ɔ̄ctus ex pacto p̄priā immutat naturā,ut ff.de
p̄sc.ver naturalis.§.fi.multo fortius ɔsuetudo immu
7 tare pōt.† q̄,plurimorum ɔsensu firmata est. Est.n. ɔ
suetudo tenaciter obseruāda,vt §.cōtra p̄.venditor: §.
si.ff.de admi.tut.sine.§.Lucius.Preterea vtile est ecc:e
się minorem solenitatem seruare, ut facilius ɔhere
possit unde potest tali solennitate recedi, vt C. de do-
nat.

ADDITIONES

a) Et emphy.Circa prin.Col.9 gl.1.tenet contrariū in decre.po-
tuit.& hoc pracise tenet Mart.de Fan. dicens hæc duo necessa
ria.s.pretium & pensionē.Ad primū inducit l.fi.§.sed ne auari
tia.C.eo.tit.Nec uide,q̄ cū emptione familiaritatē habeat,nisi
dicatur pretiū a prin.interuenire,& dicit id expressum C.de sac.
san.ecc.Auth.quæ res.ibi,nec quod dedit,repetit.& l. iubemus
nulli.§.pe.ibi,quid accepit œconomus de pensione,dicit patere,
C.e.l.2.de sac.san.eccl.Auth.preterea.ff.si ag.uect.l.1.& 2.fa
cit inf.uer.prox.uer.item fit.

ADDE,in quo differat contractus emphyteoticus a uenditore
Alex.consi.107.3.lib.

b Non tenebit.It hoc tenet Pileus sua q.104.dicit tamen,q̄ si
conuenerat,ut sic fieret,agi pōt,ut fiat,p l cōtractus,statī alleg.
Qui tenet hoc,habent p se rōnē,quia iste contractus est habilis
ad perpetuitatē iuris continuandi inter diuersos p actus interpo
latos.Iuste igit̄ lex uoluit interuenire scripturā p̄pter labilē ho
minū memoriā,13.di.p̄terea.ff.de u̇ba.si arbiter.C.qui test.fa.
poss.l.hac consultissima.§.at cū.Et hoc placet, nō recipiēdo pro
illa solennitate de qua sape quæritur,sed pro publico inst̄o.De
tali instr̄o recipiens tres leges C.eo.ti.faciunt casus no.sup.de in
str.edi.§.restat.in 3.col.& de censi.Romana.lib.6.No.casum,
& utrobiquē,quod iste casus not. & saltem non minor ratio in
isto,quam pluribus ex illis.

ADDE,an contractus emphyteoticus requirat scripturam,
Alexan.consi.137.2.lib.& consil.17.4.lib.& opin.Spec.sim-
pliciter tenet Ros.consi.103.

ADDITIO.Adde tu omnino uidendum And.Sic.consi.14.in
ci.Clementissimi Dei,& mihi uidetur.col.pe.uer.item probo sub
tilius.in 2.uol.Hen.Ferr.

c Sine scriptis. 3.lect.quod contractum non est necesse fieri in
scriptis,sed pacta sunt scribenda, & has tres breuissime ponit
Accur.in l.1.in glo.7.

d De quib.Vide quæst.Mar.de Fan.in sua 4.q.& idem Ioan. de
Bla.ubi infra.in prin.& Ros.ubi supra.in fin.

e Et seq.Ibi duæ quæstiones de instrumento perdito.

f Tertiam,vel quartam.

ADDITIO.Vide Pau.de Cast.consil.338.inci. ad primum
quæsitum.in 2.par.consiliorum,ubi consuluit, an emphyteosis
ecclesiastica trāseat ultra nepotes,uel tertiā gn̄ationē.Hen.Fer.

g §.sequitur,In 2.3.& 4.formis, non tamen in illis dicitur de
iuramento,nec de facto seruatur,& adde,quod ibi dixi.

h Mar.de Fano.una 5.q.usque ibi,Barbarius.

nat.sancimus,& l pe.C.de testa.mil.quanquã.& l.mihi
res.& C.de don.filius.Item ecclesia Romana talem cõ
suetudinẽ dissimulat,& patitur·& hoc vr̃ sufficere ad
hoc,vt teneat ꝯtus,ar.ff.mand.l.qui patitur,& ff.de of.
præ. Barbarius,& 3.q.7.infamis.§.uerumtñ.quamuis ad
hoc responderi possit,ꝙ multa per patientiam toleran
tur,&c.ut ex.de præb.cum iam dudum.in fi.& facit 31.
8 q.1.hac ratione.in fi.† Septimo quæritur,utrum contra
ctus ille possit in perpetuum fieri per ecclesiam. nã in
priuato indubitatum est, ꝙ põt in perpetuum conce-
dere,& quælibet pacta opponere, vt C. de iure emph.l.
1.Itẽ & ciuitas hoc bñ põt,vt ff.si ag.vec.vel emph.pe.l.
1.Et certe vr̃,ꝙ ecclesia hoc nõ possit;ar.12.q.2.aposto
licos.ubi hoc prohibet expressè.Item dicit lex,ꝙ res ec
clesiastica dari non põt in emphyteosim, nisi ad uitam
suscipientis & duorum suorum hæredum,uel filii, fi-
liæ,& neptis,seu nepotis.Et in uiro & uxore ẽt fieri po-
test:& sic ius certas personas statuit,ut in Auth. Col.2.
de non alie aut permu.reb.eccl.§. emphyteosim autẽ,
a & §.dudum.Sed dic,a ꝙ ecclesia in perpetuum conce-
dere põt.& præ. Auth.corrigitur per illud,quod est in
Auth.Col.9.de alie.& emph.§.in aliis.& §.licẽtia.10.q.
2.hoc ius porrectum.& Auth.perpetua.& ext.de loca.
potuit. Et si dicas,ergo res fiet ecclesiæ inutilis?resp.nõ
est uerum,quia percipiet annuam pensionẽ. Item quia
pp canonem non solutum poterit res ad ipsam redire,
Inspiciendum est.n.quod accidere põt,arg.ff.de aq. pl.
6 arc.in diem.in fi.†.Vt autem circa pñtem materiã cla-
b riorem tradamus doctrinam,notandum est b,ꝙ cũ ec-
clesiastica res in emphyteosim dat.aut est ruinosa, aut
non.Si est ruinosa,perpetuo dari põt in emphyteosim,
10.q.2.si quas uero ruinas,et in Auth.de alie.et emph.
§.si uero quædam.Si non est ruinosa.ab ecclesia Cõstã
tinopolitana,et ẽt ab aliis ecclesiis,et monasteriis Con
stantinopolitanis non potest dari,nisi vsque ad vitã su-
scipientis,& duorum successorum,ut supra. Nec ẽt va-
let pactum de renouatione cõtractus factum:& sic lo-
quitur præd.§.dudum & §.emphyteosim aũt. Aliæ ue
ro ecclesiæ perpetuo dare possunt,& pactum de renu-
uatione ꝯtus facere,vt in præ. Auth.perpetua:& in p̃.
§.licentia. Et hæc vera sunt,cum ecclesiæ expedit rem
in emphyteosim dari.secus,si non expediat.tunc.n. lo-
cum habet præ.c.apostolicos,& ex rei qualitate colligi
tur,utrum expediat,uel non:vt si res per diligentiã ali-
cuius redacta sit ad culturam,ext.de reb.ecc.non alie.ad
aures,uel quia res deterior facta est pp cladem, ut in p̃.
Auth.perpetua,uel quia ruinosa est,ut in præal. Aut. si
quas ruinas,vel quia adeo est inutilis, ꝙ nullos prorsus
reddit redditus,vt in Aut.de alie. & emph. circa prin.
uer.si uero non hñt. vel quia licet pretiosa sit,nullos tñ
vel paucos redditus reddit,ut in Aut.de non alie.aut p
mu.reb.ecc.§.quia vero Leonis,ver.si vero alicuius ec-
clesiastici aut quæ p̃tiosa sit,& magnos reditus reddat,
tñ pensio pro ea ꝯstituitur ſm determinationẽ pręd.§.
quia vero Leonis.& præal. Auth.ppetua.quã determi-
nationem inferius declarabo.Item ẽt utrum nõ expe-
diat ecclesię rem in emphyteosim ꝯcessisse,ex qualita-
te perpenditur pensionis.nam si res in emphyteosim
data,bona & p̃tiosa sit,& magnos reddit reddit⁹ annua
tim.Item si eiusdem bonitatis existit,cuius erat,quãdo
prius eã ecclesia acquisiuit,non dẽt dari in emphyteo-
sim,nisi tanta summa cõstituatur ecclesiæ p annua pẽ-
sione,quantam faciunt reditus,quos percipiebat eccle
sia tempore contractus emphyteotici:facta tñ diminu
tione,ipsorum redituum solummodo in sextã partẽ,i.
ꝙ si reditus valebant annuatim.12.libras,ꝯstituant 10.
lib.ad minus pro annua pensione,ut in præ.Aut perpe.
tua,& in p̃.l.§.quia uero Leonis,1.Et eadẽ pẽsio dẽt ita
tui,si res sit facta melior, postquã ipsa ecclesia acquisi-
uit,ne sua diligentia sit ei dãnosa, C.de alluuionib l. fi.
Idem est ẽt,si parum deteriorata sit.nam pp modicum
damnum a iure non recedit,ff.de in integ.resti.scio.&
ext.eod.titu.ca.1.ext.de rebus eccl.ali.vel non, c.pen.
Quid ergo,si non cõstat,cuius bonitatis esset, cũ res
ecclesiã peruenit? Respon. attenditur, ꝙ res bone sit,
& ꝙ bonus reditus redditur tpe,quo in emphyteosim
datur,ut non expediat eam dari cum maiori diminu
10 tione redituum sextę partis.† Sed quare fit diminutio
sextæ partis? Rñ.pp cõpensationẽ futuri periculi,si res
forsã deterioretur,qa pp deteriorationẽ nõ diminue
tur de cætero pẽsio cõstituta,ut in præ.§.dudũ,& §.qa
vero Leonis.1.quod verum est,nisi res pereat in totũ,
ut C.de iure emph.l.1.& inf.ver.135.Itẽ si res diminu
ta vel deteriorata sit pp cladẽ vsq; ad dimidiã redituũ,
vel circa,nõ expedit ecclesiæ in emphyteosim eã da-
re,nisi p ea tãta annua pensio assignet,quantũ faciũt
reditus eo tpe,quo cõtractus emphyteoticus celebra
tur Sic possunt intelligi pręd.§.quia vero Leonis.i.& p̃.
Auth perpetua.ſm Accur.Sed Azo intelligit, acta di
minutione redituũ vsq; ad tertia partem , ſm qd fit,
qñ datur res in emphyteosim ruinosa,prout int dicetur
tur Ia.B.intelligit simpliciter sine diminutione aliqua
redituũ,mortes forsã,ut in re ruinosa fiat diminutio pp
sumptus,qui necessario fiunt ad refectionem, q in re
11 facta deteriore pp cladem nõ sunt necessarii.† Intel-
lexit.n.esse cladẽ,cũ domus est pestilens, ut.hoĩes sa
ni ĩ ea morari,uel diu uiuere nõ possint,& iõ eã inha-
bitare nolũt.Alii dñt esse cladem,si res p parte calma
tẽ perierit,ut inundatione,seu alio cõsimili casu,ut ff.
de minor.uerũ.§.pe.Quare ergo hoc casu nõ fit dimi
nutio ſm opi. Iac.cum fiat in casu præcedenti, in quo
minus vr̃.cum non sit res deterior facta,Resp.in præ-
cedenti casu fit pp rationem ibi assignatã,ĩ hoc aũt ca
su non,quia satis grauata est ecclesia pp deterioratio-
nem cladis,ne afflicto addatur afflictio ff.de off.p̃si.di
uus.ext.de cler.ægro ex parte.C.de epi.au.tã demen-
tis.7.q.1.cũ percussio. Item si res pp ruinã deterior fa-
cta sit,nõ expedit ecclesiæ illam in emphyteosim da-
re,nisi facta diminutione vsq; ad tertiã partem solũm
mõ redituũ,quos ex ea anteq̃ esset res ruinosa,ecclia
percipere cõsueuit,10.q.2.si qs ruinas. Quod intellexit
R.usq; ad tertiã partem p̃standã,i.ut si primo perci-
piebãtur 12.libre, assignentur 4 pro annua pensione.
12 † Azo uero intellexit,ut fiat diminutio vsq; ad tertiã
non prestandam,vt sic sit sensus,ꝙ si primo p̃stabant
12. libræ,nunc præstentur 8. & sic minuetur pars ter-
tia,s.quatuor.ꝙ ęquius vr̃,& ideo preferendũ.C.de iu
dic.placuit.ext. de transac. si.de off.de lega.consuluit.
& habet hoc locũ,s.ꝙ fiat diminutio vsq; in tertiã par
tem,qñ statim prius q̃ rem reficiat,vult soluere annuã
pensionem.Si vero non vult soluere,nisi tunc,demũ
cum res refecta fuerit,non fiet aliqua diminutio,imo
medietatem eius pensionis, quæ adiicietur post refe-
ctionẽ,dẽt emphyteota ecclesię prestare,verbi gratia,
qñ res fuit data in emphyteosim,dabant 12.librę,nũc
pp reędificationem aucta est pensio in 6.lib.& ita pos
sunt haberi 18.librę,pręstabuntur ergo ecclesię,s.12.q̃
præstabantur primo,& medietas sex librarũ, in quib.
augmentatur, s.tres librę, & sic facta computatione
cũ primis 12.habebit ecclesia 15. pro pensione,ut pre
alle. Auth.si quas vero ruinas & in prę. §.si vero qui-
13 dam.† Sed oppones,si dẽt emphyteota pręstare pẽsio
nem tñ post reędificationem,studiosè stabit p 30.an
nos anteq̃ ędificium compleat. Resp. elapso tpe, intra
quod potuit construere,pręstabit pẽsionẽ, ff.de verb.
obli.continuus.§ cum ita.Vel dicas, ꝙ prouidere dẽt
ecclesia, ut certũ tẽpus sibi statuat, intra quod possit,
& debeat opus compleri,ext.de restit.spo.frequens.§.
solet.

ADDITIONES.

a Sed dic. *Secundum Mar.de Fano.q.7.*

b Notandum.est. *Hic ingreditur distinctionem Pet. & Abb. de qua dixi in princ.§.*

C 2

14 solet.lib.6.† Si autē res ecclesię, quæ datur in empy-
teosim,inutilis sit,& nullos reddit reddit⁹, tūc dabit ī
emphyteosim,qualitercūq; pōt,ut in Auth.de alie.&
emphy.in j.col vers.si uero nō habent. & hoc casu po
test intelligi ext.de reb.ecc. alienan.uel non,ad aures.
Si vero res ecclesiæ pretiosa sit,nullos tñ,aut modicos
reddit⁹ reddit,ut puta turris.& datur ī emphyteosim,
tunc debet res subtiliter æstimari,& pro ea iusta pēsio
assignari,ut in præal. Auth.ꝑpetua.† Dicitur aūt iusta
15 pensio,quæ lapso spatio 20.annorū facit verā rei æsti-
matione.n,ut in præal.§.qa vero Leonis.in ver.si ve-
ro alicuius ecclesiastici.& hoc est verum ī aliis a Con
stātinopolitana ecclesia.nam in ea spectatur quinqua
ginta annorum spatiū,ut in Auth.de alie.&emphy.§.
16 sanctissimas.†Caueat ergo,quicunque recipit rem ab
ecclesia in emphyteosim,ut eam recipiat iuxta pręscri
ptam formam,nam alias restituere cogetur,& pēsio
nem pro ea soluere constitutam,ac si iure cōtraxisset,
ut 10.q.2.hoc ius. & in Auth. qui uero res iā dictas.&
in Auth.de nō.alien aut perm.reb. eccle.§. quia vero
Leonis.2.uer.si uero etiam perpetuā.& Auth.de alie.
& emphyte.in vlt.colum.uer.si uero emphyteosis. &
hoc ēt casu intelligitur pręd.c.apostolices.secundum
Pet.de Samp.Vel dic,ut supra uer.6.a† Octauo quęri-
a
17 tur,ecce ecclesia concessit alicui in emphyteosim ali
quam rem hoc pacto,quod quoties emphyteota pro
pter canonem non solutum a re ceciderit,teneatur ip
sa ecclesia pro certa pensione renouare instrumentū
cōcessionis sibi & filiis & nepotibus eius, uel etiā pro
se & duabus personis post eū. quibus ipse concedere
voluerit,prout fit in quibusdam locis,ut supra sequi-
tur ver.porro.& uersic.ceterū.modo quęritur, an pa-
ctus cum tali emphyteota factum adeo prosit primo
uel secundo emptori, si contingat illū rem vendere,
ut ex tali pacto ualeat contra ecclesiam se tueri? Et di
b cit Mart.de Fano.b ꝙ sic, ut ff.de pactis,si tibi decē.§.
pactum.ff.cōmuni diui.in hoc iudicio.§.j.& ff. de cō
18 trah.emp.dolia.§.1.infra uersic.169.§Nono quęritur,
quis istorum cogetur soluere pēsionem, an videlicet
emphyteota,qui uendidit, an uero emptor? Et uide-
tur,quod emptor,argu.C.sine cen.uel reli.l.pen. & fi.
Sed certe illud speciale est in fisco, at si ecclesia uelit
petere pensionē ab emphyteota,cū quo contraxit,ab
eius hęredib.petere debet,& non ab emptoribus, se
cundum Mar.de Fan.quia personalis actio non sequi-
tur possessorem,sed contrahentem,ut ff.de cōtrahen.
emp.l.ii.§.fi.C.si aduersus cre.l.2.ff.ad Treb.l.ii.§.si hæ
res.C.de hæreb.uel act.uen.l.2.Si uero ecclesia nō pe
tat pensionem,quicunque ipsorum soluerit,siue em
ptor,siue emphyteota,satis est,ut ff.de neg.gest soluē
do.Si autē nullus soluerit,res incidit in commissum,
& ad ecclesiam redit biennio finito,ut 10.quæst.2. qui
rē huiusmodi.& in præd.c.potuit.nec poterit emptor
allegare se soluere non debuisse.non enim plus dura-
bit res apud eum,quā duratura esset apud emphyteo
tam venditorem, siue morte, siue cessatione in solu-
tione canonis,siue deterioratione,arg.C.de pericu.&
cōmo.rei uē.necessario.§.fi.C.si pig.pig.da.su.l.i.& 2.
c C.si mācip.ita ve.ne prost.l.pręfectus.in fi c† Decimo
19 q̄ritur,pone,emphyteota cessauit biēnio ī re ecclesia
stica,vel triennio in re priuati,& tanto plus,quod ne-
quit moram purgare, & sic res incidit ī commissum,
tñ ipse semꝑ possidet, nunquid tenetur restituere fru
ctus perceptos ab eo tempore,quo res inciderit in cō
missum? Respon.dic,quod sic,& usufructuarius tene
tur restituere fructus perceptos a tēpore usufructus
20 finiti,ut C.de vsufru.si pater.† Vndecimo quęritur,si
res auferātur emphyteotę,quia in solutione cessauit,
an tenebitur etiam ad restitutionem pensionis subtra
ctę. Respon.quod sic,in emphyteota ecclesię,ut in ꝑ-
alle. Ath.hoc ius porrectum.& Authen.qui rem hu
iusmodi,& in Authe de alie.& emph.§ si uero quis lo-
cator.nec ipse poterit etiam repetere fructus ꝑ re me-
lioranda factos,ut ibi dr̄.In priuata autem persona nō
uidetur,quod ipsa possit repetere rem & censum, siue
pœnam propter canonem non solutum, nisi expresse
fuerit dictum,ut ff.de dol.except.apud Labeonem, &
ff.de transact.qđ fidem,extra de pœn.suā.sicut de usu
fructu dicitur,ut ff.de usufru.cum fructuarius, ff.de tri
bu.illud.ff.de pecu.in summa.§.fi. Alii tamen dicunt, ꝙ
licet emphyteota paratus sit rem dimittere, nō tamen
poterit se a pēsionis solutione liberare: & ꝙ dominus
re habita nihilominus agat ad pensionem temporis ꝑ-
teriti,& ad damnum in re datum,postquam fuerit illa
d concessa,ut ff.de aqua plu.arcen.quanquam.§.1.d.& vi
21 de inf.uer.41.& uer.136.† Duodecimo quæritur, quid si
cessatū est in solutione pensionis,uel tributi, & res est
alteri concessa,nunquid primus,an uero secūdus pos-
sessor soluet id,quod de prędio debetur. Respon. dic,
quod pro eo tempore,quo cessatum fuit per primum,
soluit tantum primus,& non secundus,ut ff.de lega. 1.
apud Iulianum,§.fi.ff.de contrah.empt.l.fi.ff.de pub.&
22 vect.Imperatores,resp.1.† Decimotertio quæritur, qđ
si ecclesia nolit,dic,qui in solutione cessauit,rem aufer
re,nec eū expellere,sed vult solū exigere pensionem?
Rñ.electio est ecclesię in hoc casu,utrum uelit emphy
teotam expellere,an uero pensionem recipere,ut in ꝑ-
alle.§.si uero quis locator,& in Auth.de non alien. aut
permut.reb.eccl.§.si uero etiam.Potest ergo ipsum re
tinere,si uelit,licet res inciderit in commissum. Regu
lare enim est,quod qui potest expellere, potest & reti-
nere,ut ff. de regulis iuris, qui potest, & in Euange-
lio.

## ADDITIONES.

a Ver.6. *Est sciendum, ꝙ distributione finita Pet. & Ab. prosequē do literam decr. potuit. formarunt 42. q. de quib. infra dicetur.*

b Mart.de Fano. *sub sua 6. q. fuit ista & seq.*

c L.pręfectus.in fi. *Secundum Mar. qui signat cōtrarium de l. si usufructus. ff. de noua. solue, ut ibi no.*

d §.1. *Hoc placet Io. de Bla. sua q. 5. in qua dicit hic duo esse, quorū quolibet habet onus suum. Vnum, quod emphyteota percepit fructus, uel per eū stetit, quo minus perciperet, propter quod ad pensionem tenetur. Aliud, fuit in mora & retentione pensionis soluēda per trienniū, & ob hoc meretur expulsionē, si domino placet. Res ergo & pœna propter diuersas cās exiguntur, nec pœna succedit hic loco rei, ut ff. de arboribus. si quis rem. utrunque igitur, & cū pœna expulsionis sit pœna legalis, exigi potuit res & pęna, sicut euenit in re furtiua, & pœna furti, ff. de condi. furt. si pro fure. 2. responso. In pęna conuentionali non sic, ff. de ac. emp. l. prædia. Itē non obstat C. de iure do. impet. l. 2. quia ibi esset aperta contrarietas, s. post receptas usuras, quod non sonat, debitū subsistere uelle, uti in impetratione dominii, quæ contrarietas deficit in hoc casu, & sic dictum, gl. in l. 2. C. e. non placet. Cy. ēt ponit hoc in præal. l. 1. in 4. q. subdens dictum Iac. de Are. qui dicit, ꝙ si primo deiecit, pōt postea pensionē petere, ff. loc. l. colonus. & in Auth. de non alie. §. scire. Si uero prius pensionē recepit, si tēporis posterioris, et non est dubium, de quo inf. 25. q. & 26. si præteriti, aut simpliciter & non expellet, quasi purgata sit mora, ff. si quis can. l. 2. facit ff. de pub. & uec. §. fi. & de eo. quod cer. loco, l. fi. Aut cum protestatione sui iuris, & tunc deiicere pōt, ff. quib. mod. pig. l. si debitor. Colorem habet hæc opinio, sed cū nulla sit contrarietas, nescio qua necessitate fienda sit protestatio, nisi dicas, quod in uerbis posset esse consideratio, an recipiat ab illo emphyteota, & ut tali, an recipiat a Titio, quod debebat ex præterito tēpore, quasi uelit Ia. quod cum ex uoluntate dependeat, an solutione nō facta res inciderit in commissum recipiendo ante expulsionem, ut tali etiam pro tempore præterito uideatur uoluntatem declarasse.*

*ADDE, an per receptionem canonis uideatur remissa caducitas & facta noua recognitio, Ro. cons. 103.*

*ADDITIO. Adde Phil. Cor. con. 40. inc. uiso processu. co. pe. uer. & propterea. in 4. uo. Hen. Fer*

a gelio a, Nonne habeo potestatem crucifigere te, & di
23 mittere te? Item is, in cuius fauorem aliquid dr̄ nō va
lere, pōt facere, ut ualeat, ut ff. de iniusto, rup. & irri. te
sti. filio. & arg. ff. de iure dot. §. si res. C. de transact. l. trā
b sactione finita. & iūge inf. uer. 15 4. † Decimoquarto q̄
24 rit, quid si ecclesia, uel minor cessauerit ī solutione pē
sionis, nunquid currit eis hoc tempus ut res incidat in
commissum? Dicit Vber. ꝙ sic, arg. pro eo C. de admi.
c tu. si tutores c. Dicit tñ, ꝙ restituātur, præsertim ubi ad
ministrator, seu tutor non sunt soluēdo, ut ff. de min.
si ex causa. §. pen. ext. de in integ. resti. cōstitutus. C. de
min. tut. l. tutores. Et hoc uerū est si sine dolo cessaue
rit. nā si dolo, uel fraude cōstitutio cessat, ut ea. l. proba
d tur, Mart de Fan. d dixit, ꝙ tale tempus nō currit mino
ri, & sic non perdit rem propter canonem nō solutū,
ut C. lib. 11. de fundis patri. l. 1. & C. in quib. cau. ī inte.
resti. non est, nec l. fin. Nec obstat, sm eum, l. C. de ad
min. tut. si damnum, quia illud loquitur secundū an
tiqua iura. Vel ibi minor nō dānificatur in re emphy
teotica perdenda, sed tñ in pensione soluēda. Vel ibi
loquitur de fiscali canone, quem intra tricesimū diē
offerendo pupillus moram purgat, vt ff. de Pub. l. Im
peratores. in fi. & adde, quod sequitur ĩ. versi. proxi. &
25 seq. † Decimoquīto quęritur, qd si ecclesia tenēs rem
e priuati e in emphyteosim, cessat in canonis solutione
vltra biēnium, nunquid ei preiudicatur? Et videtur, ꝙ
sic. nam minores præscriptiones currunt contra eccle
siam, ut C. de sacr. san. eccl. Authen. quas actiones. q̄
posita est 16. q. 3. §. pōt. prope fi. Sed contra, quia eccle
sia etiā uolens rem emphyteoticam alienare, non po
test, ut C. de sac. san eccle. iubemus nulli. & Auth. qui
res. quę est 10. q. 2. multo ergo minus īuita hoc poterit
26 † quod enim quis volens non pōt, nec inuitus facere
adstringitur, ut C. lib. 12. qui mil. non poss. l. 1. C. de ad
uoc. diuer. iud. l. ne quis. Non enim ecclesia, quæ vellet
rem emphyteoticam alienare, cessaret in solutione, vt
sic a iure suo caderet, quod permittendū non est, arg,
ff. de his, quæ in frau. cre. l. 2. 3. & 4. ff. de transa. cum hi.
ff. si tamen, lis. Sed certe quandoq; qui alienare nō po
test, admittere potest, vt ff. de minor. etiam ei. ff. de fun
f do dot. si fundus f. Dixit Mar. de Fan. g ꝙ ecclesia non
g soluens, ipso iure cadit a rę, poterit tamē restitutionē
implorare, ut soluat, & sibi rem retineat, quod sic pba
tur, nam parificantur ecclesia & minor, ut ext. de in in
teg. restit. c. 1. & C. de sac. sanct. eccl. vt inter diuinū, vn
de pari iure cēseri debēt, ut ff. ad l. Aquil. illud. & C. de
cōstit. pecu. l. fi. Item etiam quæ sacra sunt, publicorū
appellatione continentur, vt 1. distinc. ius publicū. ff.
de iud. & iur. l. 1. §. publicū. & C. de vsur. acceptā. Sed
ciuitas & respublica restituitur, cū est læsa, ut C. lib. 10.
de iure rei fiscalis, l. rempublicā. & C. de off. eius, q ui
cem alterius iu. ob. l. 1. C. in qui. ca. ma. 25. an. rest. l. res
27 publica. & uide s̄, ver. px. † Decimosexto quærit, sed
sm hoc intra quod tps poterit ecclesia petere restitu
tionem, Dicunt quidam, ꝙ perpetuo, sicut & minor,
vt ext. de in inte. rest. c. 1. Dic, ꝙ intra quatuor annos a
tpe lapsi biennii poterit restitui. Licet. n. ecclesia mi
nor cēseatur, vt s̄. restituetur tamen iudicis officio, qđ
vltra quadriennium non durabit, ut C. de temp. in īte
h rest. l. fi. habetur enim pro minore facto iam maiore h.
28 † Decimoseptimo quæritur, quid de ciuitate, quā ali
quis tenet in emphyteosim? Respon. dic in omnib. &
per omnia, ut in ecclesia iam supra dictum est, & facit
ad omnia præmissa ff. de minor. l. si ex causa. §. si in cō
i missum i. † Decimooctauo quærit, quid si mortuus sit
29 emphyteota, & hæres ignorans rē emphyteoticariā
fore, nec forte inueniens inter alias chartas suas īstru
mentum emphyteosis, non soluit canonem intra tē
pus determinatum a iure, nūquid perdit ius suū, & ex
pelli poterit? Respon. dicunt quidam, quod non quia
iustam habet ignorantiæ cām, ut ff. de reg. iu. nō vr im
K probus, & l. qui cum alio k. ff. si ing. ma. esse dic, l. 2. sciē
tiam. n. non ignorantiam volumus obligari, vt C. li. 12.
qui mil. non poss super seruis, & lib. 10. de tab. l. gene
rali. ff de euictione, si dictum, §. penult. ff. de vsur. pecu
niæ. §. 1. ff. quod vi aut clā, semper, §. hoc interdicto. ff.
depos. l. 1. §. fi. Tu dic cōtra de stricto iure, vt ff. de ver.
obl. ad diem. & l. cum filius, §. in hac, ff. de naut. fœ. l. fi.
Cum enim hęres eadem persona cēseatur cum defun
cto, in cuius locū succedit, vt in Auth. iusiur. qđ à mor.
præst. & C. de impub. & aliis subst. l. fi. præsumit hæres
scire, quod defunctus sciebat, vt ff. de diuer. & tem. p̄.
cum hæres. & ff. de pub. eum, qui, §. nihil. & l. si ergo. §.
si hæres, nec eius ignorantia domino debet esse noci
ua: sed quia iustam habet ignorantiæ causam, ut dixi,
l restituet ex clausula generali. si qua mihi iusta cā, & c. l
vt ff. quod vi aut clam, semper. §. hoc interdictum, ma
xime vbi ignorabat, cui soluere deberet, ut ff. deposi. si
quis inficiatus. ff. de pet. hęre si debitor. Argum. tamen
contra, quod ipso iure non currit ei tempus, ff. de ædil.
edict. cum sex ff. de calum. l. annus. C. quomodo & quā
do iu. ab eo. Sed hæc iura loquuntur de anno vtili, ꝙ
30 currit ignoranti: vide infra versicu. proxim. † Decimo
nono quæritur: sed quid fiet, si non sit, qui recipiat pen
sionem? puta quia forte hæreditas iacet toto tempo
m re biennii, vel triennii? Respond. dicunt quidam m,
quod tutus est, nec expelli potest, ex quo non fuit, cui
solueret, argumen. ff. de public. vectig. & commis. sta
tim. §. fin. ff. de usur. pecuniæ. §. fin. Tu dic, ꝙ res incidit
in commissum: nam & si pecunia sit ad diem sub pœ
na promissa, ante diem mortuo promissore committit
pęna, licet nō sit hęreditas eius adita, vt ff. de uer. ob. ad
diem. Dabit tñ ei restitutio ex clausula gnāli, ff. ex qui. cau.

ADDITIONES.

a Euangelio. *Io. 20.*
b Ver. 104. *Et uide. quod ibi dicam de priuato, uer. 14. quæritur.*
c Si tutores. *Ad hanc q. & sequentem uide, quod scripsi de relig. do. constitutus, super gl. hoc ideo.*
*ADDE, an ecclesia habens emphyteosim ab alia ecclesia, p non solutionem census incidat in commissum. Bal. con. 225. 1. li.*
*ADDITIO. Adde tu, quod alias est consilium Bal. 2. quod in c. venerendissime. in 3. uol. Hen. Fer.*
d Mar. de Fan. *in sua 8. q. par. 1. & Io. de Bla. in fi. tertii membri.*
e Priuati. *cor. ecclesia. & sic posuit Mart. par. 2. q. 8. patebit etiā ex inferioribus.*
f Si fundus. *Dicebat Mar. quod dici potest, quod non sit alienatio sed redintegratio iure in ecclesiam concedentem, quod permittē dum est, ar. ff. de pact. si vnus, §. pactus ne.*
g Mar. de Fan. *Et Io. de Deo. lib. 2. q. 8.*
*ADDE, quod etiam emphyteota ignorans restituitur, si non soluat, ut tenet Ro. cons. 160.*
h Maiore. *Patet hoc de rest. in integ. c. 1. lib. 6.*
*ADDE, quod Roma. cons. 369. tenet, quod ob enormissimam læsionē et post quadriennium possit petere restitutionē in integrū.*
i §. si in commissum. *secundum. Mar. de Fa. cuius fuerunt sup. prox. 4. quæstiones sub prima. 8. de secunda dicetur inf. q. autem hic sequens fuit eius 8. & tenet primum dictum.*
K Qui cum alio. *& l. qui alterius. & e. ti. cum quis. l. 6.*
l Iustam causa &c. *Hoc tenet Acc. super l. 2. in ult. gl. & Odof. ubi sup. & est. q. pe. tenens hanc æquitatem rigori præferri, C. de iu. placuit. idem dicit super regula, cum quis. li. 6. & ut ibi præscripsi super tex quam etiam Cy. recitat in l. 2. C. e. ti. in 12. q. subdens ibi dictū Ia. de Ra. distinguētis, an possit de fundo īputari culpa, uel nō. Exēplū de 1. ut si morosè & deliberate mortu', nec dixit hæredi sua, ꝙ tali debet talis pensio, uel tale debitum pœnale, tunc pœna cōmittitur cum effectu, ut ff. de na. fa. l. 1. & de uer. ob. l. ad diē. Scdo casu si culpa posset imputari hæredi, puta additionē tradendo, & tunc idē. Si uero neutri pōt imputari culpam, tunc pęna nō cōmittit cū effectu data restitutione de ęquitate, ut s̄.*
*ADDE Ro. consi. 166. & quid, si non sit hæres, cui fienda ueniat solutio. uide Alex. consi. 166. 2 lib.*
m Quidam. *Hos. in Sum. huius ti. §. pe. uer. quid si hæreditate.*

cau.ma.l.1.& l.sed si per prætorem. Alii tamen dicunt,
q non dabitur restitutio per præd.l.ad diem, quod non
31 placet, inf. ver prox. † Vigesimo quæritur. sed quare se-
cundum istos non datur restitutio, ubi iacet hæreditas
quæ omnino nihil nouit, ut supra uersicu. proxim. in
alio uero casu posito supra uer. 18. datur restitutio hæ-
redi propter ignorantiam. Respond: ubi est adita hæ-
reditas, ut in casu illo, tunc est, cui negligētia, seu igno-
rantia possit obesse, & ideo iustum est ei subueniri, in
proxi. autem præcedenti casu, quia vbi non est hæredi-
tas adita, non est persona aliqua, quæ ignorasse dicatur
& ideo personæ, quæ non est, subueniri non potest, ut
extra de re iudic. abbate, §. 1. vers. præsertim, libro sex-
to, extra de eccles. ædific. ad audientiam, 2. ff. de iure co
dicil. quidam referunt. Vel dic, quod ideo hæreditas du
rioris est conditionis, quā si hæres: quia hęreditas non
adita gerit vicem defuncti, ut ff. de acquire. rerum do.
l. hæreditas, 2. & ff. si quis test. liber esse iussus sit. l. 1. Si
cut ergo defunctus non posset ignorantiam allegare
in facto suo, vt ff. ad Velle. quanquam. & ff. pro suo, l. fi.
si nec hæreditas, quæ ipsius uicem gerit, arg. ext. de sol.
32 c. 1. † Vigesimo primo quæritur, quid ergo, si non appa
ret dñs. cui solui posset, nunquid sufficiet depositio &
consignatio? Super hoc dic p omnia, vt inf. ver. 34. Imo
etiam dicunt quidam, quod non potest expelli hoc ca-
su, licet non deposuerit & cōsignauerit. ex quo nescit,
cui soluere teneatur, ff. de vsur. pecuniæ, ff. de arb. t. Cel
33 sus. ext. de usur. cum tu. † Vigemosecundo quæritur,
quid si ecclesia tenet rē priuatæ personę in emphyteo
sim, & cessauit in solutione canonis, nunquid in hac
cessatione considerabitur biennium, aut trienniū. Re-
spond. dic, biennium expectari, ut in hoc iure cuiulli-
a bet priuati censeatur a, argu. extra de stata mon. & re-
gul. recolentes, & in his, quæ no. extra de præscri. illud,
34 & uide supra uer. 11. † Vigesimotertio quæritur: pone,
res emphyteotica occidit in commissum, puta ꝓpter
canonem non solutum ita q non potest amodo mora
purgari, uel propter rē forte deterioratam: sed hoc nō
obstante, dominus postea recepit pensionem posterio
ris temporis, nunquid propter anteriorem cessationē
poterit emphyteota expelli. Et uidetur, quod sic: quia
ius semel amissum non uidetur posse integrari, de cō-
sec. distinct. 4. quæris. uersi. non potest autem. 7. q. 1. q̄
periculosum, ff. ad Trebel. deducta. respon. 1. ff. de le. 2.
Mæuius. §. 1. C. de remis. pign. cum ex causa. Nec enim
solutione pensionis postea. facta acquiritur ius deper-
ditum, nec præiudicat in futurum, vt C. de pac. si certis
b annis. Tu dic contra b. quod recipiens solutionem post
cessātionem sibi præiudicat, nec amodo illo prætextu
poterit emphyteota expelli, argu. C. de iure do. impe. l.
2. ff. de in offic. rest. l. fi. ff. de minor. l. Aemilius. & l. si fi
lius. ff. deposi. si hominem. C. de pact. conuen. l. com-
missoria, ff. de pac. cum in futurum, ff si quis cau. l. 2. §.
2. de doli excep. l. 2. §. Labeo. & vr̄ expressum ext. de re-
lig. dom. constitutus. prope fin. Cum. n. nō vtitur iure
suo, ei renunciare uidetur, maxime cum ius illud odio
sum sit, arg. ff. de iniusto, rup. & irrito test. filius, ff. de le.
præstan. ben. bo. poss. contra tab. l. nonnūquam. ff. de ca
stren. pec. hæreditatem. §, filius, imo recipiendo pensio
nem iuri suo, quo ad hoc renunciare intelligitur, vt ff.
de lege commiss. l. post diem, & l. præceden. §. si. ex. de
res, quæ fi. a ma, par. c. ex ore. & hoc, vbi dominus scien
35 ter recipit. † Vigesimoquarto quæritur: sed quid si do
c minus recipiens solutionem in casu, præcedenti, igno
rabat rem fore commissam. Respon. dico, q talis rece
tio solutionis non præiudicat, ff. de inoffi. testam. ma.
ter. & C. eo. tit. si quando, §. fi. C, de fur. l. fin. ff. de pe. hæ
36 red. legitima, 3. q. 9. iudicas. & sup. uer. 18. † Vigesimo
quinto quæritur: quid si dominus pensionis solutionē
sub protestatione receperit, uidelicet saluo iure suo, q
non fiat sibi per hoc præiudicium, quo minus expelle
d re possit? Respon. dicunt quidam d, protestationem si-
bi prodesse, arg. 9. q. 3 saluo. ext de elec. Cumana. ff de
eo, quod certo loco, l. fi. ff. si quis cau. l. 2. resp. 1. nā & si
eum expellere vellet, nihilominus posset petere pen
37 pensionem, vt sup. uer 11. † Vigesimosexto quærit qđ
dices de ecclesia, nunquid sibi pręiudicat recipiēdo so
lutionem pensionis, prout iam dictum est in priuato,
e sup. ver. 23. Resp. dicit Ber. e quod sic. si de capituli cō
sensu receperit pensionem. liberū. n. erat ecclesię, uel
expellere, vel pensionem recipere, vnde vnum eligen
do, alteri renunciasse videtur, ut sup. ver. 23. Quod itel
lige, si scienter factū est, secus si ignoranter, vel sub ꝓ
testatione, ut sup. ver. 24. & seq. Si aūt solus prelatus re
ceperit, non pręiudicat ecclesiæ, quin adhuc expellere
eum possit, nisi postmodum cōsensus capituli accesse
rit, ut ext. de his, quæ fiunt a pręla. sine con. cap. c. pasto
ralis. Si autem solus rector alicuius ecclesię, vbi nō est
capitulum, id faciat, dicit B. q a modo non poterit ex
f pellere emphyteotam. Sed Mar. de Fan. f indistincte di
cit, quod prelatus solutionem huiusmodi recipiendo
pręiudicat quo ad hoc ecclesię, nam & hoc pręiudiciū
facit ciuitati defensor ipsius, vt C. de vsur. aduersus.
Quare idem videtur in defensore ecclesiæ, vt C. de sa
38 crosan. eccl. iubemus nullam. † Vigesimoseptimo q̄-
ritur, quid si istis annis ecclesia pensionē recepit. sed
prælatus dicit in anterioribus annis fuisse in solutione
cessatum, & ideo vel canonem repetit, vel etiā ipsam
rem tanquam commissam? Dic, quod si emphyteota
g probat se pro tribus annis g soluisse, præsumitur sem-
per soluisse, nisi contrariū obstendatur, nec potest res
ei auferri, ut C. lib. 10. de apoch. public. quicunque. &
arg. ff. de probat. Procula. nam ex pręsentib. pręterita
metimur, ar. ff. quib. mo. pig. vel hyp. sol. sicut. §. super
uacuam. C. de natural. li. cū qs alūnā ext. de præsumpt.
mand. Sed & si probauerit se ꝓ præterito anno soluis-
se, ꝓderit ei quo ad hoc, vt res ei auferri nō possit. Nā
dñs, siue ecclesia pēsionē recipiēdo, vr̄ quo ad hoc iu-
ri suo renūciasse, ut su. ver. px. & 23. & sic nō oportet
eum de solutione singulis annis facere fieri instrum

propter

## ADDITIONES.

a Censeatur. *Male solut. & male alleg. priuatus. n. habet trie-
nium, sed forte, quod intellexit, quod censeatur iure priuati tenē
tis rē ab ecclesia, qui non habet nisi biennium, ut sic sit econuer
so. Sed contra hoc est, quod alleg. not. in decr. illud. in gloss. 3. &
fortius, quod super ea scripsi ad uer. 15. ibi respondi.*

b Cōtra. *Secundum Odof. in l. 2 & Ber. in dec. potuit. in glo. pen.
& Martin. de Fan. cuius fuit ista qo, & sequen. & sub sua q. 8.
& idem Io de Bla. sub sua 5. q.*

*ADDE, an per receptionem canonis uideatur dñs emphyteo
tam redintegrare, Alex. conc. 14. 2. lib. & consi. 105. 3. lib.*

c Vigesimoquarto quæritur. *Est hac quæstio generalis 17.*

d Quidam. *Bern. in c. potuit. in glo. penu.*

*ADDE Alex. consi. 2. lib.*

e Dicit Ber. *in dicta decr. potuit in glo. penu.*

f Sed Mar. de Fa *sub sua 8. q. sub qua etiam est sequens q.*

g Pro tribus annis. *Supple ī ultimis proximis, & idē Io de Bl.
in fi. & scias per l. istā, quicunq; & per l. 2. de iure emphy. ibi,
per totum triennium, probatur triennium, vel biennium, quod
datur ad canonem soluendum, intelligitur continuum, non inter
polatum. facit de elect. cupientes. §. cæterum. lib. 6. Scias. quod
Host. in, Sum. de locato, paulo ante finem dicit, quod dicit hic lex
de tribus annis, locum habet in secularibus, in ecclesiasticis suffi
cient duo. Nouum ius inuenit in hoc Host. & detrahit ecclesiis
plus, quam forte perpenderit. concludit enim hoc dictum, quod
facilior probatio requiratur contra ecclesiam, q̄ contra priua-
tum. Ponderauit forsan Host. quod sufficiat soluisse illo tēpore,
quo non soluēs cadit a iure suo, sed illo casu abbreuiatio tēporis
respicit fauorē ecclesiæ, ista eꝜ. Sed forsan intellexit Host. Ec-
clesiastica, q̄ dicūt solui per ecclesiā, nō q̄ soluenda sint ecclesiæ.*

*& tunc cessaret obiectio sed neutrum placet. Scias ēt, ꝙ lex quicunq;. q̄ pe. est, non loquitur expresse de censu emphyteotico, sed de tributo, ibi probatio tributariæ actionis exposcitur, tñ trahit ad hunc casum, ut dicit hoc auctor, & Accur. in l. 2. C. eo. in 3. mē bro magnę glo. & fere oēs scribentes. And ēt de Barulo sub ipsa lege exaltat vocē suam, dicens, quod per illam legem obtinuit, in censu emphyteotico sufficere probationē solutionis trium ultimorum annorum, gl. ēt : in decre. cum ecclesia de causa pos. generaliter inducit illam, quod vltima sint spectanda.*

*ADDE Alex. consi. 105. 3. lib.*

propter hoc tamen nō pręsumit̄ pro alijs annis soluisse.
39 † Vigesimooctauo quęritur, sed pone, cessauit quis in solutione pensionis per sex annos, & amplius, postmodum soluit pro tribus, nunc quęritur, pro quib. tribus soluisse videatur? Respon. pro prioribus, argum. ff. de sol. cum ex pluribus. Sed certe parum interesse vr̄, siue pro primis, siue pro vltimis videatur soluisse, quia cum restet solutio facienda pro tribus, semper est res commissa, saltem ecclesiastica, vt infra ver. prox. et seq. Vel dic, ꝙ imo interest, secundum ea, quę no. sup. vers.
40 prox. † Vigesimonono quęritur, quid si partem pēsionis soluit, & in parte per biennium, & triennium, & vltra cessauit? Et videtur, ꝙ totam amittit, & ꝙ partis solutio non prodest ad vitandam pęnam, vt ff. fa. ercis. hęredib. §. in illa, ff. de verb. obli. in executionibus. §. pen. a
a quia nihil vr̄ esse actū, dū aliquid superest ad agendū, nec videtur edere, qui in totum non edit, nec defendere, qui in totum nō defendit, 7. q. 1. nihil. C. de his, quib. vt indig. l. pen. in fi. de eden. l. pen. ff. de interog. ac. si defensor. respon. 1. Argu. contra, ꝙ tantum partē, pro qua cessauit, amittat. nā pœna non debet extendi vltra quā reperiatur delictum, vt C. de pœn. sancimus, ext. de his quæ fi. a ma. par. cap. quæsiuit, & arg. ff. si quis cau. si ser
b uus, §. si plurium.[b] ff. de his, quib. vt indig. l. rescriptū,
c & l. hæres, qui.[c] quia pœnę emolliendæ sunt, vt de pœ. dist. 1. pœnę, ff. de pę. interpretatione. Item etiam uidetur, quod dominus partem recipiendo renūciat, quod tota res nō cōmittat, arg. C. de pact. inter emp. & uēd. l. commissoriæ, ubi quis petendo usuras, uidetur legi ꝯmissoriæ renunciare, & arg. ext. de pœnis. suam, vbi recipiens partē debiti pœnam exigere prohibet, ut supra uer. 37. Dic, quod si cum totum soluere possit, propter contumaciam partem tantum soluit, tūc non prodest solutio partis, imo res sibi auferri potest. Si uero propter paupertatem, tunc excusatur pro parte, quam soluit, ar. ff. de col. bo l. 1. §. si cum duob. & ext. de test. spo. olim. 3. ext. de solut. c. pe. Vel dic, quod propter paupertatē excusatur in totum, si soluere integræ sit paratus,
41 infra uer. prox. † Trigesimo quæritur, quid igitur, si pro toto patrimonio annuatim soluere debeo sex denarios, solui biennio, uel triennio quinque tantum, uel faciebam 12. denarios, & unam gallinam, & solui alte-
d rum tantum, Et vr̄, d ꝙ pro rata incidat patrimoniū in
e commissum, arg. ext. de relig. do. c. constitutus, in fi. e ex tra de testa. Raynaldus, §. cęterum, & vide supra de præ
f scrip. ver. quid ergo si cum, & seq.[f] † Trigesimoprimo
42 quęritur, pone, emphyteota dicit se soluisse pensionē,
g cñs vero negat, quæritur, cui incūbet probatio? Dic, g ꝙ emphyteotæ, vt C. de prob. l. 1. & l. actor. q̄ est 6. q. vlt. ext. de cau. pos. & propri. cum ecclesia Sutrina. prope fi. ext. de iureiu. c. fi. Probabit aūt per scripturam de solutione factā, vt C. de fid. inst. plures. Quid aūt sufficiat ei probare, & an de qualibet solutione sit necesse fieri scri
43 pturam, dixi sup. versi. 37. † Trigesimosecundo quęri
h tur,[h] pone, emphyteota uolens sibi prospicere, ne ob canonem a se non solutū res cadat in cōmissum, uult soluere pensionē pro 10 annis futuris, ut sup. §. sequit. uer. si aūt, nunquid pōt? Respon sic, qa qđ certo die. promissum est, statim dari pōt, ut ff. de so. qđ certo die. de hoc C. de col. fundorū patri. l. placuit. & J. uersic. prox.

44 † Trigesimotertio quęrit̄, qđ si ecclesia nolit p tot annis futuris recipere pensionē, nūquid emphyteota poterit pro tot annis futuris offerre, deponere, & consignare, vt securus existat? Et vr̄, ꝙ nō: quia congruo tpe dēt fieri oblatio, vt ff. de solut. l. si soluturus. Cum. n. nō possit eū cogere ante tps soluere, vt C. de condi. indeb. licet. quare ecclesia coget recipere? & facit ff. de verbo obl. l. qui Romæ. respō. 1. ext. de plus petit. c. vnico. Arꝯt.: quia plus soluit, vt in pręc. decr. & Inst. de act. §. plus. vñ quia facit plus, q̄ dēt, i ñ facit, qđ dēt, vt ff. de in litē iur. cū furti. Et laudandus est, qui nō minus, sed plus facit, q̄ dēt, arg. ff. de aqua plu. arcen. is, cū quo serui. vt b. 2. p̄. si arborē. Et audiendus est q vult facere, qđ sibi p futurū est, nec nocebit ei q percepit, vt ff de auqa plu ar-
i cē. itē Varus. & ff. de euic. in creditore. Sed dic i, ꝙ ecclesia non cogit̄ ante tps recipere pensionē, argu. ff. de ꝯst. pec. item illa verba. iñ i. Nā et multæ ēt, qđ melius est, præstari nō pōt, vt ff. de vsuf. nō posse. & l. seq. & 74. dis.
k gesta. hēt. n. suspectū futurū pręiudicium k, ar. ff. de pac. qui in futurū, ff. solut. mat. l. respon. 1. ff. de leg. 1. filius.
l §. diui. Itē facit p & ꝯ. ff. de ann. leg. l. cū, qui l C, de manu. test. si ita fuerit §. Labeo. ff. de sta. li. l. 4. §. Stichus &
45 uide inf. uer. prox. † Trigesimoquarto quęritur, quid si uoluerit emphyteota soluere pensionē anni pręteriti, quā soluere tenetur, dominus uero non uult recipere? Dic, quod debet ei pensionem coram testibus offerre, & si sic recipere uoluerit, tunc demum debet cōsignare. & in æde sacra, puta ecclesia, deponere, vt C. de iure emphyteota. l. 2. C. de p g. creditor. C. de pac. inter. ēp. & uēditiorem, si à te. & hoc vr̄ sufficere, ne deinceps possit expelli, q̄uis biēnium & amplius sit elapsum, ff. de euict. si ideo. §. fina. & l. si dictum. §. pen. & ff. de arb. Celsus. §. 1. C. de usur. s. p te non stet. Quidā tamē consulunt,

ADDITIONES.

a §. penul. *Et si stipulationum aliq. §. fi. ff. de contra. emp. fistulas. §. pen. C. de dist. pig. quandiu, ff. de leg. 1. etiam si partis ad Sy. si quis in grad. §. si quis tabulas.*
b §. si plurium. *Ibi in decr. suam, inf. alle. quere materiam.*
c Et l. hæres. qui. *Ad idem, ff. ad l. Fal. Paulus respondet, & ad Trebel l. Paulus respondit, alias inci. si certa, & de aqua quo. & ast. Trebatius.*
d Et videtur. *Secundum Host. cuius fuit iste ver. in uasallo infra tit. 2. §. qui. mo. uer quid si quis.*
e Constitutus, in fi. *Dic, quod superior uer. decr. ista non ob. qua loquitur in contractu censuali, quo transfertur dominium, non in emphyteotico, ut ibi no. in gl. pe. Decr. seq. non ob. quia non in emphyteosi, sed in locatione loquitur, in qua bene fit remissio pensionis, nisi fiat commensuratio proximorum annorum. Ad § cæterum, responde, ut ibi no. in gl. hic est ratio, melius ad illam partē facit, ff. ad l. Fal. l. Paulus, & ad Treb. Paulus, respondit rescriptum superius, & alleg. l. 1. §. Trebatius, ff. de aqua quo. & ast. Sed in his oib. erant corpora distincta & separata, facit de hoc, ff. quorum le. l. 1. §. si duæ. & de præ. quia sæpe, lib. 6. Sed instabis quod in 2. exemplo istius, uer. fiebat solutio de diuersis s. nummis & gallinis, sed licet res sint diuersæ, unica est pensio, & ideo ut de unica iudicatur, ff. quando dies leg. ced. l. nec refert.*

*ADDE, quod si unus denarius deficit, quod emphyteosis incidit in commissum, And Sicu. cons. 37. 2. lib.*

f Et sequen. *Allegare intendit uer. sed pone, quia intermedium fuit additio, antequam illa uer. erat illi contiguus.*
g Dic. *Secundum Accur. in 3. membro magna gl. in l. 2. C. eod. & ibi Olos. & Cy. ibi q. 5. in qua me consulto tractat, quod scripsi de accu. super h. s. in gl. mag ante mediū uer. quid si obijciatur periurium. adde Bal. con. 142. 2. lib.*
h Trigesimosecundo quæritur. *6. q. Mar. hoc. uer. & seq.*
i Sed dic. *Secundum Mar. ut sup. idem Io. de Bla. ubi sup. in 4. q.*
K Præiudicium. *de quo dixi sup. §. sequitur. in fin.*
l L. eum, qui. *Vbi Dy. tenet per §. Stichus. hic in fi. allega. quod sic soluens bene liberatur, sed mihi non dicit, ꝙ dominus, uel ecclesia illā solutionem recipere compellatur, hoc dico propter id, quod scribit Cy. in l. 2. C. eod. in uerb. q.*

sulunt, vt ad cautelã præsidẽ adeat, cuius autoritate id fiat, ut C. de vsu. si creditrici. C. de epis. aud. si preses. & l. fi. ext. de of. ord. pastoralis. 16. q. 3. §. potest. in uer. is aũt. ff. de nau. fœn. l. 2. C. de an. excep. vt perfectius. Alii dicunt,a ẽt solam oblationem sufficere sine consignatione & depositione, ad hoc, vt expelli non possit, vt in p.
46 l. Celsus. in fi. † Trigesimoquinto quæritur: ecce, dominus stipulatus est penam, si emphyt. non soluerit annuam pensionem: cessauit in solutionẽ, nunquid poterit expelli?b Dicunt quidã, quod non, sufficiat n. ipsi habere pœnã puentam, per q̃ legali renuuciasse videtur, arg. C. de pac. do. l. fi. Iaco. 5. & bene, arg. ff. de test. mil. l. 2. ff. de separat. l. i. §. illud. Nec obstat pdicta lex, quia loquitur in quodam speciali bñficio, qđ cõperit mulieri, hic aũt loquimur de cõi priuilegio, vñ illud facilius tollitur, q̃ istud, vt in Aut. de restit. & ea, quæ pa. §. ea. a. ext. de elec. ecclesia vestra. 2. ad fi. Potest ergo, s'm Iac. dñs vtrumq; facere, s. & penam petere, & illũ expellere, alioquin pęna apposita illusoria esset, qđ esse uon debet, vt ff. de pœnis, l. 1. ff. de fideiuss. si à reo. §. id, qđ. Cum. n. pactum non fuerit p leges, uel bonos mores, seruandum est, vt ext. de pac. c. j. & fi. & C. eo. ti. pacta. Tertij dicunt,c q altero debet dominus esse ꝯtẽtus, s. uel vt expellat, vel pęnã habeat, q est in ipsius optione, arg. b. ff. de except. doli, apud Celsum. §. Labeo. & de cond. indeb. elegãter. §. pe. in fi. ff. de pac. sescriptũ. §. si pacto. ext. de iudic. at si clerici. in fi. Quarti dicunt, q expelli poterit, sed pœna peti non poterit, licet promissa fuerit, quasi non liceat pœnã legalem augere, sed debeat ea cõtentus esse, ut ff. de uerb. obl. stipulatio. Est aũt pęna legalis, vt cessans in canonica solutione possit expelli, quę cũ certa sit, non est extendenda, vt C. de pęnis, sancimus, ext. de his, quę fiunt à ma par. cap. c. quęsiuit. de pœ. dist. j.
47 hic. & vide inf. ver. prox. † Trigesimosexto quęrit, sed qđ si actũ est, q nisi soluerit annuã pensionẽ, soluat certã pœnã, rato nihilominus pacto manente, siue cõtractu, demũ cessat in solutione, nunc vult pęnã soluere,
b FORMA. [b] Ego P. ex causa homicię, siue homagij, promitto tibi B. esse perpetu° tuus hō, & stare cū meis hæredibus ad tuam maiorem signoriam, & præstare tibi annuatim tale & tale seruitium constituens atque cōfitens me tuum esse hominē, & deinceps me in tui possessione tanquam domini esse. & stare in tali loco, vel alibi, vbicunque ponere me volueris. iūge, si vis, quod est infra vers. 4. in fi. quæ omnia. suprascripta promitto attendere, &c. Contractus iste de generali consuetudine capit vires potius, quam de iure, licet aliqui trahāt ad hanc materiam C. lib. 10. de agric. & censi. l. si cū si-
5 mus. † Qualiter aūt fiet instrm affrācationis, siue liberationis ab obligatione homagij, vide supra de seruis nō
c ord. ver porro. [c] † Et nota, quod est homagiū ligiū, quod
4 videlicet fit Imperatori, vel regi, nullius alterius fidelitate salua. Illud vero, quod fit alijs, non dr ligium: quod fit, seu iuratur, salua Imperatoris, vel regis auctoritate, vt in lib. Fe. de prohib. feu. alie. imperialem, in fi. Multi tñ putant ligium homagiū esse, quando vasallus mittit manus suas intra manus domini, & sibi homagium facit, & fidelitatem promittit, & ab eo ad osculum reci-
d pitur, quod tamē non est, vt dixi. [d] Alij dicunt, quod est
e duplex homagium. Vnū dicitur ligium, in quo nullus excipitur quantum ad verba, quantū tamen ad mentē illi, qui supremam & generalem habēt iurisdictionē, puta Imperator, vel Rex, intelligūtur excepti, vt extra de iureiur. venientes. contra quos non tenetur quis dnm suum iuuare, vt inf. ver. 15. & per tale homagiū in suo nullus, preterquam supremus, intelligit exceptus. non. n. pōt fieri duob. vt inf. ver. 10. Aliud uero est non ligium, quando videlicet aliquis excipitur, puta facio tibi homagium, excepta fidelitate, quia tali dño meo ligio teneor, vel saluo, quod possim, quē voluerim, do

minum ligium mihi cōstituere, vt infra ver. 12. vel saluo, quia nolo te cōtra talem iuuare. Sed prius dictum verius est, licet hoc vltimum communis usus loquēdi approbet. & secundum hūc ultimum modum. loquimur fere per totum præsentem §. 1. Dicitur aūt homo ligius, quasi ligatus domino suo, uel legius. quasi lega-
5 litatē continens. † Quod aūt in Italia, & alibi uocatur uasallagium, in Francia homagium appellatur. Nos autem Prouinciales nobiles feudatarios, ua allos: plebeios uero, nostros homines uulgariter appellamus. Quod autem possit quis esse homo duorum, probatur ex. de supplen. negl. prælat. grandi. ibi, uel cuidam alii perso-
6 næ, &c. † Primo autē circa hoc querendum est, utrum
f & qualiter quis alterius fiat [f] homo Respon. liber, hō potest pacto mihi promittere per se, suosque heredes, quod si fit homo meus, & certum mihi seruitium faciat. tale pactum seruādū est, ut ex. de pac. c. 1. & 2. ff. e. l. 1. §. 1. & l. iuris gentiū. §. ait prætor, nā per stipulationem potest quis grauare cōditionem suam. Hinc est, quod per pactionem scriptura interueniente potest quis se cōstituere adscriptitium ut C. li. 10. de agric. & cens. cum si-
7 mus. & religiosum, ut 27. q. 3. omnes feminæ. † Et tamen religio seruitus est, ut 54. dist. multos, & no. Inst. de iure perso. & sententia lata cōtra te, quod sis hō meus, sufficit ad hoc: quia in iudicio quasi cōtrahitur, ut ff. pec. licet, §. si filius, multo ergo fortius sufficiet pactū, quod in ueritate cōtrahitur, ff. de re iud. ff. de li. agno. l. 1. §. fi. & l. 2. & 3. ff. de usufr. Pomponius, §. si ex causa, ff. de leg. 1. si seruus plurium. Argum. tamen contra, quod pacto nō fiat quis alterius homo. Nam hæc homagia aliquam speciem habent seruitutis, argu. extra de seruis non ordin. c. 1. imo nihil aliud est dicere, facio me hominem tuum: quia lex seruos nostros, homines appellat, vt ff. si cert. pet. si fundum, §. seruū tuum, id est, hominem tuum. ff. de sol. qui duos. C. de epis. & cle. l. 1. &
8 2. † Vnde pactum nō proderit ad hāc cōditionē inducēdam: sicut nec ad seruitutem sufficit inducendā, vt C. de lib. causa, nec si volens, nec ēt confessio in iure facta sufficit ad hoc, vt eodē ti. interrogatam. Hinc est, quod si alicui legetur sub tali conditione, ne a certo loco recedat, non valet: quia sic fieret quasi seruus, vt ff. de libero homine exhi. neque. n. ff. de condi. & dem. Titio. Itē talis obligatio nō tenet, cū in infinitū obliget. quod euitatur a iure, vt arg. ff. de lega. 3. fideicōmissa, §. si quis decem. ext. de rescrip. cum in multis, li. 6. Preterea nō potest quis operas suas in perpetuū locare, ne fiat p̄iudicium libertati. vt sup de loca. §. postquā, uer. quid si quis. Sed dic, quod pacto pōt quis se hominē alterius cōstituere, vt ext. de supplen. negl. prę l. grandi. lib. 6. ibi, fidelitate, homagio, iuramento, seu pacto, si aliquib. etc. nā ex delatione & præstatione iurisiurādi credit libertus homo constitui, C. lib. 10. de decur. cum decurionatus. & l. quoties spontaneos. ff. de in ius vocan. adoptiuum, §. 1. C. de transact. l. fin. C. de tab. exh. b. l. fi. Et licet quis

ADDITIONES.

a Quoniam super homagi. s. *ADDE, quid sit homagium, & qualiter fiat, late Bal. consi. 159. 1. li. Adde tu bonam gl. in uer. homo ligius, & ibi Card. Petr. de Anch. gl. Abbat. & Io. de Imo. in clem. pastoralis. de re iu.*

*ADDITIO. Adde tu Card. Zaba. post Host. in c. recolētes de statu monac. Et an homagium ligium possit fieri per hominem ligiū duob. pro diuersis reb. vide Gui. Pap. in q. 310. & q. 309. ubi, qui dicantur homines ligij, & qui non? Et adde, quod homagiū dēt fieri illi, qui possidet, si sint duo contendentes de uno castro, vt uoluit idem Guid. Pap. sing. 326. inc. sint duo. Hen. Fer.*

b FORMA. *Non fuit Rol. nec per alium repert.*
c Ver. porro *super quo uersic. scripsi quæstiones duas sequentes. Ros. circa id.*
d Vt dixi. *Verba Ros. ubi sup.*
e Alii dicunt. *Io. de Bla. ubi sup. uer. uiso igitur.*
f Fiat. *Prima quæstio Mar.*

quis hominem alterius se cõstituat,propter hoc tamẽ nõ minuitur sua libertas,imo dominus cũ tenet contra alios ĩ persona & rebus tueri, vt 22.q.vlt. de forma in fi. In plerisque autem locis stipulatio huiusmodi sic cõcipitur. Nam is,qui facit homagium, stans flexis genibus tenet manus suas inter manus domini,& homa
! gium sibi facit,per stipulationem fidelitatẽ promittit. & dñs in signum mutuę fidelitatis illũ osculatur, vt s.
a versic.prox. a † Secundo quęritur, vtrum homagium
9 introductũ sit de iure ciuili,siue de iure scripto? b Resp.
b non,sed moribus & diuturno vsu, qui legem imitantur,vt Inst.de iure natu.gen.& ci.§. ex no scripto. & 25.q.2.cũ redemptori.dis.1.ius gentium muat tñ legibus,nam pactiones licitę custodiendæ sunt,vt s. versi.
1 prox.† Tertio quęritur, vtrum tpis lõginquitate quis homo alterius efficiatur? puta recipiẽdo ab illo per triginta annos seruitia per homines ligios prestari soli-
c ta? c Et Videtur, quod sic, argum. C.li.11.de fund.patrimon,qui.& C.de agricol.& cẽs. cum satis.§.cum aũt. vbi dicit,quod stans per triginta annos in fundo, efficitur colonus.& C.de emãcipa.l.1.nam si idem pacto fieri potest, vt supra, ergo & præscriptione tẽporis fieri poterit,quę plus facit,quam pactũ,nam pacto sociorum fundo seruitus acquiri nõ potest, sed pręscriptione sic, ut ff.de seruitut.pro parte,ff.de seruit.urban.pd. sed & si resp.1. Item adscriptitius sine gleba pacto acqri non potest,præter.l.i tñ potest,ut C.de agric.& cẽsi. l.2.& l.quemadmodũ,ff.de diuer.& tẽpo.præsc.long. Item pactũ de non diuidendo non ualet, præscriptio aũt impedit diuidere cupientẽ, ff.communi diuid. in hoc iudicio.& l.si cõueniat.ff.de an.exceptio.l.1.ad idẽ ff.de diuersis & tẽporalib pscr. de accessionibus, ff.de reg.iur.non debet. Pręterea ex tempore liber fundus efficitur seruus,vt ff.si seruitus uẽ.si quis diuturno. ff. de aqua quot.& æst.l.1.§.duct⁹,& ex tẽpore præsumitur filius,qui non est,ff.de ritu nup.qui in prouincia. Arg. ꝯtra,quia nulla tẽporis lõginquitas piudicat libertati, vt C.de lõg.tẽpo.præscriptione,q̃ p liber.& ꝯtra liber, in rubro & in nigro. Tempus.n. non est modus inducendę obligationis,ut ff.de actio. & obli. obligationũ fere,§.placet.C.de pac.si certis,ff.de oper.li. ope. Item plus põt pactum,de quo prędictum est,quam præscriptio,ut ff.quẽadmodũ seruit.amittit.l.non sat.§.1.ibi, nec forte,&c.& ibi,possumus enim,etc. Itẽ seruitus,q̃ continuam causam non habet,non pręscribitur, ut ff. de seruitut.l.seruitutes,resp.1. Vnde cũ homo non poterit continue seruitia pręstare,non poterit homagiũ pręscrib. Item liberi hominis nullũ est commercium ff.de contrahe.emp.si emp.§.1.& 2. Instit. de inut.stip. circa prin. Vnde vẽdi,uel donari non põt,ut ff.de contrah.emp. Sed Celsus. Si non potest alienari, ergo nec præscribi, arg.ff.de fundo do.si fundum, ff.de uerb.sign.alienationis. Sup hoc dixit Matt.de Fã.ꝙ si quęstio sit de homagio,vtrũ aliquis sit liber homo,uel non,et dominus est ĩ possessione homagii, pro domino iudicãdum est,nisi homo se liberum probet,ff.de probat. circa.extra de electione,querelam. Si aũt homo est in possessione libertatis sine dolo malo,dominus necesse hẽt de homagio docere,ut ibi,& C.de liber.cau.l.ea quæ. Quod si in utroque casu ad probãdum homagiũ solius temporis longinquitas inducitur,aut Inducitur tempus triginta,uel quadraginta annorũ,quo casu credo illum hominem meum esse,quẽ tãto tempore pręscripsi,ut in p.l.cum satis,& C.de fundis reipub. eum qui.& arg.ff.de aqua plu.arcẽ.l.2.& l.seq..dum tamen tanquam ab homine meo,& non tanquam ab amico seruitia receperim ff.quemadmodum seruit.amit.l.fi. & facit in li.Feud.si de feu.contro.fu e.c.si quis per triginta annos. Veruntamen ad probãdum homagium non sufficit probare tãto tempore fuisse pręstita seruitia,nisi probetur,pro homagio pręstita fuisse,argum. ff.si seruitus amitt.l.fi.ff.de aqua quotidiana & æstiua, l.prima,§.sed si in rem.& §. Atilio. Nec obstat ad hoc prædi.l.seruitutes,respon.1.quia licet homo,u.l vasallus non seruiat continue,seruit tamen quasi continue ex quo enim homo ligius semel præstitit debita seruitia,in ea causa esse uidetur,ut quandocunque requiratur debeat seruire,& sic quasi cõtinuam causam habet,vnde præscribi potest,ut ff.de seruit.vrb.pręd.l.foramen. Si autẽ inducitur tempus 10.vel 20.annorum ad probationem homagii,hoc non sufficit,ff.de usuc.cum de in rem verso.quia tal s pręscripto sine titulo non procedit,C.de præscript.long tempor.10. vel 20.annorũ, diutina. Et de homine libero non potest titulus interuenire:quia eius nullum est commercium, ut pdixi, Alii tamen in hoc cõtradicũt,& facit ad hoc C.de fundis reipubl.l.ius,& l.iubemus. Si tamen aliquis per decem,vel uiginti annos pręstitit mihi seruitia,tanquam ligius homo,possum allegare cãm interuenisse dicendo,tu es homo meus,& per stipulationem mihi pmisisti seruitia facere,quæ homines ligii dominis suis facere debent.& quod ita fuerit,probo ex tempore:quia nõ est verisimile,quod tanto tempore pręstitisses, nisi causa homagii interuenisset. & ita ex cursu tẽporis inducetur causæ præsumptio,ut in pręd.l.cum de intrẽ verso,& uide supra de restitutione spolia, §. nũc dicamus
11 uer.sed & si.† Quarto quæritur. d quid si quis simplici
d ter nulla causa adiecta pmittit mihi esse homo meus, nunquid tenet talis promissio cum effectu? Et uidetur ꝙ sic,quia non inquiritur,qualis promissio facta est, sed an facta ut Instit.de leg.§.fin.ibi, nec manumissionis modo,&c.ut ff.quod vi,aut clam,si in rem.§.1.ff.de aqua quodinia & æstiua,l.1.§.plane. Item rusticus non præsumitur a iure ciuili sine iusta causa soluere, argumen ff.de probatio.cum de indebito.unde nec sine iusta causa promissio facta esse creditur,argumen.C.ad l. Falcid.l.fin. Item præsumptio est contra eum, nisi probet errorem.quod vt.que facere tenetur,ut C.ad l.Corne.de fal.minorem,ff.de accus.si cui,ff.ad municip.l.libertos.ff.ad Turpil.l.1. Argumen.contra, quod talis pmissio caret effectu obstat enim exceptio doli ei,qui sine causa stipulatus est,ff.de doli exceptione.l.1.§.circa extra de fide instrum.c.si cautio. Item fideiussor eius q sine causa promisit,se potest hac exceptione defendere, ergo multo magis ipse reus se defendere poterit, vt ff.de fideius.si stipulatus esses.respon.1 ad idem ff.de verb.obl.stipulationum aliæ.resp.1.& l.si seruus.stipulatus.in fi. Itẽ si nulla causa subeit stipulationi. nulla obligatio constituitur cum effectu,ff.de pac.iuris gẽtium. §.sed cum nulla,ad idem ff.de pollic.l.1.respon.1.C.de edicto diui Adria.tollen.l.fi.ff.de suspec.tu.hoc enim,
e resp.1.& in præd.c.si cautio. Super hoc dicas, e quod si quis promittit meus esse homo, & seruitia mihi facere,tenet obligatio talis, nam promissio seruitiorum intelligitur esse homagium, nisi altera probetur causa,dico finalis,non impulsiua,C.de con.l.ob causam, militem,C.de transactio.l.si minores. & l. cum donationis. C.de iur.dot.si mulier.non est ergo necesse causam

## ADDITIONES.

a Ver.prox. *In his instat Io.de Bla.ubi sup.in prin.dicent. p hoc solui contraria,quæ aiũt infringi per homagium libertatem, qa ponderatio,quod dñs ei tenetur, potius seruari potest libertas, quam infringi,q a etiã de facto aliter seruari non posset fortè.*

b Scripto. *Hoc narrauit Mar.nec posuit pro quæstione, & idem Io.de Bla.super 1.q.*

c Solita. *2.q.Mar.quam Io.de Bla.sub prima tractauit, ex dictis vtriusque formatus est iste articulus.*

d Quarto q̃rit. *3.q.Mar.quã etiam Io. prosequitur in fine. 1.q.*

e Dicas. *Scdm Mar.& Io.q respondent ad ca.si cautio, l.cum de indebito,& similia,illa loq cum ad probandã ueterem obligationem interponit cautio sine expressione cãe,q̃ exprimi debebat, sicut*

*sicut alias, ff. si quis cau. sed & si quæsitum. In eo aūt, qui simpliciter spondet, non dicens se ex præcedenti causa debere, sed de nouo constituit, obligatio ualet sine specificatione causæ, licit tamē Mar. se a trib. s legū doct. s. Ia. de Be. & Bonif. mali consilii tres diuersas scias audiuisse, confirmatiō eum, quod no. Acc. post Bar. & Hug. ff. de const. pec. l. 3. §. 1. s. quod si constituit quis se debere, donare uidetur, & idem uidit no. in l. 2. §. circa, ff. de doli exc. & hoc coniunxit, quod infra sequitur de nobilibus. hic omnino ut le. quod dixi supra de confessio, §. nunc uidendum, super uer. sed quæ est ratio.*

sam in promissione hmōi, interuenire, vel eam ex causa fieri. Alii dicunt, q̄ ubi in promissione cā non apponitur, uel nō interuenit, obstat exceptio doli, per p̄. §. circa. Et idem est, si cā, pp quā pmissio facta est, nulla fuit. puta promisi tibi decem dare, quia putabam te e-
a quam mihi vendidisse, a uel te patri, vel antecessori meo mutuasse, cum tñ uerum non esset. Idem etiā est, si persona promittens sit miles, vel minor, uel fœmina, vel rusticus, qui sicut præsumptione iuris in solutione iuuantur, sic & in promissione iuuari debent. & tanto facilius, quanto quis facilius promittit, quam soluat
12 vt præ. l. cum de indebito. † Homagia autem consueuerunt simpliciter recipi a nobilibus, qui iura ignorāt.
b Mar. de Fano consuluit, b ut omnis oppositio cesset, q̄ in instrumento homagii sic post promissionem dicat.

FORMA. Hoc autem ideo promitto, quia talem mihi & hæredibus meis concessisti, donec sub tuo dominio steterimus, & insuper me ac mea defendere cōtra omnem hominem promisisti, uel in emendam talis iniuriç, quam tibi dicor intulisse, puta quia dicor tuū patrem interfecisse, & ideo pp pacem facio me homi-
13 nem tuū: vel alia iusta cā exprimatur. † Quinto quæri-
c tur, c utrum filius hominis mei, non tñ ex fęmina mea natus, sit homo meus? Et uidetur, q̄ sic, argumē. C. de agri. & censi. cum simus. §. illud, ubi innititur, q̄ coloni mei filius, meus est colonus. Item filius marilegulī, est merilegulus, C. lib. 11. de murile. l. fi. Idem etiam uidetur in filio liberi, vt C. de liber. & eorum liber. l. 2. & 3. Item filius curialis uidetur esse curialis, C. de natu. li. l.
14 communium, §. illo uidelicet. † Item pater & filius eadem persona reputantur, & filius est paterni corporis, unde qualis pater, talis filius erit, vt 15. q. 3. §. hac auctoritate. C. de impube. & aliis substit. l. fi. & in præ. l. cum simus. §. fin. Instit. de inutil. stip. §. fi. de consec. di. 5. c. fi. in fi. Item sicut quis per arrogationem efficitur meus
d cum filiis suis, & forsā cum omnibus bonis. d sic & hō meus, qui similitudinem habet cum illo in hoc, quia eodem modo transit potestatem meam, meus esse debet cum omnibus filiis, C. in qui. cau. colo. censib. l. 2. 2. ff. de adop. si præter, §. fin. resp. 1. & l. arrogato. Insti. de adop. §. pe. quis. n. ferre debet a patre filium separari. C.
15 cōia utriusque indi. l. possessionum. † Itē si pater sit senator, vel alterius dignitatis, nō dedignabitur filius paterna. n. assequi dignitatem, ut p. de senat. emācipationes, & l. filios. C. de decurio. nati. & l. per exēpla, C. li. 10. de tabul. l. fi. Vnde nec filius dignitatem assumere dedignetur, ut in præ. concor. C. de agri. & censi. diffinimus & ar. ex. de renun. nisi cum pridem, §. personę uero. et ex. de fil. presby. literas, 56. dist. nasci. Item homo meus cum non sit seruus, bene pōt ꝯhere matrimonium: Vnde filius ex legitimis nuptiis natus patris conditionem sequetur, ut ff. de stat. ho. cum legitime. Ar. contr. q̄ iste sequatur matris conditionem, vt 32. q. 4. liber. C. de libe. cau. l. fi. & idem est in seruo, ut C. de rei. ue. partus. & in adscripto & cēsito, C. de agri. & cen. mulier. et l. ne diutius. & l. fi. ad idem C. lib. 11. de agric. & mancip. l. 4. C. de incest. nupt. humilē. C. de nup. imperialis. Nā partus est pars uiscerū. igiť qualis erit mulier, talis erit partus, ff. de uent. insp. l. 1. §. ex hoc. de cstle. dil. 4. sic gequid &c. si ad matris. & c. seq. Vnde pater sit homo alterius, mater vero libera sit, sequetur partus matris cōditionem, vt extr. de seruis nō ordinā. c. fi. In hac quæstione dixit Mar. de Fan. q̄ filius hominis mei natus et conceptus ante quam eius pater fuerit hō meus, non est meus homo, arg. C. de libertis, & eorum liberis, l. 2. 12. q. 2. cū redētor. Si vero natus est ex hoīe iam facto meo, secūdum cōem vsum homo meus est, & paternam fortunam agnoscit, secūdum ius tñ videtur distinguendū, nam si ex matre libera nascitur, liber erit, vt C. de agric. & censit. l. fi. & in præ. decr. de seruis nō ord. c. fi. Si vero mater sit tua fœmina, pater vero meus homo sit, plus fauēt iura mihi, qui sum dominus p̄ris,
e q̄ tibi, vnde filius erit hō meus, arg. præ. l. ne diutius. e
f Vel potest dici, f considerandū esse ex qua causa fit homagium, si enim fit in emendam il atę iniuriæ, vt supra versi. prox. tunc non videtur, q̄ filius talis hominis mei sit homo meus, & sic in plerisque locis seruatur, quia non debet filius patris iniquitatem portare, C. ne filius, p patre, per totum, & 1. q. 4. Iudęi & c. seq. imo pœna suos teneat auctores, vt C. de pœnis, scimus, ext. de his, q̄ fiunt a maio. par. cap. quęsiuit, qa si pp delictum patris filius nō perdit bona, multo minus perdere debet statum & honorē personæ, arg. in Authen. vt nulli iud. §. fi. Quod si non solum in emēdā fecit homagiū, verum ēt subiecit mihi bona sua, accipiēs illa a me in feudum, tūc quia vr ea mihi tradidisse, & in me dominium transtulisse, iterum a me in feudum recepisse, vt C. de donat. quisquis, si filius velit abstinere a bonis paternis, non possum eum in hominem meū uendicare, quia cum bona sua cum onere suo trāseunt, si velit habere illa, & ea agnoscat, faciat mihi homagiū, arg. C. sine censu, vel rel. l. 2. et sic indirecte cogetur homagium facere. Ego enim vendicabo bona, tanquā directus dominus, & si ille excipiat, q̄ pater eius erat utiliter dominus, replicabo, q̄ nō debet habere, nisi agnoscat onus, quod pater sustinebat. Si aūt aliquis se cōstituat hominem meum ligium, quia dedi sibi aliquam rē in feudū, & quia vult sebiipsi prouidere, vt eum defendere, tūc principaliter personam suam adstringit, &, res gratia cuiusdā remunerationis interuenit, vt ff. mād. si remunerandi. & infra ver. 12. Vnde qa præsumitur ita velle filio prouidisse, sicut sibiipsi, vt ff. de probat. si pactum, persona filię adstricta est iure homagii, licet ille velit abstinere a re, quā pater dedit in feudum, quia non fecit principaliter homagium propter illā. Nam sicut potest quis filio prouidere paciscēdo & stipulando, ita etiam cōstituendo se hominem alicuius potentis, vt ab eo ipse & eius liberi defendantur, ff. de pactis, & si heredi. §. nos autem, & §. Iulianus & l. auus. Magnum enim est ius patriæ potestatis, nā et propter famem pater filium vendere potest, C. de pa. qui filios distrax. l. 1. ff. de lega. 1. filiusfamilias, §. fin vel garem, & cum impuberem suo potestate tutoris constituere. g igitur & per consequens sub domini potestate, ff. de tut. lege prima. Idem autem, etiam si nullo sibi a me dato se constituat hominem meum ligium. Porro in dubio cum non exprimitur causa, uel non liquet, quare fecerit homagiū, p̄sumitur ideo fecisse, vt

## ADDITIONES.

a Vendidisse. *Mar. dixit procuratori meo.*
b Consuluit. *Ioan. de Bla. hoc non consuluit, sed bene exemplificat infrascriptas causas forte iustas.*
c Quinto quæritur. *4. q. Mar. & secunda Io. de Deo.*
d Bonis. *Mar. sic posuit sine Forsan. Io. nil dixit.*
e Ne diutius. *Dixit Mar. verum ille leges aliter intellectæ sunt, & sic est, quia probant contrarium, pro ipso tñ faciunt eas ibi in gl. notati.*
f Dici. *Sc'm Io. de Bl. ubi sup. cuius ad literā sunt uerba sequētia*
g Constituere. *Fatetur ipse Ioan. q̄ illud est debile argumentū.*

vt ipsum defendã, vt sic eius filii sint astricti, & res ma
a gis valeat, quam pereat, vt ff. de rebus dubiis, quoties a.
16 & extra de fide instr. inter. uersi. ceterũ. † Sexto, quęritur, quid si ex homine meo plures superstint filij? dic φ
17 omnes sunt homines mei, ut patet ex prę missis. † Septimo quęrit: sed quid, si homo meus exhęredat unũ de filiis suis, nunquid taliter exhęredatus remanet ho
b mo meus? Dicunt quidã b de ęquitate, φ nõ, si cũ effectu excluditur à paterna substãtia, ne afflictio addatur afflicto, ut extra de cleric. ęgro. c. penult. 7. q. 1. cum percussio. talis. n. pro mortuo habetur. unde conditio eius nulli adstricta erit, sicut nec hominis mortui cõditio, ff. de coniug. cum emancip. liber. l. ii. §. si pater. 32. dist. quorundam. Item sicut pater non potest filium exhæredatum legando onerare. ita uidetur, φ nõ possit conditionem personæ ipsius grauere, ut C. de fideicom q dam filiũ. Nec obstat, φ potest filio exhęredato tutorem dare, ut ff. de testam. tut. pater. quia illud inductũ est ad prouisionem filii, nõ ad onus, hoc uero, s. homagium facere, quamuis possit esse inductũ ad prouisionẽ filij, vt supra no. tñ onus est: nec est ęquũ filium exhęredatum onerari per patrem. Sed adhuc punitur. nã ex pœna nõ dẽt quis consequi immunitatem, ut infra uersi. 27. ad fin. Exhęredatio autẽ in pœnam inducta est ob culpam ingratitudinis, ut in Auth. ut cum de appel cognosc. §. cã. C. de inoffi. test. omnimodo. extra de donat. c. fi. Vnde non uidetur, quod filius propter exhæredationẽ ab homagio sit immunis. Sed dic, quod licet regulariter pœna principaliter non tribuat immunitatem, fallit tamen hoc quandoque, ut absurditas, vel impossibilitas euitetur, ut patet per exẽplum ff. de excus. tut. l. sed & milites. §. sed & ignominia. Absurdũ autẽ esset exhæredatum districtũ remanere ex facto paterno. Alii tamen cõtra, nam hęc obligatio personam afficit, sicut lepra. per hanc enim uiam posset quilibet ab
18 homagio liberari. † Octauo quærit: sed quid erit, si filius nõ fuit exhæredatus, abstinuit tamẽ ab hæreditate paterna? Dicunt quidam, quod licet in rigore iuris cõditio eius adstricta sit tamen de æquitate postquam lucrum paternæ hereditatis ad eum nõ pertinet, nõ erit ex facto paterno adstrictus, ut sit homo meus, & seruire teneat, ff. de contrah. emp. l fin. imo respuẽdo lucrũ poterit etiam respuere onus. ff. de reg. iur. secundũ naturã. Et sic in plerisque locis Narbonẽsis prouinciæ obseruatur, ubi rem deserendo, & se alio transferẽdo, do
c minii iugum euadit, ut infra uer. 19. in fi. c † Nono quæ
19 ritur: ecce ex homine meo tres filii superstunt, q iuxta pręmissa hoĩes mei sunt: isti diuisim habitant nunc: q. r. ẽ, an quilibet eoũ in solidũ teneaẽ mihi pstare operas, quas pater eorum mihi debuit, & solitus est pręstare, an uero pro uirili, uel pro hęreditaria portione, Et uidetur, quod quilibet eorum in solidũ teneatur. opera enim non potest separatum pręstari: unde in solidũ pręstãda est, arg. ff. de oper. lib. l. 4 & l libertus. ff. de verbo. oblig. stipulatio. 23. dist. quorundam. Nõ enim pręstãt operas ideo, quia sunt hęredes, sed quia sunt homines. Sicut ergo pater pręstabat in solidũ, quia homo meus, & sic quilibet filiorum, quia homines mei, in solidum pręstabit, ff. de rei uẽd. si possessor. ff. cõmo. l. 2. §. si hæres. cum eadẽ ratio sit hincinde, ff. de uerb. obliga. à Titio. extra de constit. nam cõcupiscentiã. ff. ad leg. Aqu.
20 illud. † Item si fundus debet mihi seruitutem uię, unicam uiã debet, ut ff. de seruit. si cui. S. autẽ de hoc fundo duo fiant, certe iam duę uię debetur. nam uterque fundus in solidum dẽt mihi uiã, ff. quẽad. ser. amit. l. nõ latis. §. fi. S. c & hic: licet plures uni successerint, tamen uidetur, quod quilibet. mihi teneatur seruitia ĩ solidũ exibere. Idem etiam est uidere in pluribus hęredibus ut in re indiuisibili quilibet in solidum teneat, ut ff. de s. tuit. u. æ. ff. fam. ercisc. hæredes ff. in ea. Idem & ĩ maleficiis & in pluribus cõpromittentibus: quia quilibet in solidum tenetur, ff. ad l. Aquil. itẽ Mela. §. sed si plures, ff. de iurisd. om. iud. si seruos. §. fi. & l. seq. Idẽ est in actione noxali, ff. de noxali. si seruus communis. Idem in exercitoria, vt ff de exercit. act. l. 1. & l. seq. Argumẽ. cõtra, quod quilibet teneatur pro virili. & quod omnes tenentur ad vnũ seruitium præstandũ, & tale, qua
21 le pater eorũ pręstabat. † Nam ex persona hęredis non dẽt ius obligationis immutari, vt ff de verb. ob. l. 2. Itẽ nõ plus debet trãsferri in filios, quam fuerit in defuncto, ff. fi. regũ. sed & loc. §. si communis. Cum ergo ille præstaret vnicam tãtum operã, similiter & ipsi tres filii vnicam tantum pręstabant, & non plures, & ne sint deterioris cõditionis, quam defunct⁹, ar. ff. de fundo dot. l. dotale. §. dotale, ff. de re iud. hæredẽ, & l. inuitus, §. cũ quis, & l. si hic, §. 1. C. lib. 10. qui num. liber. l. nepotes, in prin. Insti. de excus. tu. § item nepotes, vni⁹. n. personę vicem gerũt, vnde unam operam exhibere cogũtur, ar. ff. de pactis, si plures, tñ. 1. Item filii liberi totum operas exh. bet pro virili, vnde & filii hominis pro virili pręstabũt, arg ff. de operis liber. in res, §. pen. ad idẽ ff. de leg. 1. si hæres, & ff. de stipu. seruor. si communis seruus ita. in principi. & in fi. Sed videtur, quod illa seruitia debent pro hæreditaria portione præstari. nam hæc onera ad filios transeunt & hæredes, vt C. de hęr. act. l. 2. & sunt velut ęs alienũ. Vnde qui hæredes sunt, pro hęreditaria parte soluere cogẽtur, vt C. li. 10. quãdo, & quibus quarta pars deb. l. 2. & facit A. de periculo tut. l. 1. Nec dicat quis non posse diuise pręstari, sicut nec ipsa opera diuidi poss. t, vt supra in principio, quia earum ęstimatio diuidi potest, ar. ff de cond. i. de. si non sortem. §. libertos, ff. de op. l. b. l. 1. Absonũ autẽ esset dicere, aliquem plus cogi soluere, quã forte hęreditatis pars ascẽdat, C. si vn⁹ ex plur. hęre. l. 2. C. de bo. auctor. iud. possid. vxor. & C. de hęr. actio. l si a Iulia. C. de exercit. actio. l. 1. Sup hoc dixit Mar. de Fano, φ aut seruitium debetur ratione alicuius mãsi, vel feudi aut ratione personę tantum. Si quidem sit ratione mansi, vel feudi, illi, qui possident illa, ad seruitiũ in solidum tenentur, C. li. 10. de annon. & tribut. l. 2. & 3. & hoc, si sunt hæredes, etiã pro parte. vt C. de hæred. ac. l. 2. §. p
d hæreditariis, vbi de hoc. d Si vero non sunt heredes, nõ possunt ad seruitia conueniri, supra versiculo proxi. Si autem hoc seruitiũ debetur ratione psonæ ad homagium obligatæ, si res, quæ ĩ seruitio pstnet, est diuidua dãr cou ieniri quilibet pro virili, cum non iure hęreditario teneatur, arg. ff. ad Treb. quoties, & l. nonnũquã, ff. de leg. 2. cũ pater hæreditatem, & l. Luci⁹, §. Lucius ff. de fundo instruc. & instr. le. l. 1. Si vero diuidua est, tunc potest vnus in sol. dũ conueniri, sed illo exacto cæteri liberãtur. ls tñ, qui soluit, conueniet fratres. Qđ si conuentus in solidum velit præstare domino interesse pro sua parte, non vltra tenebitur, vt ff. fami. ercis. hæredes, §. cõtra si promissor. ff. de aqu. plu. arc. l. 1. §. 1.
e ff. deposi. si duo. §. is, qui. ĩ fi. e Alii dicũt, φ in hac qõne refert, vtrum a defuncto hoĩe ĩcepit cã & occasio homagii, an vero cępit a domino. Si a defuncto, puta, q a cum esset pauper miles, dixit alicui magno Baroni, domine, si me velletis ĩ iuribus meis defendere, vellẽ fieri ho-

ADDITIONES.

a Quoties. *Secundum Ioa. qui subdit, p prædicta liquere regulariter filium hominis mei meum esse, fallit in casu, in quo supra, & extra de fide instr. inter. prope fi. ver. cæterum.*
b Quidam. *Scilicet Ioan. de Bla. q incidẽter posuit hanc qõnem & se. sub sua secunda vsque ad ve. si. alij.*
c In fi. *5. q. Mar. & tertia principalis Ioannis.*
d De hoc. *In prima glo. quæ excipit septem casus.*
e In fi. *Hucusq; Mar. allegãs etiã l. 2. in fi. ff. verb. obl. fatebatur tñ, quod difficilis erat ista solutio, et φ simili allega. ff. manu. test. si ita fuerit. 1. & 2. tñ. quæ sequuntur fuerunt verba Io. de Bla.*

si homo uester, & sic fecit ei homagium, & forte omnia bona sua ei subiecit in feudũ, tunc distingue, quia quædam sunt seruitia, quæ consistũt in non faciendo, ut in non uocando in ius sine uenia, item in non mouendo turpem actionem, item ut uasallus non sit aduocatus cõtra dominum, quæ iura uidetur dominus habere in homine suo, ut infr. uer. 17. & talia iura, quę sine difficultate prestantur, bene transeũt in solidum ad quẽlibet heredũ, & quilibet filiorũ ad illa in solidũ tenebitur, quędam uero consistũt in faciendo, ut uenire cũ armis ad adiuuandum dominum, & similia, quę homines dominis suis facere tenent, & in his seruitus cum sint indiuidua, quilibet est insolidũ obligatus, ut ff. de seruit. Vno tamẽ pręstante, cæteri liberãtur, ut dixi. Debẽt igitur unũ ex seipsis eligere, qui uadat ad dominũ quandũ cum armis, nec dominus poterit eos in plus grauare. & sic non erit eorum cõditio deterior quam patris. Si autem nolũt ꝯcordare quis eorum seruitium facere teneatur, agetur cõtra quemlibet eorũ in solidũ, & quilibet cõdemnabitur ad interesse ꝓ ea parte, ꝓ qua est hęres, ut ff. deposi. si duo. in ñ. uel forte per iudicem cogẽtur concordare. vt ff. de leg. 1. huiusmodi legatę. §. fi. Item quędam consistũt in dando, & tũc quilibet tenetur pro ea parte tantũ, pro qua est hæres, vt C. li. 10. de anno. & trib. l. 1. C. de predis nau. l. 1. & 2. & facit ff. de alimẽ. & cib. leg. solẽt, respo. 2. Et ex his declaratur cõsuetudo quorundam locorum, quia si aliquis est homo meus, & omnia bona sua a me tenet in feudũ, primogenit⁹ eius filius mihi faciet fidelitatẽ, & me iuuare cõtra meos inimicos tenetur, nam vt dixi, in iuribus, quę in faciendo consistunt, licitum

22 est unũ eligere, ac cõsuetudo eligit primogenitũ.† Et tãtum faciet hæc electio cõsuetudinis, quãtum alias faceret electio hominis, sed licet primogenitus tñ, q electus est a cõsuetudine, præstet sacramentum fidelitatis, tñ nihilominus omnes sunt homines mei, quantum ad iura, quę consistunt in nõ faciendo. Et sicut ꝯsuetudo primogenitũ grauat in vno, ita ẽt releuat in altero, ff. de reteiu. eum, qui. quia minores tenẽtur ei facere homagiũ, sacramentum pro fidelitate præstare, & sic in quibusdam locis seruatur.

a Porro si cã et occasio homagii cœpit a domino, vt quia Baro dixit alicui pauperi militi, quod aliquam rem immobilem sibi daret, si ei faciat homagiũ, & dedit, tũc si pater, vel iudex familiæ ercisciũdæ iudicio, uel communis fratrũ consensus alicui ex filiis illam assignauerit, ille solus homagii iure seruire tenetur, vt ff. de ali. & cib. leg. l. 3. ff. commod. l. 3. §. si hæres, quia res cum onere suo trãsit, vt C. li. 12. de pręd. nau. l. 2. extra de statu mo. recolẽtes. extra de deci. cum non sit. Et quia ad quem pertinent commoda, ad eum, &c. vt ff. de reg. iu. secũdum naturam. Et talis res vocatur feudum ligiũ, & pro ea Baro dẽt habere homagiũ ligiũ. Pręmissa bene probãtur in li. Feudorum, si de feu. contro. fue. omnes filii.

23 †Decimo queritur, vtrum quis possit esse homo ligi⁹ duorum? Et dicũt quidam, quod non, quia duo non possunt esse domini eiusdem rei in solidum, ff. commo. si vt certo. §. si duobus vehiculum. b extr. de sindam str. iter. ver. vt tñ. nec pt aliquis duobus dominis seruire, ut infra vers. 12. sed bene põt esse quis homo nõ ligius duorũ, vt infra ver. 13. c

24 †Vndecimo quæritur, sed nunquid homo meus ligius pt se constituere hominem non ligium alterius me inuito, vel irrequisito? Videtur, quod nõ, quia ex quo in eo habeo talem seruitutem, uidelicet homagii, non videtur, quod seruitutẽ homagii possit alteri constituere in persona sua meirrequisito, vel cõtradicente, vt ff. de aqua plu. arc. in cõcedendo, & in duabus legibus seq. 54. di. si seruus absẽte. at si seruus, sciẽte. Arg. contra, quia in homagio nõ ligio excipitur fidelitas, quę mihi debetur, vt supr. ver

25 si.† Et no. ꝙ vnde in nullo mihi preiudicatur, quare si id fieri prohibeo, uideor facere, ut officiam, non ut cõsulam, & ideo non sum audiendus, argu. ff. de rei uẽd. in fundo. Nam & seruitus aquę ducendę per eundem riuũ potest pluribus constitui, ita tñ, ꝙ per diuersas horas uideat, ut ff. de serui. rust. p. l. 2. §. fi. Dicas, ꝙ si subest causa prohibitionis, puta quia uult facere homagium inimico meo, tunc non pot. imo eum prohibere possum, argu. extra de accus. repellantur. Si aũt non subest causa, tunc potest se hominẽ non ligium alterius constituere me irrequisito & cõtradicente, arg. C. de inof

d fi. test. liberi. in fi. ff. de leg. i. filius familias. §. diuus d. †

26 Duodecimo e quærit. quid si aliqs est homo nõ ligius a diuersis dominis tenet, ut ext. de sup. negl. prælat. grãdi. lib. 6. ibi, uel cuicunq; alii ꝑsone. contingit, quod isti duo domini sibi adinuicẽ mouent guerrã: uterq; requirit eũ, ꝙ iuuet eum contra alterũ dñm, nunquid tenetur aliquẽ iuuare? Et uidetur, quod non. videntur enim domini concurrentes se mutuo impedire, ff. de usufr. l. quoties. Item nemo potest duobus dominis cõtrariis seruire, ut de pę. dist. 1. §. hoc idẽ. uer. itẽ, ut Christus ait. 21. q. 1. c. 1. Sed uidetur, quod utriq; debeat seruire, alioquin amitteret feudũ, quia difficultas præstationis ex parte promissoris prouenìens, nõ uitiat obligationẽ. Vñ licet nõ possit utriq; seruire, tñ obligato illius, cui non seruit, uñ perempta. imo ille poterit feudũ reuocare, ff. de uerb. obl. cõtinuus, §. illud. Itẽ bene põt quis duobus dominis seruire, ut de operis lib. duorũ. Super hoc dicũt quidam, locum esse gratificationi, & excusatur, quãtum ad illum. cui nõ seruit, ad instar serui duorum, qui si uiderit utrũque dominum interfici. potest gratificari ei, quem eorum maluerit adiuuãdo, ff. ad senatuscon. Syll. l. si quis in graui. §. si cũ esse. Sed uerius uidetur de rigore iuris, ꝙ eũ, cui primo fecit homagium, iuuare teneatur, & nõ secundũ, ut in lib. Feu de prohi. feu. al. imperialem. §. illud. & ff. loc. in operis. C. qui pot. in pig. hab. l. 3. quia priorem fidelitatẽ sẽp indubitate seruare tenetur, arg. l. dist. c. tua. prope fi. ibi, prima opera. facit. extra, qui cle. uel uo. uenientes. & illa excepta intelligitur secunda. Aequum tamen mihi uidetur & tutum, ꝙ eum, cui primo fecit homagiũ, personaliter iuuet, illũ uero, cui secundo fecit, iuuet per substitutum iuxta uires ipsius feudi. nam tales operę bene possunt per substitutũ pręstari, ut C. de caduc. tol. l. unica, §. fin

## ADDITIONES.

a Seruatur. *Fundatur hoc dictũ sup. hoc, qa de toto ipse facit homagium dño, & tamen illud totũ non occupa, sed eqs partibus dimittit fratribus. hanc igitur æquitatẽ ponderat illa cõsuetudo.*

b §. si duobus uehiculum. *Secundum Hos. contra, s. ꝙ potest qs esse homo ligius secundi, saluo iure primi, & tertij, saluo iure primi & secundi, ut ss. ipsi de statu mo. recolentes super uer. homogia. & uide scripsi de simo. c. ex diligenti. in prin.*

*ADDITIO De hac q. uide Bal. con. 291. incip. ad euidentiã, in 2. uolu. & ibi late, quid sit homagium, & qualiter fiat, & per Guid. Pap. in qõnibus suis, qõ. 310. incip. homagium ligium. & adde, quæ dixi sup. titulo, in apostil. Henr. Ferr.*

c Versi. 12. *Est sciendum ꝙ Ioan. de Bla. ſm hanc opinionẽ, supposito, quod dicitur inf. uer. 12. s. quod mulier de consuetudine succedat in feudo ligio. formauit qõnem intricatã, quam auctor propterea nõ curauit, & erat de homine ligio, qui recepit in uxorem filiam hominis ligij uicis, qui successit in homagio, quod dedit uiro in dotem; & sic uidetur habere duplex homagium ligium. Sequar auctorem, & qñ illam oppetis, ibi quare in 3. col.*

d §. Diuus *Secundum Ioan. de Blancuus etiam est sequens q. huic contigua per eundem, & quasi ad literam.*

e Duodecimo. *Adde Roma. consilio quadragesimo septimo. ubi ponit, cui obedire debeat duobus confœderatus, si eodem tempore fuerit requisitus.*

c.§.fin aũt. Nec obstat, quod promisit priorem, & nullum alium iuuare, excepto domino ligio, quia non, videtur præstare auxilium contra eum, licet secundũ iuuet per substitutum, hoc enim non facit animo nocẽdi priori domino, sed causa sibiipsi consulẽdi, ne feudũ a secũdo domino sibi datũ amittat, arg. ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. denique. ff. de neg. gest. atqui. §. cũ me ab
a sente.[a] Et vide supra de aduoc. §. 1. versi. quid si aduoca
27 tus. † Decimotertio quęritur, qd in dubio, si nescit cui primo in iure homagii teneatur, quia forte, quod feudum incepit ab antecessoribus, iam est magnum tempus, Et videtur, quod hoc casu de rigore iuris neutrũ iuuare tenetur. Nam cum non teneatur iuuare de rigore iuris nisi primum, & non apparet, quis sit prim⁹ in iure homagii, neutrum iuuare tenet. ff. de rebus dubiis, si fuerit, ff. de test. to. duo sunt Titii. Arg. contra, quod vtrunque debet in dubio iuuare, 13. quę. 2. non æstimamus. De ęquitate tamen dicendũ est, quod potest gratificari, cui maluerit, personaliter illum iuuando, ff. de relig. & sump. fun. & l. fi. alterum vero per substitutũ,
28 vt supra versi. prox. † Decimoquarto quęritur, utrum
b homo hominis mei, sit homo meus.[b] Respon. non, ff. de uerb. sig. Modestinus, sicut nec libertus liberi mei est meus libertus, vt ff. de li. agnos. si quis a liberis, §. si quis a liberti. ff. de ali. & cib. leg. alimẽta. §. 1 & facit. 81. dist. legitur. Ex quo patet, quod licet magni Barones, l. Comites Palatini, duces, & alii similes, sint immediate vasalli, siue homines ligii Regis, in cuius regno sint, uel Imperatoris, si sunt in Imperio, tñ homines ipsorũ Baronũ non sunt hoĩes ipsius Regis, uel Imperatoris, 11. q. 2. nullus Primas, & ex̃ de offi. ord. pastoralis, & c. Romana. li. 6. Bene tamẽ omnes homines, qui sunt in regno Francię, sunt sub potestate & principatu regis Frãciæ, & in eis habet imperiũ generalis iurisdĩonis & potestatis. Nam verbum Potestatis, pluribus modis accipitur, ut ff. de uerb. signifi. l. potestatis uerbũ, sicut omnia sunt Imperatoris, quãtum ad iurisdĩonem, cum sit Mundi dominus, ut C. de quadri præs. bene a Zenone. ff. ad leg. Rho. de iac. l. deprecatio. & 24. q. 2. futurã. Sic & omnia quæ sunt in regno, Regis sunt, quãtum ad iu-
29 risdĩonem generalem, 8. dist. quo iure. † Decimoquinto quęritur, quid igitur, si aliquis Baro regis Franciæ facit guerrã ipsi Regi: Baro ipse præcepit ex debito sacramẽti fidelitatis hominibus suis, quod ipsum iuuẽt, nunquid tenentur eum contra regem iuuare? Et videtur, quòd sic. nã graue est fidẽ fallere, vt extra qui cler. vel vo. veniens, & c. seq. & ff. de pact. l. i. 22. q. 2. his aũt, & c. seq. tenẽtur. n. illũ iuuare contra omnem hominẽ per sacramẽtum, nisi a sacramẽto per ecclesiam absoluãtur, vt extra de hereticis. c. fi. 15. q. 6. ca. 2. 3. & 4. Item si generaliter iurauerint illum contra omnẽ hominẽ iuuare, ergo videtur, quod etiam ɔtra Regem. qui nõ fuit exceptus. Verbum enim generaliter ꝓlatum, generaliter est intelligẽdum, ut ff. de leg. pręstan. bo. pos. ɔtra tab. pet. l. 1. §. generaliter, ff. de seruit. vrb. præ. si seruitus, 19. dist. Romanorũ, extra de priuilegiis, quia circa. Et pręceptũ domini eos excusare videtur, sicut alias præceptum patris excusat filium, ff. de his, qui no. infa. sur. §. qui iussu. Dicendũ tamen est contra. Nam Baro insurgens contra dominum, videtur incidere in legẽ Iuliam maiestatis, quia directe videtur cõtra principẽ fecisse, ut ff ad l. Iul. maie. l. 1. 6. q. 1. §. uerum ver. quisqs cum militib. 79. dist. cap. 3. Nam rex Francię princeps est in regno suo, ut pote qui in illo in temporalibus su-
c periorem non recognoscat,[c] ut extra qui fi. sint leg. ꝑ uenerabilẽ, & ideo homines sui illi non tenẽtur in tanto crimine obedire. non enim opem fert, qui ad peccãdum adiuuat, 14. q. 6. si res. nec pręceptũ illius illos excusaret, ff. de act. & obl. seruus, 11. q. 3. nõ sunt, & c. si dominus, & c. qui resistit. & c. seq. Nec etiam sacramẽtũ eos ad hoc obligat, quia non est institutum, ut sit uinculum iniquitatis, vt 22. q. 4. inter cæteras, & rei turpis nulla est obligatio, ff. de verb. oblig. generaliter, extra de pac. c. fi. ex̃ de ɔd. app. c. fi. Et in iuramẽto superioris auctoritas intelligitur excepta, ut su. ver. & no. & ex. de
30 iureiur. c. inuenĩetes. † Decimosexto quęritur. sed pone: aliquis Baro regni Franciæ habet guerram cum alio Barone, Rex vero habet guerrã cum alio, puta cũ rege Alemaniæ, qui vult sibi subiugare regnũ Frãcię, Baro præcepit hominibus suis quod iuuent eũ cõtra aliũ Baronem: Rex vero præcepit eisdem, quod iuuent eũ cõtra regem Alemaniæ, quæritur, cui magis obedire tenẽtur: Et videt, quod Baroni, cui dupliciter sũt alligati, s. ratione homagii, & ratione iurisdictionis, quã in eis habet, tanquam hominibus suis, ut in Auth. Co. 6. de quæstore, §. si vero forsan. Regi uero sunt obliga-
31 ti tantum ratione generalis iurisdictionis. † Vnde duę rõnes uincere debent unã, ut in Aut. de ꝯsan. & uter. frat. §. 1. extra de te iud. cum æterni. in fi. lib. 13. dist. c. 1. Item speciale derogat generali, extra de rescri. c. 1. Ar. contra, quod potius debeat obedire Regi, nam vocati sunt ad maius tribunal, ff. de re iud. contra pupillũ. §. fi. 18. dist. si episcopus: Et hoc verum est. nã Rex, q habet administrationẽ regni, uocat eos pro cõmuni bono, s. pro defensione patriæ & coronæ. vnde, sibi iure gẽtium obedire tenẽtur, ff. de iust. & iur. veluti, & l. i. di-
32 ius gentiũ. 23. q. 2. fortitudo. & q. 8. omni, & c. si nulla † Nã ꝓ defensione patriæ licitũ ẽst patrẽ interficere, ff. de reli. & sump. fun. l. minime, & publica vtilitas includens in se priuatã, præferẽda est priuatæ, vt ff. pro socio l. actione. §. Labeo, ex. t. de postul. bonæ. 1. Si tamen rex vocaret eos pro aliquo negotio non tangente publicã vtilitatem, potius tenerẽtur obedire Baroni domino
33 suo. † XVII. quærit̃, quid iuris habeo in hoĩe meo, e-
d iusque bonis?[d] Super quo dic quod s̃m diuersas consuetudines diuersa iura habet dominus in homine suo. In primis si quidem ratione homagii uendicat sibi iurisdictionem in eo: non dico mistum, uel merũ imperium. eo enim ipso, quod aliqs est homo meus ligius, hoc ipso est iurisdictioni meæ subiectus, & sum eius iudex, ut in præd. †. si uero forsan. & C. de episc. & cle. quisquis. Et omnia bona eius, q̃ nõ habet ab alio in feudum non ligium, sunt mihi subiecta ratione iurisdictionis. licet illa non teneat a me in feudum. Eo enim ipso, quod personam suam mihi principaliter subiecit, uidetur per cõsequẽs omnia bona sua subiecisse, arg. ff. de adop. si pater, secundum ea, quæ no. ext. de cle. coniug. quod a te. Si autem sit homo nõ ligius, nõ habet dominus eius iurisdictionẽ in eũ, nisi in quantũ feudũ se extendit. Ratio diuersitatis est: quia homo ligius principaliter se adstringit gratia ꝑsonæ suæ, licet aliqua res, quę vocatur feudum ligium, gratia remunerationis interueniat, vt sup. ver. 8. in fi. Vnde obligãdo personam principaliter, per consequens subiecit oĩa bona: non ratione feudi, quamuis hoc facere posset princi-

## ADDITIONES.

a §. cum me absente. *Secundum Io. cuius etiam ad literam est sequens quæstio huic contingua.*

b Homo meus. *Ista quæstio cum duab. seq. eod. ordine fuerunt Io. de Bla. & incipiunt ibi 4. co. sed quæritur, vtrum homo. allegationes autem iuris canonici addit auctor.*

*ADDITIO. De hac quæstione uide Gu. Pap. in q. suis, in q. 551. inc. de hoc anno. col. 3. uer. & uenio. Hen. Fer.*

*ADDITIO.*

c Non recognoscat. *Adde eundem Spe. in ti. de ap. §. nunc tractemus, in prin. & uide, quæ dixi in apost. ad ipsum in ver. præter regem Francia. Hen. Fer.*

d Bonis. *Iterum quinta Martini sunt enim duæ descriptæ sub 5. nu. sic in emphyteosi duas posuit sub nu. 8. ut dixi sup. ti. 2. §. fi. fi. uer. 17. est autem hæc ult. Io. de Bla. ex principalib. & rubricatis: & illam prosequitur auctor, quia Mar. parum dixit.*

principaliter, sed ratione iurisdictionis. Homo autem meus non ligius non obligat, vel adstringit personam suam, nisi ratione feudi, vt supra ver. 6. & sic tãtum ratione feudi sit mihi subiectus, in quantum se feudum extendit. Item vasallus non debet famosam actionem mouere contra dominum: nec eum vocare in ius sine venia: nec contra eum esse aduocatus, ad instar patroni, qui hæc iura obtinet in liberto, ff. de dolo, nõ debet ff. de in ius uoc. sed si hac lege. §. prætor. C. e. ti. l. venia, extra de fet. non ord. de famulis. extra de postulando, c. fin. Item non potest dominum accusare, ut j. uer. p. xi. Item debet dominum iuuare cõ inimicos eius, ff. ad senatuscon. Sylla. si quis in grau. §. si cum omnes. exceptis quibusdam personis coniunctis, cõtra quas cũ nõ iuuabit, ut 4. q. c. itẽ in criminali, quas habes ff. de sta. ho lex, C. de test. parentes. Nec dominus potest ei præcipere, quod ipsum adiuuet cõ illas. hoc enim esset contra bonos mores: quia nemo unquam carnem suam odio habuit, ut 13. q. 2. non æstimamus. Nec etiam contra seipsum illum iuuabit, nec cõtra ecclesiam suã: q dic, prout no. extra de iureiur. petitio. Item non debet uitam suã præferre uitę dñi. Hinc est, φ si dominus dẽt
a facere duellum, dicunt quidam a, φ ei dñs potest præcipere, ut pro ipso ineat duellũ, ff. ad Syl. l. 1. §. iuxta hoc. 43. dist. sit recto. prope prin. ibi, non ascendistis, & c. 25. q. 1. sunt quidam. Itẽ homo dẽt domino indigenti præstare alimẽta, ff. de lib. agnos. necare. Item si pro feudo
b dẽt dare par caponum. uel aliud b, illud soluendũ est,
34 C. de rer. perm. in rebus. † Decimooctauo quæritur: qđ si homo meus tenens feudum a me, non uult mihi seruitia præstare, nunquid possum feudum propria aucto
c ritate inuadere, & mihi ipsi facere ius de illo c? Videt, quod non, ff. de iur. om. iud. qui ius dicenti, ff. de iud. l. 4. C. ne quis in causa sua iudic. l. 1. ff. quod met. cau. extat. C. vnde vi, si quis tantam. C. de hær. inst. cum proponas. in fi. Arg. contra, quod possum ad instar locato
d ris d, ff. de dam. infect. vtique, ff. in quib. causis p. g. ta. cõtrah. Est differentia, nam homo meus, sic colonus uidetur assimilari seruo, argu. C. de his, qui ad eccl. cõf. l. præsenti. §. sanè. C. de agri. & cẽsi. ne diutius. At in seruo habeo potestatem, quam volo exercere, ff. de his, q sui, uel alie. iur. sunt, l. fi. ff. de pecu. sed si donãti, §. per totam, & l. peculii. resp. 1. C. de emend. seruor. l. vnica. Nã & pater filio muito admit peculium pro suę arbitrio uoluntatis, ff. de exce. do. apud. §. fi. C. sol. matr. filiæ. Itẽ filius cogitur & corrigitur a patente, C. de patr. pot. si seruus. C. de emen. propin. l. 1. Item dominus, cogit colonum talibus obsequiis fungi, C. de epis. & cler. quisquis. Super hoc dicit Martinus de Fano, φ colonus nõ potest persistere in iudicio cum domino, accusando eum in publicis criminibus, nisi suam, vel suorũ iniuriam prosequatur, argu. C. lib. 11. in quibus causis colo. censi. do. ac. pot. l. 2. C. qui ac. non. poss. l. pen. & fi. Excusare tñ se poterit accusatus, vt C. si seruus expor. l. pen. In ciuili autem dominus sua auctoritate potest debitũ suum exigere, si sit certum illum esse hominem suũ. Si uero dubium est, & ipse se gerit, quasi nõ sit homo eius, uel uelit ultra exigere, quam debeatur, non debet hoc auctoritate sua agere, ut ff. de iurisd. om. iu. qui iurisdictioni. imo requirendum est ad iudicem, ordina
e rium, ff. de lib. causa. ordinata. quod si fecerit, poterit e a seruo in iudicium uocari, vt C. de ag. & censi. šitubus.
35 C. quibus ad lib procla. non licet, l. fin. † Decimonono quæritur, utrum homo meus possit de bonis suis testa
f ri, donare, & uendere f? Et uidetur, quod sic: quia nulli est unicuique sua committere, ut C. de Iudæis & cęlic. nemo exterus. & liberum est cuilibet de suis contrahere, C. de contrah. emp. dudum. & testari, ut C. de te. l. testandi. Cum ergo illi hoc facere non uetentur, cõcessa eis esse uidentur, C. de relig. & sump. fu. statuat. ex. de translat. inter corporalia. Item pactum speciale factum ab aliquo, ne liceat ei sua vendere, non ualet, vt C. de pac. l. nemo multo ergo min᷒ generali pacto homagii intelligitur esse prohibitus vendere, argu. ff. si quis cautio. ed & si quis, §. quæsitum, ff. de pignor. obligatione. Absurdum esset enim, φ homo meus nõ possit in peculio suo contrahere, cum seruus hoc possit. vt ff. pec. si quis seruum, §. etiam, & etiam curialis, cui agnati succedunt, vt C. lib. 11. de decur. in successione. Et φ vasallus non possit alienare, probatur in libro. Feud. de alie. feu. c. 1. & § imperialem, & j. ver. 38. nec permutare. j. ver. 27. Arg. cõ. φ homo meus non possit alienare sua, vt C. lib. 11. nõ licere hab. Metro. l. 1. quæ le. eloquutur in villanis. Idem etiam uidetur in curialibus, vt C. li. 10. de pręd. cu. l. 1. 2. et 3. Nam & filiusfamilias, qui habet proprietatem in aduentitiis, non potest illam alienando transferre. vt C. de bonis, quę lib. l. fi. Itẽ si homo meus est, ergo iura sua mea sunt, vñ absq; meo consensu non possunt a me discedere, ff. de reg. iur. id quod nostrũ, ff. de iure dot. si ergo. Item homo meus nihil habere sĩ, qui seipsum non possidet, sed ab alio possidetur, vt ff. de acq. poss. cum hæredes, §. 1. Si nihil hẽt, ergo nil alienare potest, vt C. de leg. l. fi. ff. de acq. hęr. traditio. 2. q. 7. Daybertum, ff. de reg. iu. nemo. extra de deci. dudum. Sed dic, φ homo meus, cum sit liber, libere testari potest inter suos, & directe, & per fideicommissum, vt in pre. l. testãdi. sicut & libertus, ut ff. de bonis lib. si nõ, § fin. Potest etiam alienare propter suas necessitates, ff. fa. ercisc. alienationes, de pat. q filios, dist. 50. c. 1. & 2. & alienabit ea, quę minus vilia sunt, ff. de fundo do. mut᷒, §. 1. & l. fi. & l. ita. ff. de lega. 2. imperator. in fi. Si autẽ sponte alienat, dicit Mar. de Fano φ non alienat cum effectu, imo repeti poterunt alienata per eum, nisi forte domino sciẽte alienare cõ locauit, erg. C. quod cum eo, qui in al. pot. est, l. fi. salua tamen semper consuetudine vniuscuiusque regionis, quæ pro lege seruanda est, vt infra, versi. 37. Item dicit quod non potest extraneis donare, quod patet ex præmissis, & C. de his, quę in fau. cre. l. pe. Bene tamen potest in dotem & in donationem propter nuptias donare, vt supra, de locat. §. nũc aliqua, versicu. 109. Quid si homo, uel libertus meus ingrediatur religionem, nunquid ego succedam illi, & an testari potest, de hoc no. supra de edit. instrum, §. compẽdiose, versi. quid de ad
39 scriptitio. & seq. † Sed nunquid feudum potest donari, vel legari ecclesię? de hoc plene no. in Sũma domini mei i ti. de immu. eccl. in quãtum, sub §. sed nec il
37 la. † Sed nũquid homo meus poterit acquirere? Resp. sic. C. communia de leg. Auth. res, quæ. in Authe. Col. 4. de testit. respon. 1. In plerisque autem locis prouincię & diœcesis Narbonen. homo de mansata. quicquid acquirit. post acquisitam mensatam, ipsi mansatæ acquirit, & quod acquirit, eiusdẽ naturæ est, cuius & ipsa mensata, & de ipsa mansata efficit, C. de rei vxor. ac. l. vnica. Est autem natura, seu conditio mãsatæ, ut alienari non possit, & φ homo se trasferens alio, mansatã amittit, ipse tamen liberabitur, vt supra versi. 8. & φ mansata redeat ad dominum homine suo sine liberis decedente, & multæ aliæ sunt conditiones secũdum diuersas locorum consuetudines, & contrahentium pactiones.

ADDITIONES.

a Dicunt quidam. *Io. de Bla. ubi supra.*

b Vel aliud. *Vt tenere stafam, cum ascendit equum, dicit Ioan.*

c De illo. *Hanc prosequitur Mar. sub 5. & Io. sub pen. versic. itẽ si certum est.*

d Locatoris. *sup. qui inuenta & illata includit propria auctoritate, hoc uolunt leges allegatæ.*

e Poterit *sup. et tamen Mart. dixit ab homine suo, suis facere, qđ uult al.*

f Et uendere. *Hęc 5. Mar. Io. nõ facit de hoc qõnem, sed asserit ue sic expedit, ubi supra, ante finẽ, homo meus, qui liber est, testar. potest, & me muito de bonis legare, lege, testãdi, quæ sequ.*

38 nes † Est autem mansata, quando dominus dat alicui mansum cum diversis possessionibus: & propter hoc ille facit se hominẽ domini, & ad certum servitium tenetur, & talis dicitur homo de mansata, qui est homo ratione possessionum, persona tamen eius libera erit, secundum consuetudinem regni Fräciæ, si dimissa mansata alio se transferat, ut prædixi. Itali tamen, secundum quosdam, vocãt homines de mansata, quasi de familia. & illi quasi pro servis habentur, vide supra
39 de locat. §. nunc aliqua. ver. 107. & seq. † Vigesimo quęritur, utrum uxor hominis mei, cum illo longo tẽpo-
a re vivens, mea fœmina efficiatur a? Et videtur, quod sic, nam uxor privilegium, dignitatem & nomen recipit à viro, ff. de senat. l. 1. C. lib. 10. de profes. & medi. medicos. & l. fi. & C. lib. 12. de agẽtibus in reb. l. fi. & de privileg. scholarium, l. fi. C. de epis. & cle. l. 2. C. lib. 11. de pxi. sacrorum scri. l. in sacris. extra de foro comp. ex par-
40 te. 2. † Coruscant enim mulieres radijs maritorũ, ĩ Authen. Coll. 4. de consul. §. si vero. C. de nup. l. fi. Si igitur beneficium recepit per maritum, cur non & onus sentiet per eũdem? arg. ff. de reg. iur. ex qua. ff. b quis omissa causa test. si non dolus. respon. 1. Uxor. enim conditionem viri sequi debet, ut C. li. 12. de dignit. mulieres. & C. lib. 10. de incol. s, l. fi. & domicilium, ff. de iurisdic. om. iud. cum quędam. ff. de iud. exigere. & qñq; uxoris minuitur dignitas per maritum, ff. de senatorib. fœminæ. & l. nuptæ. & viri carni debet participare, ff. solut. matr. si cum dotem. quia una caro sunt, extra de bigamis, debitũ. & una est domus viri & uxoris, ff. ad Syll. l. 1. §. si vir. & una societas, ut C. de crim. expil. hęr. aduersus. & 27. q. 2. cum societatis. extra de sponsalib. cap. 2. & uxor mei adscriptitii mea est, arg. 1. præ. l. aduersus. & C. cõmu. utriusque iud. l. possessionem. & eadẽ est lex viri & uxoris, ut extra de secund. nup. cap. pen. & fi. nec debet uir & uxor ad impatia iudicari, ut 32. q. 1. si quis. & ext. de diuort. gaudemus. §. quia vero. in fi. arg. ꝯ, qa uxor pro marito nõ obligatur, C. ne uxor pro marito, l. 1. & fi. Item licet uxor splendeat uiri fulgore, ut sup. no. tamen non dẽt eius affici infortunio, C. de dona. inter virum & uxorem, res uxoris. extra de consue. ex parte. extra de pig. ex literis. Nec obstat, ꝙ mariti sui domino seruiuit, qa non ut ipsa, sed ut mariti obsequio hoc fecit: & ideo sibi nõ præiudicabit, ff. de of. eius, cui mã. est iur. si prætor. C. de admi. tut. cum quidã. Super hoc dic, ꝙ non obest mulieri, quia hominis mei fuerit, ut C. de agri. & cen. l. fi. qa ex periculo uiri nihil uitij uxori accidere potest, ff. de don. inter uirum & uxorẽ, sed & si mor. Multo ergo minus nocebit uiro, quod meã accepit fœminam in uxorem, ut C. de liber. & eod. li.
b mulier b. C. de ag. & cen. l. fi. & l. ex ingenuo. commu-
c nia de succe. ancillę. secundum Uber. c † Vigesimo pri-
41 mo quæritur, ecce consuetudo est in aliquibus locis, quod mulier succedat in feudum ligium, extra de rescrip. significauit. queritur, qualiter seruiet feudo? Dic, quod ipsa erit uasalla, & iurabit per se fidelitatem, argu. ff. de iur. omn. iud. l. 2. sed seruiet feudo per substitu-
d tum. nam hæc opera bene potest diuidi d, arg. C. de ca-
e ducis toll. l. unica, §. fin autẽ. & sup. uet. 9. e † Vigesimo
42 secundo quęritur, utrum homo ligius teneatur sequi
f dominum ad exercitum suis sumptibus? Dic f, quod si habeat pingue feudum, vel est diues, dominus non tenetur sibi facere sumptus, ut ff. de ope. lib. suo victu. & l. operarum. §. fi. extra de vi. & honest. cler. cum ab omni. Secus, si feudum est modicum, & si ipse pauper est. non enim propter modicam rem debet sustinere ma-
g gnam exactionem g, ut Auth. de fid. instru. §. ut autem. Hoc tamen potius dependet ex pactis in feudi conces-
43 sione expressis. † Vigesimo tertio quæritur, quid si dominus vult ire ad partes remotas: puta ultra mare ad pugnandum cum barbaris, nunquid homo suus eum
h sequi tenetur? Dicunt quidam h, quod si dominus est talis, qui possit & consueuerit ipse, aut prędecessores sui pugnare cum barbaris, sicut est rex Frãcię, tũc homines sui tenentur eum sequi ad instar patroni, q oper-
i as consuetas potest indicere liberto, ff. de pign. ac. vel uniuersorum, ff. de ope. lib. operæ. i & l. penu. Rex tamen tenetur eis, vel in toto, uel in parte expensas prouidere arbitrio boni uiri, considerata feudorum qualitate, ff. de adimen. leg. l. Mæuia. §. fi. Si autem sit talis, q non possit, vel non consueuit contra barbaros pugnare, nõ tenetur eum ultra mare sequi, nec ipse põt tale seruitium illis iniũgere, ut ff. de procurat. sed & hę, §. 2. ff. de ope. liber. quod nisi §. fi. & facit ff. de arbi. si cũ
44 dies, §. si arb. † Vigesimo quarto querit, ecce Rex Aragoniæ, qui est dominus Monti Ipessulani pro maiori parte tenet ab episcopo, vel ecclesia Magalonensi in feudũ, quicquid ibi hẽt, & sibi ex hoc facit homagiũ episcopus vero tenet in feudum ipsam villam, quæ est in regno Franciæ a Rege Franciæ, & ei ex hoc homagium facit, pone igitur, quod Rex Francię acquirit aliquo titulo dictam villam, quia forte emit a rege Aragoniæ episcopo consentiente, nunquid Rex Franciæ
K tenebitur facere episcopo homagium? Et uidetur, ꝙ sic, cum succedat in locum regis Aragon. r, qui homagium episcopo faciebat, ff si qs cau. si cum §. qui iniuriarum, ff. de dõ. inter virum & vxorem, si donatę. §. si sponsus. ff. de cõdi. & demonst. filiæ. §. Titia, nam & fiscus priuato succedens præstet onera, quæ priuatus p̃stabat, ff. de iure fisc. fiscus, arg. extr. de statu monac. recolentes. Item res transiuit ad Regem Frãciæ cũ onere suo, vt supra versic. 9. in fi. Argum. contra, quod nõ teneatur homagium facere. nam res redit ad suam naturam & statum. Item quidam circulus esset, si ecclesia teneret facere regi homagiũ, & rex ecclesię, & cir-
l cutus reprobatur a iure, l ff. de condict. indeb. dñs testamento. Item si Rex faceret homagium ecclesiæ, esset feudatarius, ita haberet utile dñium, vt ff. si ager vectig. vel emph. petat. l. 1. Si autem ecclesia tenerẽ regi facere homagiũ, Rex haberet ex iure directo dñiũ, & sic ex duplici cã haberet dominium rei, qđ esset inconueniens, ff. de acqui. pos. l. 3. §. ex pluribus, extra de fide instr. inter. prope fi. versi. vt ramẽ. Item si ecclesia faceret homagium regi, rex esset potior. si vero Rex faceret ecclesię, eclesia potior esset rege, & sic per ꝯsequẽs rediretur a primo ad ultimum, ꝙ idem esset seipso portius, quod icõueniẽs esset dicerre, vt ff de diuer. &

## ADDITIONES.

a Efficiatur. *Hæc 7. Mart. in scriptis tñ in uero num est 8. & vl.*

b Mulier. *Hãc l. & l. ex ingenuo. statim alleg. inuenire nõ poterã sed recurrens ad scripta Mar. de homicidijs, in fi. uidi, ꝙ hic dẽt dicere C. de li. cã, si lib. & posth. l. fi. de agr. & censi. debet sequi, & C. de agri. & man. l. ex ingenuo. etiam lib. 11.*

c Secundum Uber. *Nescio, si ẽt Uber. scripsit hoc, sed quasi ad literam hæc est ultima quæstio. Mar. de Fan.*

d Diuidi. *Ioan. cuius fuit iste uersi. 2. col. ver. sed nunc quæritur. dixit per altum explicari, & melius.*

e Ver. 9. *Cessante cõsuetudine, si filia uniuersalis hæres petat mitti in possessionem omniũ bonorũ patris, & agnatus resistit de quibusdã, dicens illa feudalia, & illa negat. mittetur in possessionẽ bonorum omniũ, si de feud. cõtro. fuer. c. 2. & dicam de hoc post Guid. de Suz. infra de test. §. pen. ad fin.*

f Dic. *Secundum Io. in col. 4. uer. sed ponamus, feci.*

g Exactionem. *Alias afflictionem, & sic est ibi multiplex litera*

h Quidam. *Io. de Bla. & continuatur hęc quæ supra prox.*

i Operæ. *Hæc. n. lex dicit operas patrono edendas sumptu & uestura patroni, l. pe. addit, uel tẽpus tantũ relinquendum liberto quod ad quæstũ alimentorum sufficiat, ad idem eo. ti. l. si suo uictu cum duabus legibus sequen.*

k Homagium. *qđ fuit Io. quam dicis se de hoc facto uidisse in ecclesia Matiscenensi, & eius cominatu, quã uide in 5. col. uer. sed ponamus ut ubi.*

l A iure. *Ut in cle. de rescrip. auditor.*

& tempor.præscri.de accessionib.Sed fit arg.cōtra,ff.
a qui pot.in pig.hab.l.Claudius Felix a.Super hoc dicit
b quidam b,quod Rex non tenetur episcopo facere ho
magium,imo sibi obiiciet quasi quandam compensa
tionem dicēs,tu tenebaris mihi facere homagium,&
Rex Aragonię,cui succedo,tibi,vnde volo,quod sis li
beratus ab homagii prę̄statione, & ego similiter,ff.si
pars hęr.pet.l.1.§.pen.& eo ipso quod cōpensationem
obiicit,videtur onus subire,& homagium facere.non
enim refert,quid ex æquipolentibus fiat, ff.si cert.pe-
c tat.Compensatio enim & solutio ad paria videntur c.
Alii dicunt,ꝙ Rex tenetur homagium facere,vt sic si
bi inuicem bona fide seruiant,arg.si cer.pet.l.eius,qui
in prouincia.in fin.& vide de locat.§.nunc aliqua. ver.
45 129.† Vigesimoquinto quęritur, vtrū similis sit suc-
d cessio feudi cæteris successionibus?Et dic, quod nō d,
quia neque mulier,neque monachus succedit in feu-
dum,licet consuetudo in plerisque locis in contrariū
e se habeat,vt sup. vers.21.e Breuiter scias,quod in suc-
cessione feudi certa non potest regula dari,propter di
uersas locorum consuetudines,& propter diuersa pa
cta,& conuentiones, quę in eis apponi cōsueuerunt.
nam contractus ex cōuentione legem accipiunt,ff.de
46 positi,l.1.§.si conuenerit.† Vigesimosexto quęritur,si
ita dictum est,cōcedo tale fundum hæredibus tuis so
f lum,dicunt quidam f,quod non succedent, nisi hære-
des de suo corpore descendentes,quia donans de illis
47 tantū cogitasse vī,ff.ad Trebel.l.ex facto §.fi.† Vigesi
mo septimo q̄rit,ecce de ꝯsuetudine alicuius loci mu
lier & agnati & cognati,si nō sunt proximiores,succe
dunt in feudum,& etiam extraneus potest hęres insti
tui in illo,unde secundum hoc pone,ꝙ P habens vnū
agnatū tantum, decesserit absque liberis,agnatus iste
succedit illi ab intestato,quæritur,vtrū iste agnatus eo
ipso,ꝙ hęreditatem hominis mei & feudi,quod ille à
me tenebat,adiuit,& per consequens feudum agno-
uit,videatur esse homo meus,cū feudum sit inter res
hæreditarias,& nō potest pro parte hæreditatē agno-
g scere,& pro parte repudiare,vt ff.de acquir.hær.l.1.g'&
videtur,ꝙ non.nam aditio hæreditatis non facit hære
dem possessorem,igitur multo minus faciet ipsum ab
alio iure homagii possideri.ff.de acquir.pos.cum hęre
des.Item si verum est,ꝙ hoc ipso,ꝙ adit hæreditatem
hominis mei,sit homo meus,frustra mihi postea face
ret homagium,cum amplius homo meus esse nō pos
sit,vt supra,ver.prox. Arg.tamen contra,ꝙ eo ipso, ꝙ
adit hæreditatem hominis mei, sit homo meus. nam
sicut ex sola aditione tenetur omnibus creditorib hæ
reditatis,vt ff.ex qui.cau.ī pos.ea.l.3.§.fi.C.de hęr.act.
l.2.& 3.ita videt,ꝙ sit mihi adstrictus iure homagii.Itē
eo ipso,ꝙ adit hæreditatem solo animo, est hęres ,vt
C.de iure delib.si au.a. Sed eo ipso,ꝙ est hęres defun-
cti fingitur eadē persona cum defuncto Sicut ergo de
functus erat homo meus, ita videtur, ꝙ iste similiter
erit,in Aut.iusiur.qđ pręst.ab his,qui ad min.accip.in
48 prin.† Super hoc dicūt quidam,ꝙ sicut est duplex bo
norum possessio,s.edictalis & decretalis, quę sunt idē
in substantia,licet decretalis plus tribuat in effectu, vt
ff.de succes.edic.l.1.§.decretalis.& edictalis tempore
finiri potest,vt C.cui admi.ad bon.pos.pos.emancipa-
49 ta.† ita etiā est duplex homagium,s.edictale,siue hę-
reditariū,quod habet aliquis eo ipso, quod est hęres,
eo enim ipso,quod adit hęreditatē hominis mei, rep̄-
sentat eius personā,& videtur onus homagii subijsse,
& tale homagiū potest finiri tempore,si domino pla-
cebit,est & decretale.nam hęres hominis mei,siue sit
filius,siue alius sit,qui de cōsuetudine possit in feudū
& per consequens in homagium succedere, debet in
tra certum tempus me in dominum agnoscere,& fide
litatem pręstare,& ego teneor cum ratione talis feudi
in hominē recipere,& recipiendo uideor sibi ius feu-
di decernere, propter quod dici potest decretale, et
sicut bonorum possessio non tribuit ius,nisi sub con-
dictione,s.si ius habet is,qui eam sibi fecit decerni, ita
& in hoc homagio. Vnde & si postea veniat aliquis, q
sit proximior,& talis,qui possit in feudum succedere,
receptio,quam fecit de primo , non pręiudicat postea
venienti,quia sub condictione primum intelligor rece-
pisse,ff.de leg.præstan.cōtra tab.pos.pet filium, §.si qs
bonorum possessor.& ideo in curia Frāciæ semper re
cipiuntur fidelitates & homagia alterius saluo iure,9.
q.3.saluo.Sic igit decretale plus iuris tribuit in hoc,qa
post illud nō pōt alius vasallus p dn̄m a feudo repelli,
sed edictale hoc nō tribuit,quia post quā est hæres ho
minis mei,homo meus est tamē nisi intra certum tē-
pus renouet homagium faciendo mihi fidelitatem,si
mihi placet,feudū amittit.Bene dico,si mihi placet,qa
si nō placeret,nō amitteret feudū,imo agerē ꝯtra ipsū
vt me dn̄m agnosceret,& hoc,ne de ꝯtumelia sua , vñ
puniri debet,me inuito,vt ꝯsequatur immunitatē, qđ
esse non debet,vt ff.de interdict.& relig.l.pe.§.fi.ff. ex
quibus causis ma.si cui,extra de rescrip.ex tenore, ī fi.
supra,versi.7.in fi. Est autem prædictum tempus,intra
quod debet renouare,vt videtur in ascendētib⁹, et de
scendentib.

## ADDITIONES.

a l.Claudius Felix.*Cuius casū uide in Summa de eo.pe.de cōces.*
*p̄b.li.6.& ad solutionem facit,quod ibi dixi super gl. contrariū.*
b Quidam.*Ioan.ut supra cuius totum fuit,quod sequitur.usq.ad*
*ultimam remissionem.*
c Videntur.*De compe.l.4.& quid pot.in pig.hab l.4.*
d Quod non.*Secundū Io.in uer.ad euidentiam,et paulo ante si*
*uero,ubi est sequens quæstio.*

*ADDE,quādo fęmina succedat ī feudum,Roma.cons.1.et cō.*
*23.Et an clericus succedat in feudo,Cald.cons.10.de feudis.*

e Versi.21.*Pil.q.76.tractat de filiis duobus vasalli defuncti,quo*
*rum aliter utilis alter inutilis ad seruitiū,an solus utilis co isen*
*tiente dn̄o hr̄ debeat feudum,que qō no.et non soluitur de ꝓhib.*
*ali.feu.per Feder.§.præterea.1.Pil.& Iacob.de Aret.pro vtili*
*allegant,ꝙ ex quo hēt onus,& emolumentū dēt habere,ff. de*
*re.iur.ſm naturam.Itē filius inutilis haberi dēt , ac si non esset,*
*C.de an.& tribu.l.1.et de transac.c.2.uersi.sicut iuxta ibi uide si*
*uulia,et ff.qđ cuiusq.uni.non.l.1.§.quibus,nec ualet dicere, qđ*
*p aliū seruire poterit,cui rn̄ letur per l.unam,C.de cad.tol.§.ne*
*aūt.Itē ſm id nullus deberet impediri feudum asseq,quia fęmi-*
*na,mutus,surdus,et oēs prohibiti possent seruire per aliū. Item*
*si in tutela,uel successione unus est habilis,alter inhabilis, defer*
*tur habili,patet primū ff.de leg.tu.l.1.§.uerdum,et si apud ſm*
*ff.de cōtra tab.l.1.§.pe.et vlt.& Inst.de succes.li.§. sed nostra.*
*In contrariū,quia inter liberos tales,nec apud Deum,nec in iu-*
*re successorio dēt discretio,in Authe.de mona.§.hinc autem. C.*
*fam.erciscu.inter filios.Itē afflicto cōpatiendum est,qui nō pec*
*cauit,C.de li.p̄ter.l.maximum.C.de leg.hær.l.si maior.& l. pe.*
*in prin.Pil.distinxit,an possit uel non possit,sine parte feudi sustē*
*tari,Primo casu totum habeat utilis. Secundo casu de parte sibi*
*alias obuentura assignetur,unde sustentari possit.Iaco.dicit, ſm*
*Oldra.& Gulielmum,ambos debere succedere,quia si ambo es-*
*sent inutiles,simul succederent,ut qđ iuris est in toto, quo ad to*
*tum,sit in parte,quo ad partem,ff.de usuris,quid sit.& de rei uē*
*dic.de tota dicit ipse,ꝙ contra hoc facit rub.epm,uel Abbatem*
*c.1.et de eo,qui sibi & hęred.suis ma.et fę.inuest.accepit,c.1.Re*
*fert alios dicere,ꝙ solus utilis succedat,pro quibus Rub.an mu-*
*tus,uel aliter imperfectus,ca.1.satis æqua solutio Pil.poterat in*
*his terminis tolerari,pro qua facit præ.capitulum primum ru-*
*brica,episcopum,uel Abbatem,in fine.*

*ADDE,an in feudis succedant mutus et surdus, Alexādrum*
*cons.136.1.lib.*

g Quidam.*Ioan.ubi supra proxime.*
g l.1.*Sic formauit qōnem Io.a.1.sub præ.uersi.ad euidentiam, &*
*uer.seq.ibi,pars ipsius.*

ſcendentib.annus,ſi aũt de collateralibus,centũ,dies,
ut ff.de ſuc.edic.l.1.§.Largius.C.qui admit.ad bo.poſ.
pñt,l.2.Sed dic, ꝙ eſt annus & dies, vt in libro Feud.in
a tit.quæ fuit prima cã feu.amit.circa prin.a Si ſuper hoc
tñ diuerſę ſunt in diuerſis locis conſuetudines, eæ ſer-
uandę ſunt,ff.cõia pręd.venditor.§.ſi conſtat.76. diſt.
vtinã. Ex prędictis ergo patet ſolutio propoſitæ quæ-
ſtionis:quia eo ipſo, ꝙ adiuit hęreditatẽ hoĩs mei, ho-
mo meus eſt homagio edictali, quod põt tpe amitte-
re,ſi uolo,ut dixi,ſed ſi uolo, ẽt poſt tps cogitur ſubire
50 homagiũ decretale. † Vigeſimooctauo quęritur,ſed
nonne ſatis eſt, ſi dimittit feudum, ut ſic poſſit euita-
re,ne mihi faciat homagium,ad quod tenetur,ut prę-
dixi? Reſp.non credo de rigore iuris,quia eadem per-
ſona fingitur cum defuncto,unde ſicut ille ſe non po
terat liberare ab homagio deſerendo feudum, ut arg.
C.de ac. & ob. ſicut in initio. C.de cond. ob cãm da.l.
fi.C.de iur.emph.l.1.ſic nec iſte poterit, eſt enim con-
tractus feudi & homagii contractus nominatus a cõ-
ſuetudine inuentus, unde non eſt locus pęnitentiæ,vt
in pręd.conc.Sed & ſi eſſet innominatus,ſ.ille, Do,ſ.
in feudum, vt facias, ſ.homagium, non tñ eſſet locus
pęnitentiæ,quia res non eſt integra ex parte defuncti,
qui feudum recepit & homagiũ fecit, & licet ille ho-
magium nõ feciſſet, cogi tñ poſſet facere per actionẽ
pręſcriptis uerbis,C.de rerum permut.rebus. De con-
ſuetud.ne tñ quorundam locorum deſerendo feudũ,
ab homagio liberatur,ut ſupra verſ.7.& verſ.19. & ui-
b de ſup.de loc.§.nunc aliqua verſ.128.b † Vigeſimono-
51 no quęritur, utrum uaſallus tenetur iurare fidelitatẽ
c omnibus filiis dñi ſui defuncti? Reſpondeo,nõ: c quia
non cogitur pro uno feudo plures dños habere, ma-
ximè in comitatibus, & marchionatibus, & ducati-
bus,qui hodie diuidi non debent, nec poteſt dñs ſine
uoluntate uaſalli ea alienare, ut in conſt. feud.de pro-
hib.feud.ali.per Feder. imperialem.§. pręterea, & de
52 feu.ſine culpa nõ amit.§.icimus,verſ.uel ſi qua.† Tri-
geſimo quæritur,utrum homo,ſiue uaſallus poſſit vẽ
d dere feudum dño irrequiſito? Dic,ꝙ non, d arg.C.de
iur.emphy.l.fi.extra de loca.potuit. Si autem dñs poſt
requiſitionem emere nolit,tunc poterit alteri uende-
re, dum tamen uendat homini ſuæ conditionis, uel
melioris,ut ſi ſit nobilis,uendat nobili,ſi enim uendit
burgenſi,ſiue ignobili,non tenetur dominus illum re
cipere in hominem ſuum, pręſertim ſi feudum ſit no
bile, imo poterit occupare feudum, uel ſaltem pote-
rit eligere uenditorem adhuc eſſe hominem ſuum,
nam per ſubrogationem burgenſis non videtur ab ho
magio liberatus, arg.C.de contrahen. & com. ſtipu-
lat.ueteres.ff.de duobus reis,nemo.C.libro 11.de fun-
dis limit.l.2. & ſic in pleriſque locis ſeruari uidemus.
De rigore tamen iuris uidetur, ꝙ inuito domino,etiã
e emere nolente,non poteſt feudum alienare,e ſi enim
hoc poſſet, per conſequens poſſet, alium in homagiũ
ſubrogare, quia emptor feudi in homagio ſubroga-
tur, cum res in eum tranſeat cum onere ſuo, C. ſine
cenſu, uel reli.l.2. & ſupra uerſ.9 in fin quod eſſe non
debet. nam tenetur pręſtare operas, quæ in faciendo
conſiſtunt, ſ.iuuare dñm contra inimicos, & ſimilia,
in quibus nõ vr̃,ꝙ alium ualeat ſubrogare,ut ff.de ſol.
inter artifices Deſcendentes aũt de corpore ſuo,ut fi-
lios & nepotes,bene poteſt ſubrogare, & hoc de hoĩe
53 ligio,& uide infra verſ.38.† Trigeſimoprimo quæri-
tur,utrum uaſalli poſſint diuidi? Et vr̃,ꝙ non,argum.
ff.famil.erciſcun. quendam.in fin.& ff.de iur.patr.l.fi.
Dicunt quidam ꝙ uaſallorum diuiſio non poſſit di-
rectè fieri,ſed bene per conſequentiam, quia domini
diuidunt inter ſe feuda, quod eis licet, cum habeant
dominium directum, argum.ff.vſufruct. quemadm.
ca.ſi ſerui.quædam enim cõceduntur per conſequen-
tiam,quæ directe non concederentur, ut ff.de proba-
54 tio. cum f probatio. † Trigeſimoſecundo quæritur,
utrum uaſalli poſſint feuda inter ſe permutare? Et vi-
detur,ꝙ non: quia uaſallus alienare non poteſt, ut ſu-
f pra verſ.19. f ergo nec permutare, quia ſub alienatio-
nis verbo continetur,ut extra de rebus eccleſ non ali.
nulli.ff.ad l.Fla.de plag.l.lex Flauia.ff.de libe.cauſa,re-
ctiſſime,& in l.in tantum, & l.ſeq. C.de præal.minor.
non ſolum. ff.de iure dot. Titia cum eſſet. in princip.
g Argument.contra, C.de prædiis curi.l.3. g † Trigeſi-
55 motertio quæritur, utrum poſſit diuidere? Et vide-
tur,quòd non,quia diuiſio uicem emptionis obtinet,
C.communia utriuſque iudic.l.1.communi diuid.l.3.
& permutationis, ut ff.famil. erciſcun.l.ſi filia. §.ſi pa-
ter.

## ADDITIONES.

a Circa prin. *Si minor 25.ann.filius vaſalli intra annũ & diem non petiit inueſtituram a domino, uel mortuo domino intra idẽ tp̃s non petijt ab eius hæredes, ut ibi 1.reſp. uel interpellatus neglexit, ut ibi 1.reſp. an reſtituatur, uide per Hoſt. in Summa, §. quibus modis, uerſ. ſed nunquid gl. in l.imperialem. §. præterea, infra, tenet, ꝙ ſic, ſub dubio fortè. Iaco. ibi ſimpliciter. Item vidi dubitari, ſi mortuo uaſallo eius filius non petita inueſtitura decimo menſe deceſſit relicto filio adulto, an iſte nepos habeat ſolum reſiduum anni, an integrum annum? videtur tempus patris ſui in ſuo anno non computãdum, quia non uenit ad feudum ex ſua perſona, ſed a lege, quia filius ſicut nec admittitur ad paternam militiam iure paterno, ſed munificentia principis, quia filius, in Auth. de exhi. & intro. reis. §. optimum. ſic etiam, quia non venit ad ius patronatus iure paterno, ſibi non nocet, quòd ipſius pater accuſauerit libellum aui ſui, ff. de iure patro. diui. §. ſi pater. ſic igitur hic negligentia patris non nocebit, nec illius tempus ſibi imputabitur, & facit ff. de in ius uoc. adoptiuum. §. fi.*

*ADDE Alex. conſ. 79. & ſeq. 1. lib. & conſ. 134. eo. lib.*

b Verſ.128. *Vide, quod ibi plene dixi.*

c Non. *Secundum Hoſt. cuius fuit iſte uerſ. in Summa, §. fi. ante fin. verſ. ſed nunquid tenebitur, ſed ibi Acc. arguit contrarium, ff. de vſufr. ſi cuius rei, §. 1. allegat tres leges, facit etiam l. 1. ff. de uend. inſpicien. §. quamuis. in fi. pro Gul. facit ff. de exhi. lib. l. 2. & eſt expreſſum in §. præterea. 2. inferius alle. & tenet ibi gl. ꝙ uaſallo dabitur electio, cui iuret ex dominis, debitor enim eſt, alleg. l. pleriſque. §. fi. ff. de iure dot. Quod ibi Iacob. putat verum, niſi in diuiſione ad unum ipſorum peruenerit, vel aliter inter eos conuenerit, ꝙ unus haberet, allegat ff. fam. erc. l. 2. §. fi. et l. plane, & l. puto. §. 1. communi diuidun. l. cõi diuidundo. §. 1.*

d Quod non. *Secundum Ioan. in ultima col. uer. item homo non poteſt, & ſeq.*

e Alienare. *Et hanc rationem inducit Azo in quæſtione, qua quæritur, an poſſim uaſallum, uel hominem meum inuitum alij delegare, vel in alium transferre. Nam, ut dicit, cum uaſallus inuito domino non poſſit uendere feudũ, ne uni parti liceat, quod alteri non licet, facit C. de fru. & lit. expen. l. fi. non debet licere domino eum alienare, & uidetur expreſſum de probib. alie. feu. per Fed. §. præterea. 2 in fin. & incipit, quæritur, an dominus rex. & Dy. idẽ ff. ſol. matr. l. 2. niſi caſus neceſſitatis immineat, quia tunc ſibi non expedit vaſalli ſeruitium, ff. de oper. lib. patronus, & l. medicus, & uide Cyn. C. de don. l. 1. De obligatione quæritur, cum vaſallus feudum pignorare non poſſit, vt in c. imperialem, in prin. an dominus ſine conſenſu uaſalli obligare poſſit proprietatem ſuam? & tenet gl. 1. in d. cap. imperialem, quòd ſic, idem ibi Iaco. quia non eſt prohibitum, alleg. ff. de pig. act. tutor. in fi. & C. de vſufru. l. 2. vbi tenet idem Gui. de Suza. ita tamen, quòd per id non ſit vaſallus obligatus creditori, alleg. l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig.*

*ADDE, An dominus poſſit uaſallos inuitos delegare, vide Ro. conſ. 509.*

f Verſ.19. *vide, quod dixi ſupra tit. 2. §. fi. ſuper uerſ. 87.*

*ADDE, an feudum poſſit diuidi, Alex. conſ. 60. 2. lib. Abb. conſ. 2. 2. lib. vbi multas q. vide ad præcedentia, & ſequentia, & per Pau. de Caſt. conſ. 58. & 153.*

g L. 3. *lib. 10. qui curiales nõ pñt uendere immobilia, uel ruſtica*

*mancipia sine interpositione decreti, tamen possunt donare, & permutare. Dicit ibi glo. quòd illud specialissimum contra regulam, cuius ius. ff. de re.iu. & rationes specialitatis vide.*

ter. Et hęc vera sunt de feudis non peruenientibus hæ
a reditario iure.a† Trigesimoquarto quæritur, utrũ feu
56 dum iurisdictionis diuidi possit?b Et vr̃, ꝙ non ad exẽ
b plũ seruitutis, quæ diuidi non põt, ut ff. si quid in frau.
pat. l.1. §. quamuis, & ff. fa. ercis. hęredes eius. §. an ea. ff.
de uerb. obl. l.2. & l. stipulationes non diuiduntur. ff. si
serui. uend. loci corpus. §. si fundũ. in fi. Dici tñ posset,
ut diuidi possit, ad exemplum vsusfructus, nisi sit feudum iurisdictionis marchionis, uel ducatus, ut in præ.
c. imperialẽ. §. pręterea, & facit ff. si serui. uen. & si forte. §. si ędes. & arg. ff. cõi diuid. l. cõi diuidundo. in §. si
duo. & §. cum de usufructu. ff. ad l. Fal. l.1. §. si usufructus. & l. si usufructus. ff. de excep. l. & per iurisiuran-
57 dum. §. 1. † Trigesimoquinto quæritur, utrum inter
dñm & uasallum possit cõi diuidundo iudicium intẽtari? Resp. non, cũ nulla sit cõio inter eos, ut ff. de reb.
58 cor. qui sub tut. & cur. sunt mag. §. fi. & l. fi. † Trigesimosexto quæritur, utrum ius accrescendi locum habeat inter plures vasallos eiusdem feudi? Resp. aut ab initio fuit uni tm̃ data res in feudũ, & ille feudatarius decessit pluribus in feudo relictis, & tunc fm̃ Odof. locum hẽt inter eos ius accrescendi, si forte alter eorũ feloniam cõmittit, & pp hoc portione sua priuatur, uel alio mõ desinit pars eius. Aut ab initio fuit pluribus data in feudum, & tunc uno illorum perdente, redit ad dñm portio illius, nec accrescit aliis. Et est rõ, quia cum pluribus defertur hęreditas, uel bonorũ possessio, si alter repudiat, cęteris accrescit portio eius, qa nunquã agnouerat repudians. si enim agnouisset, non repudiasset, nec locus esset iuri accrescẽdi. Sed hoc fallit in pluribus fructuariis, ut ff. de vsufructu accrescendo, l.1. §. interdũ. & in donatione principis, ut infra de do. uel. quid si pluribus. Cum aũt pluribus feudum datur, cuilibet sua portio quęsita est, & ideo aliis non ac-
59 crescit. † Trigesimoseptimo quæritur, quid si vasallus
c decedit relicto filio, c qui vult feudũ habere, & paterna bona repudiare, uel econuerso, illa habere, & feudum repudiare? Et vr̃, ꝙ non possit, ut C. de iure delib. quidã eulogio. in fin. & C. lib. 11. de omni agro deser. l. hęredes. De consuetudine tamen plurium locorum hoc potest, si est filius, si autem sit agnatus, nõ potest, ut in lib. Feud. de vasal. qui feu. ali. c.1. & de suc. feu.
d cap. 1. d† Trigesimooctauo quæritur, an uasallus pos-
60 sit dare alii in feudum, quod ipse habet in feudo?
e Et dicunt quidam, e ꝙ sic, arg. C. si pignus pig. datum sit, l.1. in prin. tamen secundus uasallus tamdiu habebit feudum, quandiu uixerit primus uasallus, uel eius filii, quia uasallus non potest aliter alteri dare in feudum, quàm ipse habet, ut in lib. Feu. lege Corradi, de beneficiis, & 1. q.7. Daybertum, & uide supra uers. 30. Et ꝙ feudatarius possit alii infeudare, probatur in lib. Feud. in const. si clientulus. & in const. imperiali. alias autem non potest dare, uel alienare, ut ibi, & extra de. feu. c.1. extra de const. quæ in ecclesia. & in dotem pro
f filia, ut extra de don. inter uirum & uxorem, nuper. f
61 † Trigesimonono quæritur, qualiter reuocetur feudum ad primum dñm? Dicunt quidam, ꝙ per mortẽ primi uasalli sine liberis decedentis fit pręiudicium secundo. Alii tñ dicunt cõtra, ut no. in Summa in tit. de feu. Si autem primus renunciat, non fit præiudicium
62 secundo, ut dicunt. † Quadragesimo quæritur, ecce. P. tenens.

## ADDITIONES.

a Hæreditario iure. *Innuit illa, quòd possunt.*

b Possit. *Vide, quod dixi super rubr. ad finem ver. non omittam.*

c Filio. *Harede ex testamento, uel ab intestato.*

d c. 1. *Directè contrariũ dicitur in rubrica, an agnatus, vel filius defuncti, &c. & c. 1. & idem habetur de filio cap. qui curiã uendidit, c. filius, & sic ponit in Host. in Summa in fin. uers. pe. & capita, quæ allegat auctor, non probant. Ad id autem, quod dictum est, respondet, ꝙ deterior est conditio filii, q̃ agnatorum. Et ratio, quia agnati potius legis, uel principis prouidentia, q̃ iudicio, uel uoluntate defuncti ad feudum perueniunt. quæ ratio cessat in filio. Item fortius ad debita paterna tenetur filius, q̃ agnati, merito igitur istis permittitur, quod illis negatur. Scire debes, ꝙ ista est materia brocardica, de qua Azo in rubrica, qui repudiat hæreditatem, cui vr̃, ꝙ de iure cõi repudians hæreditatem, potest feudum retinere, in Auth. de exhib. reis, § optimum. de morib. feudorum, secus. Vnde Dy. suo secundo cons. tenuit, ꝙ pactum de diuidenda hæreditate certo modo, non comprehendit feudalia, per præ. ca. agnatus. in quantum loquitur de agnato, & per l. ff. de acq. hær. pro hærede. §. si quid tñ, & uide quod no. ff. de petit. hær. itẽ uidendum in fin. Iacob. de Bel. & remittit ad Iac. Vero. rub. generali de succ. feudi, in rubricella, nunquid rep. hær. possit feudum retinere, ubi alleg. ultra 20. iura pro parte filii, ut repudiata hæreditate possit feudum retinere, si in inuestitura sit adiectum, ꝙ fiebat patri & liberis. Recitat ẽt ibi dictum But. & Dy. hoc procedere, cum feudum est auitum, uel proauitum, uel, ut dixi paternum pro se & liberis concessum. Dicit tñ in fine, ualde æquum uideri, ꝙ qui noluit patris esse hæres, ut beneficium aui consequi possit, ꝙ consequi debet mediante patre, ẽt legis beneficio, alleg. in Auth. de nup. §. si quis enim ex eis. ff. de bo. lib. si ex patronis. §. Iulianus, & quia quis in beneficio & honore succedens, successor est patris, & non aui, remittens ad ea, quæ in eadem Summa dixerat, uers. sed nunquid nepos. Vnde cum c. agnatus. generaliter de filio loquatur, et inquantũ ponit de iure agnatorum, loqui uidetur de feudo antiquo, cum nouum nõ aperiatur agnatis, ut rubrica, si uasallus feud. pri. cui debeat deferri, cap. uno, uidetur indistinctè de quolibet feudo intelligendum, quod repudiet aut utrunque, aut neutrum, facit tamen illud cap. ꝙ consentientibus agnatis dominus posset illum quasi de nouo feudo inuestire, & tunc, hæreditate repudiata feudum poterit retinere nullo sibi onere hæreditario imminente. Nec putes, ꝙ omni casu, quo uasallus perdit feudum, in retradendo requiratur cõsensus agnatorum. Distinguitur etiam nouum a paterno, et quomodo sumatur paternũ in hoc casu, habetur in rubrica de grad. suc. in feudum, c. 1. ibi, quod ita, & cætera, & de natura successionis feudi, cap. 1. ibi, paternam quidem uoco, &c. Et breuiter venit per modum stirpitis, ut propagati a patre feudum habere dicantur agnati, reliqui non. In perdendo autem, uel causis perdendi non distinguimus nouum a ueteri, sed cui perditum aperiatur, hic est distinctio, quia si nouum est, indistinctè ad dominũ, ut supra, si antiquum, & perditum propter offensam in dominum, indistinctè aperitur domino, & dicitur offensa in dominũ, quando contemnit petere inuestiturã intra annum & diem, & ideo aperitur domino, ut in l. imperialem. §. præterea. idem his casibus, cum feudum aperitur domino, planum, est, si dominus vellet facere gratiam perdenti, agnati requirendi non sunt, cũ nil illorum intersit. In casibus ergo, in quibus aperitur agnatis, consensus illorum requiritur & sic loquitur præ. capitulo, hoc etiam patet rubrica, quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. penul. & vltim. & si de feu. contro. fuer. capitulo si vasallus.*

*ADDE, an filius repudians paternam hæreditatem, admittitur ad feudum, Alex. cons. 127. 4. lib. & cons. 57. eo. lib. Bald. cons. 320. 1. lib.*

e Quidam. *Pileus, cuius dictum plenè exponit Host. in Summa, & eodem titulo, §. quid hodie. versiculo, sed an possit, vsque in fin. & multum plenè tractat hoc G. de capitulis Corra. l. 1. §. 1. & Pileus, Azo, Iacob. Vero. 5. char. quando feu. infeudare possit.*

f Nuper. *Hic uide, quod dixi suprà titulo 2. §. fi. vers. 109. Redeundo ad principale uiatum, pone, primus vasallus infendat secundo, & secundus tertio, & tertius illud uendit pro allodio, quæritur, quis illud reuocet, & vendicet? an primus, uel secundus? dubitatur, & no. de hoc in c. imperialem. §. illud. Pro primo inducitur, ff. de ser. ex por. l. penul. & ibi de hoc per Vber. qui inducit etiam ff. de acq. poss. qui vniuersas. de contrah. emp. si quis sub hoc pacto. de vi & vi arg. l. cum a te. de relig. & sump. fu. l. ossa. §. fin. de petit. hæred. sed & si lege. §. frautem.*

& de

*& de bo.pos.s.m tab.l.2.§.fin.C.de ac q.poss.l.ult.Pro ultimo in duc.t ff.pro socio.nam socius.ff.de lib.ag.si quis à liberti liberto. & tenet hanc partem per dictum §.illud.dicens, quod ibi uidetur quasi casus,sed ibi gloss.plus accedit ad primum,& apertius de lege Corn.§.si mulier.in fi.& Iacob.de Bel.utrobique tenet id præcise hac ratione; quia primus habet directum dominium; secundus uero dans, uel quis ulterior nullum dominium habet & sic eis reuocatio,uel uendicatio non congruit. Vtile.n.datum non remanet penes dantē,quia non diuiditur, C. famil.erciscund.l.ea,qua,ff.si ag.euict.l.1.et 2.et immediate.*

P.tenens ab aliquo quædam bona feudum, commisit crimen læsæ maiestatis contra principem illius patriæ,vel aliter factus est eius proditor vel rebellis,propter quod omnia ipsius bona publicantur, quæritur, ad quem dicta feudalia bona peruenient,vtrum uidelicet ad principem,an vero ad immediatum dominū
a feudi a ? Super quo quidam consulti, responderunt, quod illa publicari non debent,nec ad principem, sed ad dominum redibunt,qui alieni criminis infortunio ius suum perdere non debet, vt C.de donat. inter virū & vxorem,l.res.in Authent.Colla.9.de ecclesi. titu.§. si quis in sua.ff.de public.& uect.l.cotem.§.dominus. ad hoc etiam facit C.de inoffic.testamē.si quis in suo. C.de pœnis,sancimus.extra de his,quæ fiunt à maior. part.capitu.quæsi. iit.56. distinctione,satis peruer. ex
63 tra de constituit.cognoscētes.† Alienatio enim in potentiorem prohibita est, ne domini conditio durior fiat,ut C.loca,& cō.curia.&l.milites.ff.de alien.iudic. mut.causa fact.l.1.extra eodem, capitu. 2. At princeps intelligitur esse potentior, tum ratione excellentiæ suæ,tum quia multipliciter priuilegiatus est, 15. quæstione secūda.nisi.uersic.humanum est,&c.ff.de alie na.iud.mutandi cau.fa.l.3.respon.1.Item si serui,uel filiifamilias multis ob eorum delictum bona publicantur,peculium serui domino,uel castrense peculium filiifamilias patri auferri non debet,ut C.de bonis damna.l.1.in princip. & l.si filius. ad idem C.de episcop. & cleric.si quis presbyter. Liberti quoque bonis publicatis ius patroni non intelligitur esse publicatum, ff. de bonis damnat.l.fin.§.1.hoc etiam bene probatur in Authent.Collat.9.de alien & emphyteo.§.1.in fin.§. ubi dicitur,quod si res ecclesiastica in emphyteosim concessa aliquo modo peruenerit in imperialem domum,aut in aliquam curiam,ecclesia, quæ illam concessit,poterit eam intra biennium recuperare. Alii vero responderunt,quod bona huiusmodi publicari,& ad principem uenire debent : pro quibs facit C.ad l. Iulia maiesta.l.penult.& fi.ff.eodem,l.fin.in Authen. Colla.9.ut nulli iudi.in fin.Cum enim omnia à principe descendāt,ut 8.distinctione,quo iure. C. de quadri.præscript.bene à Zenone.non est mirum,si huiusmodi bona propter delictum contra eum commissum reuertantur ad ipsum, quia res de facili ad naturam suam reuertitur,ut ff.de pactis,si unus.§.sed si pactum. Nam & si mater rogata restituere post mortē suam filio hæreditatem, condemnatur, & eius bona omnia publicantur,bona ipsa peruenient ea uiuente ad fiscum,non ad filium,ff.de iure fisc.l. Statius.§.fin. Tertii dixerūt,quod princeps tenebit feudum illud, donec ipse P. naturaliter uixerit, uel saltem quandiu debuit ille tenere,postea uero ad dominum redibit,argument.ff.de lega.2.peto.§.prędium.&in libro Feud.
b de capitulis Corn.capitu.fin.b in Authen. vt nulli iudic.φ.quia uero ff.de usufructu. leg. vxori usufructu uillæ.& medio tēpore seruiet per substitutum, C.lib. 10.de decur.nullus,qui nexu.C.de epis.& cler. & ad similitudinē.& l.si quis.Ego dico,quod ius in re ipsi P.
c competens, uidelicet utile dominium, publicari c & ad principem peruenire debet,directo dominio apud immediatum dominum fuendi,sicut prius, manēte, argumen.ff.de damn.infect.si finita,§. si de vectigalibus,versicu.sed decernendum,&c.Veruntamen quia non expedit domino feudi habere principem & dominum suum in vasallum,nec etiam debet quis effici inuitus socius,cui non uult.ff pro socio,lege, actione. §.societas,nec decet principem huiusmodi tributaria bona,& quę alteri seruitium debent,tenere, imo, secundum legem Caroli, vasallus alterius nōn potest fie
63 ri princeps,quia per consequens oporteret eum seruitii debiti onus subire,ut ff de iure fisci,fiscus,nec ser iure posset per substitutū,ut C.de decur.l.1.quia tunc ipsemet seruire itelligeretur,ut ff. de ui & ui arm.l.1. §.deiecisse,extra de restitu.spolia.cum uenisset , feudum uendi debet, & princeps partem de pretio pro æstimatione utilis dominii capiat, & dominus aliam partem pro æstimatione directi, per l.ff. de lega 2 quisolidum,§.1.ad idem,ff de rei uend.l.item si verberatum,§.1.& §.fin.ff.loca.si fundus,respon.1 ff.de euict. Lucius. Nam fiscus uendere potest rem, quam cum alio communem habet,partem pretii alteri restituendo pro rata,C.de commu.rerum aliena.l.2.C.libro 10. de vend.rerum fisc.cum priua.commun.l.unica, uel saltem princeps det, vel vendat illud vtile dominium tali,qui velit & possit domino directum habenti seruire,iuxta conditionem ipsius feudi,ut in libro Feud. de capil.Corn.ca.ex eadem lege. Sed contra in libro Feud.de prohib.feu.al.in constit.imperialem,§. illud, ubi dicitur,quod feudalia committuntur immediato domino feudi. Sed illud intelligendum est secundum præmissam determinationem,uel itelligitur de offensa contra alium superiorem dominum , quam principē , commissa,qa quod ex eo patet, quia innuitur ibi,quod uasallus potest inferiorem dominum cōtra maiorem iuuare, quod de principe intelligi non potest,qui in omni fidelitate excipitur,vt ibi dicitur in fi.& ext.de iureiurand.venientes.Itē contra,quia cum feudi alienatio ꝓhibita sit, vt in præd. constitut.imperialem.resp.1.ext.de loca.ca.fin.non videtur,quod pp delictum possit feudū in principem alienari . Sed dic, premissa & similia iura loqui de uoluntaria alienatione,quæ dum prohibetur,necessaria intelligitur permitti,ff.fa.erciscun. alienationes. & in prædic.§.prædium.l.peto.de lega.2.sicut alias fundi dotalis alienatio ꝓhibita,est,vt Instit.quib.al.licet,circa princ. C.de rei uxoria.ac.l.unica,§.& cum lex, & tamen necessaria illius fundi alienatio permissa est,ff.de fu.do.l.1.Idē quoq; iuris est in crimine incestus,& heresis,& aliis, φ in crimine læsæ maiestatis dixi,ut uidelicet ius dñi feudi debeat illæsum seruari,ut ext.de hæreti.excommunicamus.1.§.moueantur. in fi. Regulariter tamē bona damnatorū de iure nō publicantur, ut in Auth. Collat.9.ut nulli iud.§.fi. Nō interest etiam,quo ad p̄missa,siue res confiscata sit feudalis, siue emphyteoticarię,siue libellarię conditionis,ut probatur in li. Feu: de feudo non habente prop. feudi natura.capitu.unico,nam huiusmodi contractus eiusdem naturæ sunt,

ut

## ADDITIONES.

a Feudi. *De confiscatione, quæ fit per statutum, tractat Guido de Suza in suis quæstionibus statutorum, ante fin. & C.de bon.lib l.1.recitat primam opinionem,sed tenet tertiam in quæstionib. & concord. Gul.*

*ADDE, an feudum ueniat in publicatione bonorum, Alexādrum consilio 23.et 29.1.lib.*

b c.fin. *Vbi dicitur, quod si prælatus ecclesiæ habentis feudum delinquat in dominum, reuertetur feudum ad dominum uiuente; quo mortuo, uel remoto, redit ad ecclesiam.*

c Publicari. *An uasallus habet utile dominium, disputat Hosti. in Summa, §. quod ius acquiratur. accedit. quod habeat.*

I vt not.C.de sacrosanct.ecclesi.Authentica,ingressi.& habentibus bona ex eis utiles competunt actiones,vt supra de loca.versic.45.argumen.tamen contra,quod aliud sit in aliis rebus,q in feudali.C.de falsa mon.l.
a 1.§.domus.& in lib.Feudorũ,de alie.feudo.c.1.a Forma autem iuramenti, quod vasallus domino præstat, habetur 2.q.vlt.de forma.& in lib. Feu. qualiter vasal.
6 iurare debet,cap.1.† Hodie Prelati,Comites,Barones & milites imperii iurant Imperatori in hac forma:

FORMA.Ego talis iuro fidelitatẽ dño meo,vel vobis domino Imperatori,& vasallagium: & suis,vel & vestris successoribus non ero in facto,dicto,seu consilio,quod personam,aut vitam aut membrum,aut honorem suum amittat, aut quod mala captione detineatur:& si ad meam notitiam peruenerit, quod aliquis aliquid prædictorum contra dominum meum vellet cõmittere,pro posse meo disturbabo, alioquin quam citius potero, vel per me, vel per meum nuncium,uel per literas meas sibi nunciare curabo. Imperium,quod habet,& terram pro posse meo mãtenere iuuabo,& defendere,& aliam terram acquirere,& consilium,quod à me petierit,fideliter sibi secundum à Deo mihi datam prudẽtiam,dabo:secreta mihi ab eo commissa nulli sine sui licentia manifestabo, sic me Deus adiuuet,& hæc sancta Dei euangelia. Hæc forma satis colligitur ex præd.cap.de forma.& extra de iure
65 iurand.ego.† Eodem quoque modo iurant Barones Comitibus,& milites Baronibus,hoc excepto, quod omnes isti iurant homagium salua fidelitate Imperatoris,prædicti vero iurant Imperatori tantum homa-
66 gium,vt supra uersicu.& no. † Porro in regno Frãciæ facilius se expediunt. nam nobilis homo flexis genibus coram Rege & immissis manibus iunctis intra manus regias,sibi fidelitatem iurat,& homagium facit,& rex illum ad osculum recipit,ut supra in principio.Si uero sit ignobilis licet habeat nobile feudum ex regia permissione,non recipitur ad osculũ. Sed & prælati hẽbentes stolam ad collum euangeliis ante illos appositis promittunt fidelitatem,uel homagium uel etiam utrunque faciũt,prout feudi cõditio,seu natura requirit.& sic ex chirographis,seu priuilegiis ecclesiarum

ADDITIO.

a c.1.§.domus. *Dicit,ꝙ domus,in qua fabricatur falsa moneta, confiscatur,si dñs erat præsens, & hoc propter eius negligẽtiã, uel incuriam,& sic ex ꝓpria culpa,nec ibi dicitur domũ fuisse*
IN eo, quod pater donat filio in premium emancipationis, non est necessaria insinuatio usque ad debitũ bonorum subsidium, sed supra sic, quia nõ est proprie donatio ob causam, sed mera donatio super partem filio debitam, in cuius partis solutione potest prçuenire, & eatenus non dicitur mera donatio, s. prçuentio solutionis debiti, ff. ad l. Falc. l. cum duo. uide supra de pact. §. 1. uer. quid si pater emancipans. & uide C. de col lat. l. ut liberis. in fi. per Cy. In eo autem, quod donatur alicui in præmium laboris & meritorum, non requiritur insinuatio, ff. de don. l. Aquilius. & l. si pater. qđ est verum, si illa merita de sui natura erant obligatoria, id est apta ad ueniendũ in pactũ obligatoriũ, vt no. in l. si tibi. ff. si cer. pet. per Guil. de Cu. Bar. dicit, ꝙ si meritorum qualitas apparet per specificam demonstrationẽ, ita ꝙ cã sit spãliter expressa, non requiritur insinuatio, alias sic, quia uerbis gñalib. non datur fides, ff. de castr. pecu. l. si forte. & qđ no. C. de colla. l. si donatione. ſm Bar. & adde, qđ no. C. de sa. san. eccl. l. illud. & uide inf. eo. §. fi. qa hic cadit. Illud pactũ, ꝙ sint tot donationes, &c. nil operatꝛ, & quia unica est donatio, cũ unico actu fiat, uer. si aliquis. G. An pp ingratitudinem monachorum possit reuocari donatio facta monasterio? uer. qđ si aliquis baro. G. Si pater emancipauit filium, & donauit ei oĩa bona sua, & postea cõmittit pater maleficiũ an donata reuocentur? Respõ. si pater postea possedit, præsumitur simulata donatio, & fit cõfiscatio, secus, si non possedit pater, sed filius, arg. ff. de minor. l. 3. §. vtrũ ante finem §. Quidam dicũt, ꝙ præsumitur fraus in generali donatione, & generali uẽditione, §. Lucius. uer. item pone, ꝙ aliquis G. Ex uicinitate etiã maleficii p̃sumo fraudem, C. de iure fisci, l. j. lib. 10. G. & non ualet donatio, uel uenditio omnium bonorũ delinquentis, quia p̃sumitur in fraudem legis facta maleficio secuto, ex quo bonorum perditio imminebat, ff. de inoffi. test. l. si quis filio, §. quæritur. ff. de iure patro. l. si libert⁹ minorem. & plene per Bar. in l. post contractũ ff. de donat. Alias autem bene ualet uẽditio omniũ bonorũ, ut no. in l. j. in fi. C. quæ res pig. ob. pos. & donatio præsentium, & non præsentium & futurorũ simul, C. de pac. l. fi. & probatur in d. §. Lucius. a contrario sẽsu, & facit ff. de iur. do. l. mulier bona & hoc est verũ in uenditione, siue fiat absolute, siue incidat testamẽto, ut istituo te hæredem, & si contingat me reuocare, uendo tibi p̃senti, & ementi omnia bona mea pro decẽ, ff. de testa. l. hæredes palam. §. fi. in gl. ord. Si autem dico, si testm̃ reuocauero, ex nunc dono tibi omnia bona meã irreuocabiliter inter uiuos. tunc dicit Dy. ꝙ ualet donatio, C. de transac. l. cum donationis. & sic fit trasfugio testamenti i contractum, qui contractus est irreuocabilis, ff de do. cã mor. l. ubi ita donatur. ff. commod. l. i commodato §. sicut. Alii dicunt, quod non ualet, nisi testator, alias donator aliquid sibi reseruet, de quo possit testari, ut no. Doc. in d. l. fin. C. de pac. Tertii dicunt, ꝙ istud pactum nunquam valet quia lex ciuilis ipsum improbat tãquã turpe, qa derogat libero arbitrio testatoris, ff. de verb. obl. stipulatio hoc mõ. & ibi p Bar. Ar. ꝯtra, qa põt fieri donatio cã mortis irreuocabilis ex pacto, vt d. l. Valet ergo, si dico, si reuoco testamentũ, ualet donatio cã mortis irreuocabiliter. Sed certe hoc est contra l. stipulatio hoc modo. Sed potest fieri incipiendo a contractu hoc modo; dono ubi omnia bona mea post mortem meam irreuocabiliter. saluo ꝙ possum testari de eis usque in certã quãtitatẽ, sicut quotidie fieri uidem⁹. Bal. Et no. ꝙ alienatio facta in fraudẽ, pænę fiscalis, reuocare i titulo lucratiuo ex fraude solius alienãtis, in nõ lucratiuo dẽt iteruenire fraus accipientis, C. quę in fra. cre. l. ignorãti. Et hoc uerũ in alienatione singulari, sed i uniuersali p̃sumit fraus participata, ut in §. Lucius. Sed gl. vꝫ intelligere illũ. §. solũ in natione, C. quæ in frau. cre. l. 1. in ult. gl. Item quod dico de fraude participata, intelligo, ꝙ est necesse ante maleficiũ commissum facta venditione: sed cõmisso maleficio ligata est ptãs delinquentis, & bona sunt obligata fisco, ſm quodã, & iõ indistincte nõ nocet fisco alienatio, qa reuocabit, nõ ꝙ sit nulla ipso iure, ff. de do. l. post ꝯtũ, dic, ut ibi p Doc. Sed iudicio cœpto uꝛ reuocari off. iudicis, ff. de ad. tut. l. chirographis, i fi. dic, vt C. quo. app. nõ recip. l. abstinendũ, p G. de Cu. itẽ uide, qđ no. ff. de pa. l. rescrip. in. p gl. & Gul. de Cu. & per Cy. C. de bo. proscrip. l. si quis post, in ult. q. Itẽ no. ꝙ ille, q reperit in possessione, nõ p̃sumit alienasse, ut §. supruacuũ, & sufficit fisco, ꝙ debitor i possessione reperiatur, ut no. in l. 1. C. de priuil. fis. & adde, qđ no. in Spe. de ac. seu petit. § in anterioribus, uer. quod si forte, & p Cy. C. de do. an nup. Auth. sed iã necesse, & C. ad l. Iu. ma. l. fi. p Cy. uide j. de re. iu. §. ualet donatio. Itẽ de emãcipatione occulta, q̃ facit pater in fraudẽ creditorũ ff. sol. ma. l. si filio. p Iac. Itẽ ubi ex malefi. domus dẽt destrui, an q emit post maleficiũ impediat uastũ, in l. natus, ff. ad Syl. p Ia. & dic, quod nõ. Ac. Quid de creditore, ff. ad Syl. p Iac. & dicit, quod nõ impedit uastũ. Bar. quod sic, ibidẽ, s. si hẽt hypothecã. Quid si charta domus dicit de uxore, nõ de uiro, an põt uxor defendere uastũ? Dic, ꝙ sic, qa ad impediẽdũ uastũ, qđ fit p summariã cognitionẽ, sufficit qualiter infirm in p̃riũ. Est possessio ẽt sola, & no. i l. ob maritorũ. C. ne uxor p mar. ſm Benedictũ de Hispa. Et no. nõ fieri uastũ in reb. dotalib. ẽt æstimatis, ut l. qnq; legib. ff. de bo. da. Itẽ nec legitima, q̃ debẽt filio arrogato, ut l. fi. ff. qđ i frau. patro. Bal. & uide p hoc gl. in uer. neq. & in c. Ray. extra de test. & uide inf. ad materiã legitimę inf. de statu mon. an pater dẽat. Ex multis particularib. alienationibus p̃sumit fraus, qa qdã uniuersalis alienatio inducit, ut no. ff. de le. 2. l. nomẽ. §. 1. Bal Donatio facta in p̃miũ emancipationis nõ excludit filiũ a successione, sed dẽt ẽt cõferre, C. de col. l. ut liberis, §. fi. Tñ extraneis nõ fit collatio, C. cõia ut ri iu. l. fi. & no. C. de col. l. emãcipatione, i gl. uide s. eo. §. 2. Itẽ de donatione cã mortis uide s̃. de istr. ed. ad fi. §. si qs do. cũ duab. §§. seq. An uꝛ donationẽ reuocare, q negat se donasse, uer. itẽ pone, pr.

## De peculio clericorum a. Rubrica.

ADDITIO.

a *CVM Clerici sint liberi homines, nã serui ordinari non possunt, sup. de seruis non ord. p totũ, patet nomen peculij in libertis pso nir, & q̃ sunt sui iuris congrue, tamen leges hoc uocabulo utunt solum in filijsfamilias, & seruis, & de peculio filijfamilias Io. de Camel. par. 3. ultra mẽdium, & hoc post Vber. De materia recurrendum est ad Sũmistas, specialiter aũt quo ad peculium clericorum, recurre ad Rof. in lib. iuris cano. sub hac rubr. ubi post pri. uer. & licet. dicit peculium clericorum in tres species diuidi,*

*ſ.profectitium,aduentitium,& quaſi caſtrenſe.Primum,de bo*
*nis eccleſiæ,uel eius intuitu,Secundum,quod ab amicis,uel con*
*ſanguineis contemplatione perſonæ obuenit.Tertium,quod pro*
*uenit ex opera quaſi publica,puta patrocinando in eccleſiaſticis*
*cauſis,& maxime in Romana curia ſecundum eum Poſuit etiã*
*ibi ultra medium duos libellos,quos puto Auctorem non poſuiſſe*
*ſi aduertiſſet.Eſt autem ſciendum,ꝙ inter priuilegia militũ eſt*
*unũ tale,ꝗ miles põt decedere partim teſtatus & partim inte-*
*ſtatus,C.de teſt.mi.l.1.ibi,quæſitum inuenio.Cũ clericus hẽat du*
*plex peculiũ,ſicut & miles.ſ.patrimoniale,uel paganicum,&*
*& quod profectum eſt ex bonis eccleſiæ,quæritur,an idẽ priuile*
*gium habeat,ſ.ut in uno poſſit decedere teſtatus , & in alio in*
*teſtatus,ꝗ uẽ,quia miles eſt,11.q.1.Chriſtianus,de cle.ægro.c.*
*1.cum conc.Contrarium ibi reſpondetur per l.1.ff.de hær.inſ.&*
*de vul.l.& pu.l.cohæred.in fi.non.n.hoc priuilegium apparet*
*clericis fore conceſſum,& ſic in quocunque inſtituant , inſtitu-*
*tus intelligetur in toto eo,quod teſtari põt,C.de epiſc.& cle.ſa-*
*croſancta & Auth.ibi poſita.& Auth.presbyteros.Quid de q*
*tib.Cruce ſignatis,qui ſunt ultra mare,exponentes ſe morti pro*
*honore fidei.Videtur tales non dicendos milites,cũ non hẽant il*
*la,de quib.ſup.de curatore.§.1.uer.itẽ ꝗ eſt miles.Sed econt.uẽ*
*ꝗ plus eis dẽat concedere ſignum crucis,ꝙ nota in brachio,et re*
*liqua,de quib.ibi,per quod approbandũ eſt teſtamentũ ipſorum*
*eo caſu,quo militum, facit deciſa dec.ad liberandũ.de Iud. ꝗ*
*ibi ſcripſi poſt Hoſ.poſt prin.uer.ſanè,& quod ſuper illo no.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus pro peculiando clerico qualiter ſi concipiendus.*
2 *Actio de peculio quem libellum exigit.*
3 *Poſitio actoris,ubi agit̃ actione de peculio,qualiter ſit formãda*
4 *Reus in actione de peculio qualiter ponere debeat.*

CONCIPE ſic libellum.
1 LIB.Coram,&c.propono contra P.quod
H.prædeceſſor meus ordinatus fuit ad dictã
eccleſiam.cum nihil haberet, uerum idem
H.ex bonis & cum bonis ipſius eccleſiæ talem pecu-
niæ ſummam congregauit,quam ipſe H.habet & te-
net & poſſidet.vnde nomine ipſius eccleſiæ dictam
vineam,vel pecuniam mihi reddi,ſeu reſtitui peto, &
eam ad id per ueſtram ſententiam condemnari,extra
2 eodem,c.1.2.3.& 4.12.q.4.c.1.& ult. & de teſta. ca.1.†
Cęterum contrahenti cum ſeruo,uel filio alicuius cõ
petit contra dominum, uel patrem actio de peculio,
a quæ eſt prętoria a:in qua ſic libellus concipit̃.
LIB.Coram , &c. conqueror de P.a quo peto 20.
ꝙ Titio ſeruo ipſius,uel fi io mutuaui,unde, ut prædi-
ctam pecuniam mihi reddat,ago contra ipſum de pe
culio actione,& hoc,ſi tenens , quod ſit nomen pro-
b prium actionis,alioquin dic,certi condictione ex mu
3 tuo de peculio b.† Actor ergo ſic ponet.
POS.actoris.Pono quod T.eſt filius tuus,uel ſeruus,
ff.eodem.l.1.in princip.Si negat,procede,ut dixi ſupra
de ſolu.§.probãdum,ver.porro,& infra qui fil. ſint. le.
uer.porro.Item quod in talibus ille te ſciente contra-
hebat,& non contradicente,ff.eodem,peculium,& l.
depoſiti,§.fin.Item res illas habebat T.ſeparatas a reb.
dominicis.Item quod tu pater,vel dominus , illius T.
es maior 25.anni s,ff.eod.licet.§.item adiicit,& l. quã
Tuberonis,in princ.Item quod T.eſt adhuc in pote
ſtate tua,& adhuc uiuit.Si uero ſit mortuus,uel eman
cipatus,uel manumiſſus,dicas ſic.Pono,quod ſeptem
c menſes ſunt tranſacti c a tẽpore mortis, uel manumiſ
ſionis,uel emancipationis.ff.quando actio de pecu.eſt
an.l.1.Item quod illud peculium eſt liberum ab omni
ære alieno,præterquam a meo. Item quod debitum ,
quod tibi debuit,his.quos tecum habuiſti , ſolutum
eſt:alioquin primo illud debitũ deducet̃,ff.eo.ſed & ſi
4 dãnũ.§.peculiũ.& §.hinc.& § pꝛterea.† Reus uero ſic:
POSITIO rei.Pono,quod ille T.eſt ſeruus, uel fi-
lius M.ergo non meus,extra de præſump.nonne.& ff.
de iudiciis,cũ pretor.Item e ſto,ꝙ ſit meus ſeruus,vel
filius,dico,ꝙ ipſe ſemper & tm̃ in reb. dominicis , uel
paternis contrahit.Item ꝙ ego dominus eius , uel pa-
ter ſum minor 25.annis.Item q̃d in illius peculio ſunt
30.tm̃.Item ꝙ mihi,vel aliis filiis meis,uel pupillis,uel
adultis,quos habeo in tutela,uel cura,dẽt 30.Itẽ quod
d T.manumiſi,uel emancipaui. Item iã ſunt tres anni d,
quod mortuus eſt,uel emãcipatus,uel manumiſi,uel
alienauit.Item quod hoc ſciuiſti,ff.de act. empt.l.1.Et
diſtingue genera peculii,ut ſupra de acto.uer.item eſt
e filiusfamilias.& ſequen.e

De

ADDITIONES.

a Prætoria.*& inter prętorias ponenda erat ſupra ti 2.§.notan-*
*dũ.ut ibi dicit auctor,uer.eſt etiam.ꝙ hic reſeruauit in huius ru-*
*bricæ pabulum,& uide,quæ dixit Roſ.in ti de ac. pecul.* In hac
*actione neceſſaria ex poſitionib.collige.quæ ipſius fuerunt.*
b De peculio.*Ioa.de Bla.licet parũ inſtet in hac materia,dicẽs,*
*quod ipſa nunquam fecit ſuam burſam hydropicam, accedit tñ*
*illi dicto,quod non ſit nomen actionis,ſed adiectio,ad quod indu*
*cit ff.eo.ti.licet.§.Iulianus.ubi dicitur dari actionem mandati*
*de peculio.Libellum etiam ſic format facta narratione,ut ſupra*
*de mutuo facto ſubdit.*
*LIB.Vnde petionem meam contra dictum P.dirigo,uobiſq;,*
*domine iudex.ſupplico,ut inquiſita quantitate peculij dicti ſer-*
*ui,ad reddenda mihi illa 20.per diffinitiuam ſniam condemne-*
*tis.Dicit.n.hunc libellũ formandum ad inſtar realium,quib.pe-*
*timus ab his, qui nullo iure ſunt nobis obligati, ut l.quęſitum.in*
*prin.ff.eo.hic dicit ad inſtar realis actionis dari de peculio,ut ibi*
*dicitur,datur contra patrem, uel contra dominum, etiam ſi nil*
*ſit in peculijs,& ſatis eſſet ibi fore tempore condẽnationis. Pro*
*batur etiam quod de peculio commutatur peculium , & tranſit*
*de una perſona in aliam,quod non eſſet , ſit perſona eſſet etiam*
*obligata,patet id ff.eo.& ancillarum. §.ſi ſeruus. pp quod ſibi*
*non placet forma Roſ.petentis directe a domino,ut reddat. Ser*
*uetur ergo,ſm eum,ſtilus realium.Sed mihi parum facit iſta ſub*
*tilitas,& ſufficiat mibi lex una,eo.ti.licet.uer.Pedius. & uerſ.*
*ſi igitur.& §.Iulianus.& § ſed ſi filius in quib.plus, quam ſe-*
*pius, affirmatiue & negatiue ponitur uerbum Obligationis.ſ.*
*patrem uel dominum obligatum,uel non obligatum,ipſe tamen*
*dicit,quod ubi lex hoc dicit,impropriè loquitur, ſed nimis abun*
*daret improprietatib.lex illa.Rõ realium me nõ mouet, in quib.*
*dico me dominum,ꝗ non eſt in peculio,quia uero ab obligatione*
*peculij procedit obligatio domini,hæc quaſi ſecundaria ſequitur*
*primam,& ſic loquatur prę.§.ſi ſeruus.& Gui.An.ubi de arte*
*libellorum,ad finem primæ char.ubi de pec.ponit eundem libel-*
*cum uerbo Reddendi,directo ad dominũ,& Ber.Dor.ubi de act.*
*de pec.format ſic.*
*LIB.Conqueror de C.qui mihi dare dẽt 10. de peculio talis filij*
*uel ſerui,cui uendidi,uel aliter contraxi,unde ipſe C. meus debi*
*tor factus eſt,&c.Fatebatur autem ipſe Roſ.ubi ſup.in fi. ꝙ pa*
*ter,uel dominus iure ciuili obligati non ſunt,ſed prætorio ſic,pa-*
*tet Inſti.de actio.§.in perſonam.& §.actiones.*
c Tranſact: *ſup.tm̃.nam prout dicit primus §.licet.l.1.ſtatim al*
*legata,quod diu in poteſtate ſunt,hæc actio eſt perpetua,per ca-*
*ſus,qui ſequuntur,eſt annalis,& annus eſt utilis.*
d Tres anni. *Expreſſit Roſ ſe de tanto ponere,ut excludat annũ*
*utilem,qui multum quandoque protenditur.*
e Et ſequen. *Ad materiã hanc ſciendũ eſt,quod Albe.Pap. tra*
*ctauit q̃onem de creditore Titij, qui cum nil in bonis eius inue-*
*niat,niſi uſumfructũ,quẽ habet in peculio aduentitio filij,petit il*
*lud ius qđ ibi habet pater,filius reſiſtit,dicẽs.illũ debitum patri,*
*nõ ſimpliciter,ſed in cãm alimenti,quęrens,an p hoc creditor re*
*pellatur? Pro creditore alle.ꝙ in generali obligatione omnia ue*
*niunt præſentia & futura,C.q̃ res pig.obl.poſſ.l.fi.Cum ergo pa*
*ter uſumfructũ illũ habeat liberũ ad faciendũ,quod ſibi placet,*
*C.de bo.quæ lib.cũ oportet.& l.fi.ergo filius creditorẽ impedire*
*non põt.In cõtrarium fauor alimentorũ per quem ẽt reb.alienis*
*quãdoque quis utitur,C.ad Carbo.l.2.facit ad idẽ ff.de inoff.teſt.*
*ſi inſtituta.ĩ fi.Sed Alb.pactus tenet creditorẽ non repelli,cum*
*fructus*

fructus separati a solo sint sui, & sic cadunt in obligationẽ, ut prædixi. Dicebat autem, quod filius poterit illos colligere, cum fructus sint pars fundi, ff. de rei vend. l. fructus, nec dicetur factum in fraudem creditoris, cum suo iure vtatur. arg. ff. de neg. gest. at qui natura. §. cum me absente, ext. de elect. cum ecclesia, & sic non obstat, ff. quæ in frau. cre. qui. in prin. potissimè, quia fructus, vt suos, percipit filius, licet ex illis patrem alat, vide ff. de re iud. commodis præmiorum, C. de except. rei iud. l. stipendia, C. quæ res pig. obl. pos. l. spem eorum, ext. de appellationib. pastoralis, in vlt. gl. de fideiussorib. peruenit in gl. pen.

a De testamentis. a Rubrica.

ADDITIO.

a HVIVS Rubricæ tractatores posui super §. compendiosè. in prin. sup. de instr. edit. quem hic allegat auctor, & ibi in ver. quid si quis iurauerit, not. de testamento iurato. ibi remisi ad regulam, quod semel, lib. 6. Sed est quæstio de episcopo, qui impetrat a Papa, quod possit testari de redditib. ecclesiæ ad summam ducentarũ marcharum, non facta mentione statuti ipsius ecclesię, per quod testari poterat ad centum marchas, fuit q̃õ de facto, & terminatũ fuit priuilegium tale ualere hac rõne, quia usq; ad centum marchas concordant priuilegium & statutum, & sic quo ad illam summã nõ est dubium. In alijs aũt centum, in quib. excedit, ẽt si dicat statutũ expressè, quod ultra testari non possit, concordant iuri cõi. 12. q. 2. charitatem, & hoc eo. titu. c. 1. Sicut autem de iure cõi non est in priuilegio Papali mentio facienda, sic nec de statuto, quod continet ius cõe, cum concedens sciendo primum videatur scire s̃m, & tollendo fortius tollit debilius, ut in regula, cui licet, lib. 6. & c. accessorium. & c. plus semper. Ad primum facit ff. de sepul. vio. l. 3. §. diuus, s̃m vnam lecturam, & facit, quod not. Innoc. & Host. ex. de rescrip. c. 1. ut ibi scripsi super gl. & quod not. eo. ti. c. 1. in gl. rõ rationis, ubi ẽt ad hoc inducitur dec. pastoralis, de fide instr. Mihi non placet hoc dictum per decr. 2. de decimis, li. 6. Cum. n. tale statutum factione, uel confirmatione oporteat esse Papale, quia ep̃s in facto ꝓprio auctorizare non posset, etiam cũ suo capitulo, ut iũ clem. de reb. eccl. non alie. si una. Papa si suum statutum sciuisset, contra limitationem per se factam uerisimiliter priuilegium non dedisset, & non plus in isto, sed vide, quod scripsi sup. de cler. nõ resi. super rub. in fi. q̃õnis 2. A quibus autem singula hic descripta diuisa per §§. auctor ipse receperit, dicam super illis, & q̃uo hunc primum, §. post primos duos libellos recepit de duob. locis a Roff. & de duob. ab. Alb. Gal. infra declarabitur per partes. Io. de Bla. super hac rub. dicit, actionis ex testõ tria fore capitula. Primum contra hæredem scriptum, s̃m contra legatarium oneratum, qui potuit onerari, alleg. ad hoc duo, C. com. de leg. l. 1. in fi. Tertium datũr cõtra hæredes venientes ab intestato per se propter legata in codicillis, de quo infra vers. ex codicillis, & quod ex illis agatur ex testõ cum sit testatio mentis, allegat, C. de codi. l. fi. Dicit posse addi quartum. cum hæres in fraudem legatariorum vult sucredere ab intestato, de hoc statim sub uer. item plerunque. Dicit ẽt addi posse quintum casum de executorib. testõrum, qui possunt agere contra hæredes actione ex testõ, vt tradant illis res, quas distribuere debẽt, & de hoc satis sup. de instr. edi. §. nunc uero aliqua, uersic. & scias scripsi in decreta. Ioannes, eod. tit. 1. q̃õnem. Super secundo ipse format libellum in quo narrat legatum factum Titio soluendum ab hærede, secundo ipsum Titium rogatum, ut illud mihi restitueret, subdit, unde cum ipse Titius legatum agnouerit, ago contra ipsũ, ut mihi restituat cum fructib. perceptis, &c. Quod agnouerit, fuit dictum, quia si non agnouisset, non teneretur, nec compelli posset, vt agnosceret, ff. ad Treb. nam quo ius, §. ult. & l. mulier, §. vl. & dato, quod agnouisset, si non habet legatũ, liberatur cedendo actionẽ, ff. de leg. 2. l. Imperator, vbi etiam habetur de legatario, si possit ẽt plus, quam sit relictum onerari. & uide, quod ibi no. in ult. glo. Propter id, quod de cessione dixi, secundum, quod terminatum fuit per Bar. de Pratis, quęst. quæ incipit, filius familias. quod si testator dixit, lego uxori meæ dotem suam, quæ fuit mille, & est penes Petrũ non sufficit hæredem cedere actionem, q̃ñ uxor illum Petrum delegauerat, & culpa potest imputari marito, quod non exegit ff. de iure do. si extraneus, ff. de pac. dot. l. ob res, §. fi. sol. mat. Mænia §. 1. Si uero per uxorem deposita erat pecunia penes illum, & uxor solũ dotẽ promiserat, tunc per illud legatum videtur solum legata liberatio, nec est locus cessioni, ff. de dote ꝑleg. l. 1. §. se si. dotẽ. Si uero maritus deposuerat, sufficit heredẽ cedere, ff. de lega 2. l. antepe. §. ciuib. quasi hoc legatũ sit speciei. ad qđ facit optime ff. de dote ꝑleg. l. 1. versi. nam & quis ita. Põt. n. legari quantitas, vt species, ff. de lega. 1. sed si certos, & l. plane, §. 2. versic. sed hoc ita. Non obstat ff. de lega prim. l. prima, in prin. & de leg. 3. Paulo Callimacho. quia ibi fuit legatum q̃ũtitatis facta demostratione, unde solui poterat. Non obstat l. cum seruus, ff. de leg. 1. & C. de legat. cum alienã, quia ibi non fuit demonstratus aliquis, cõtra quem actio cedi posset. hęc Pet. Consilium Iaco. de Are. super pluribus punctis datum, hic inferre disposuit, & est tale, Dixit enim filiam non institutam a patre, licet ei legasset, posse de inofficioso agere, & sic patri. qui testatur fuerat, ab intestato succedere, ff. de liberis & posth. l. inter cętera, in Auth. vt cũ de appe. cog. §. aliud quoque. C. de li. preter. auth. ex cã. Subdebat tamen, quod si fratres volebat illam sufficienter dotare, possent illam a successione repellere, s̃m statuta ciuitatis Parmensis, ubi erat hõ, & s̃m legem Longobar. ti. de succes. si pater A. & est rub 14. l. 3. Tamen si filiã, & eademque soror hæredum, volebat stare legato, & institutiones de fratribus firmas esse, procedebat utrunque, ff. de iniust. rup. & irri. test. l. filio. Secundo consuluit hæredes inuentarium facere posse, si nondũ se immiscuerant hæreditati paternæ. cum tẽpus ad id currat post post aditionẽ, uel immistionẽ, C. de iur. delibe. sãcimus, §. si vero post q̃. Idẽ, si se immiscuisset, & tempus faciendi elapsũ non esset. Tertio dixit, hæredes ipsos cum bñficio inuentarij dotẽ nouercæ debere soluere, ipsa tñ iuramento suo manifestare tenebatur bona mariti, C. de his, qui ad ecclę. confu. l. præsenti. in residuo eos haberẽ debere partem iure naturæ debitam, s̃m ipsorũ numerum, ut quinque, vel ultra habeant dimidiã, pauciores tertiã, C. de inofficio. testa. cũ quæritur, & Auth. nouo iure, sumpta de corpore, de trien. & semis. De eo, qđ supereat, dixit legata soluenda, iuxta uires hæreditas omnib. legatarijs ꝓ rata soluendo, & integraliter oĩbus, si hæreditatis sufficit. Quarto dicit eo casu, quo ex numero filiorum esset detrahenda dimidia, ad q̃ consequendã est singulis legatis detrahi oporteret, legatum habitationis nouercæ relictũ censebatur ad nouem annos, cũ ipsa fateretur se maiorem annis l. & sic apparet & ex aspectu, & s̃m id legatum minui debere, s̃m qđ expediret illi dimidię consequendę, per l. hæreditatum computationi, ff. ad l. Falcid. Quinto dicit esse certum filium rogatum de restituendo testari posse de legitima in qua frandari nõ põt, C. ad l. Falcid. l. irritum, tñ ante legitimã & ante omnia legatur æs alienum sub quo merito includuntur male quæsita, deduci debet, ut e. ti. l. in ponenda. & l. successores, & C. de lega. l. si vniuersæ, ff. ad Trebel. l. 1. ff. de separat. l. quoties. Ad id, quod de male quæsitis dixi, facit quod scripsi supra de actio. §. primo, super ver. aduentitiũ. Sexto decidit etiam dubium illud, cum testator dicit, volo quod medietas prædij veniat in Titium, & in talem dominam, & filios ipsius natos & nascituros, dicit, consideratis multis legibus, ipsius dimidiæ dimidiam ad Titium, & pertinere, & aliam dimidiam dimidiæ ad dominam & filios, per l. ff. de vsufruct. accres. si quis Titio. C. de impub. & alijs substitu. l. fin. ff. de hæred. instituen. liber homo. §. Titius. Septimo dicit, quod si pater diuidens inter filios decernit, quod B. suppleret C. ducentas libras, qui B. decedens instituit D. hęredem, confusa est actio ex diuisione. vel fideicommisso illi D. competens, quod est regulare, siue debitor succedat creditori, siue econtra, & hoc si in totum, & si pro patre, pro ea parte, vt C. de fideicom. cum secundum. C. de pact. si debitori ff. de solu. Stichum, aut Pamphilum, §. aditio. ff. de fideiuss. l. hęres. C. ad l. Falcid. licet, & de bon. au. iud. poss. l. vxor. Octauo subdit etiam, quod legatum factum puellæ, quæ non est nubilis ætatis nubendi causa, non statim debetur, sed cum nupserit, ff. de leg. 3. si legatarius, §. fin. Fatetur tamen, quod solui posset cautione recepta per hæredem de restituendo legato si non nupserit extante tẽpore nubendi, ff. si cui plus, quam per leg. Falc. l. 1. C. de leg. si in fraudem, Vltimo consuluit, quod testamento propter præteritionẽ filij irrito declarato, donata per patrẽ ipsi filio in vita, non veniũt conferenda, C. de dona. l. artis alieni. & de coll. illud. ad fin. ff. de donatio. l. ex donatione. & l. parentibus. C. de inoffic. testamen, de diuisione loquitur secundum eum. Huius consilij duo dicta ad executionem pertinentia scripsi supra de instrument. edic. §. nunc vero aliqua. super versiculo sed pone, quidam B. & super ver.

*ver. hoc ẽt queritur. Item Lambertinus de Ram. in sua qõne, quę incipit, quidam Męuius, terminauit plura dubia, & est primum, an ualeat talis substitutio, P. filio haredi meo vniuersali substituo unũ ex filijs meis, quẽ ipse heres elegerit, vel nominauerit. Secũdo, quid si nullum elegit, vel nominauit, an æqualiter oẽs succedãt & tunc an ex testõ, vel ab intestato, & an natus post mortẽ hæredis succedat cum alijs? In primo tenet, quod valet substitutio. inducit leges sequentes in fideicommissis, & in legatis. De primo ff. de lega. 2. cum pater filios, §. hereditatem, & ad Trebe. ex facto, §. si quis rogatus, de 2. ff. de lega. 2. si Titio, aut Seio. & l. cum quidã in prin. & l. unũ ex familia, in prin. & §. rogo. & l. cum pater filios §. rogo. & §. a filia. De secundo membro tenet, ꝙ si ipse hæres abstineat, uel addit & decedit nominatione, vel electione nõ facta oẽs filios extantes tpe testamenti, quasi a testatore electos, ad successionem uenire, inducit tres §§. sup. vlt. allegatos, filios aũt postea natos dicit non admitti cum prius natis, quia non erant in rerum natura, cũ substitutio sibi vendicauit locũ, & sic habẽtur pro nõ scriptis. C. de caduc. tol. l. una, §. & qđ triplici. dicit etiam textum de his filijs expreßum in l. ff. de legat. 2. cũ pater filios, §. hæreditatẽ in fi. ibi, viriles aũt, &c. Vltimo ad pdicta inducit ff. de rebus dub. l. vtrũ, §. cum quidã, quæ soluit quædam contraria distinguendo, an detur arbitrium rogato dandi, vel non dandi, an sit necessitas in dando, sed an arbitrium sit, in cui dando. Et addo, quod ibi not. ꝙ si in terminis qõnis vnus solus filius Tity supereßet, illi deberetur, per l. si Titio superius allegatam, & lege. ibi sequentes & per hoc patet hunc casum non cõiungere, quod dixi sup ꝓxima rubr. in fi. in quo non erat necessitas in eligendo. Et ex quo sumus ĩ materia substitutionum in alia qõ. qua incipit, quidam fecit testm̃ tenuit, ꝙ si pater substituit pupillo pupillariter, & pupillus patrauino decessit, substitutus ad successionẽ non ueniet, nec ex vi pupillaris nec ex ui tacita uulgaris ĩtellecta sub expressa pupillari. Ad primũ allegat, ꝙ talis substitutio dr̃ testm̃ pupillare qa vendicat sibi locum pupillo facto sui iuris per mortem patris, ff. de uulg. & pupil. substit. l. 1. & l. iam hoc iure. & inst. eod. circa princ. Cũ ergo pupillus decessit adhuc filius familias, certum est substitutionẽ non tenere, cũ ille ẽt pubes factus durante patria potestate testari non potuisset. C. qui tes. fac. pos. l. 3. & de do. cã mor. l. tam his. Secundo inducit l. 2. §. qsquis, ibi, adeo autem, &c. ff. de uulga. & pupilla subst. Tertio casu l. ꝙ si filius, ff. de ca. & postlimi. reuer. Nõ obstat C. de caduc. tollen. l. vna, §. pro 2. vbi de hoc, quia loquitur in expreßa vulgari. Nec obstat l. si pater filium, ff. de uul. & pupi. substit. quia ibi est hæres ex paterno testõ, non ex pupillari, ut ẽt ibi not. in vlt. glos. Occurrit alia qõ, si pater instituit ventrem uxoris, & illi decedenti in pupillari ætate, vel quandocunque sine liberis substituit, postea ex eadem vxore plures filios habuit, & mortuus est, vtrum ruptum sit testamentum, & euanescat substitutio? Ad negatiuam inducitur ff. de liber. & posthum. l. placet, cũ l. sequent. & C. de fideicommiss. lib. l. cum inter veteres. & in his uidetur casus. Certum est etiam, quod valet institutio ventris, & intelligitur de posthumo, ff. de iniust. rup. & irrit. testa. l. posthumi per virilem, §. pen. & institutio posthumi etiam plures comprehendit, facit ff. de testa. tuto. l. si quis ita dixerit. §. primo, de legatis, 1. qui filiabus, §. 1. & de hæredi. instituen. l. Clemens patronus. Sub hoc titulo generaliter tangam quæstionem Richar. Malom, quæ pertineret ad titul. de fideicommis. si illum titulum haberemus, & incipit. Titius habens duos fratres, s. Seium & Mæuium, Seium hęredem instituit, rogans, quod hæreditatem, si decederet sine liberis, restitueret Mæuio fratri, vel eius hæredibus masculis, mortuo Titio moritur Mæuius relicto nepote ex filia mortua, vel viuente, demum moritur Seius hæres rogatus sine liberis, quæritur, an fideicommisso sit locus? Ad quęstionem facit, quod notatur supra de locato, §. vltimo, versiculo, 146. Refert quosdam dicere, quod si tempore fideicommissi cedentis. id est tempore mortis Seÿ decedentis sine liberis, viuebat filia Męuy, non sit locus fideicommisso. nam in personam filię non, quia fœmina, in personam eius filij non, quia ipsa pręcedit illam, ad hoc ff. de iniust. rup. & irrit. testi. l. si quis exhęredato, 2. & 3. respon. Instit. de hęred. q̃ ab ĩtesta. §. cum autem, sed, vt ipse dicit, hoc haberet locũ, ubi tractaretur de legitima successione Męuy intestati, sed hic tractat̃ de dispositione testamẽtaria Titÿ primi testatoris, utrũ illud Heredib. masculis, cõprehendat nepos ex filia? Refert alios distinguere, an nepos ex filia sit hęres Meuÿ, & admittatur, alias nõ, ad hoc ff. de pac. tale pac. §. fi. & de hæredib. institu. l. fi. de verborum oblig. eum, qui. §. 1. Sed ex hoc sequeretur, quod extraneus hæres Męuÿ veniret ad fideicommissum. quod absurdum est dicere Titium voluisse, qui ẽt filiam Męuii excludebat. per quod placet, quod per hęredes intellexit descendentes ex Męuio, ff. de hęred. institu. l. Lucius. Soluit ergo, quod cum eadem ratio. quę fuit in excludendo fœminas, sit in excludendo filios fœminarum, nepos ex filia uiua, uel mortua ad fideicommissum nõ admittatur, sed hæres Seÿ sibi retinebit Titiam hęreditatem, cum expirauerit fideicommissũ. Eius rationes stant, quia nepos non venit nisi per filiam siue matrem exclusam, ista ergo, quę sibi non sufficiunt, alteri sufficere censeri non debent, ff. de nego. gest. qui aliena. §. quanquam, ad Macedo. l. filium. Itẽ certũ est, quod filia est agnata. Item siue habeatur cõputatio ad Titium primũ testatorem, siue ad Męuium, semper est uidere ius agnationis, & prioritatem eius in vno gradu, illa ergo non admissa, absurdum eßet admittere eius respectu agnatum in gradu viteriore, allegat ff. de acquire. possessio. qui pignoris, ut possidetis, l. 2. de captiuis, l. in bello. §. si quis seruum, ponderabat rõnem, quod inter agnatos uoluit remanere, inducens, quod dixi in qõue Iacob. de Are. inf. tit. prox. super rub. Inducit ẽt de usib. feud. qui feudum dare possunt §. hoc notandum, de succes. feu. §. penult. vbi patet, quod ubi filia non succedit in feudo, sic nec eius filius. Et quod liceat sic de iure nõ scripto arguere ad ius scriptum, allegat no. in l. de quibus, ff. de leg. & lege prima, C. quę sit lon. consuet. Oĩbus autem rationibus ad partem contrariam faciẽtibus, dicit uerbo vnico responderi, quod licet sit probabilis testatoris uoluntas, illis pręponitur, qui excludendo fœminas, descendentes ex illis excludere voluit, vt est dictum, inducit C. de leg. cum qõ. circa fi. & quia cum manifestissimus est sensus, &c. C. de liber. & pręter. & exhęr. leg. 3. Insurgit ex prędictis hoc inconueniens, quod potius quidam extraneus hęres Sey habeat bona Titiana, quam nepos ex filia, sed forsan hęredes Seÿ sunt agnati. Item sciat, quod nemo testator prouidere potuit huic casui declarando, quibus agnatis, vel quomodo pro anima id in eum casum dispensari volebat, & sic forte fecit hic non expressum, quia non tangit quęstionem.*

*ADDE, hanc vlt. quęst. melius formatam per Oldrad. eius cõsil. 167.*

HAEC Materia quotidiana est & vtilis, & multũ in iure diffusa, ideoque plene est ac plane tractanda. Primo igitur dicendum est, qualiter petantur relicta in testamento, & quid iuris, si hęres in fraudem legatariorum non vult adire ex testamento. sed ab intestato. Secundo de interdictis, Quorum bonorum, quorum legatorum, & de tabulis exhibendis, & huiusmodi. Tertio de bonorum possessione, & de querela inofficiosi testamenti, Quarto de senatusconsultis, ex quibus succeditur. Qualiter autem conficiantur instrumenta testamenti, donationis causa mortis, & codicilli & inuentarii, & de executoribus testamentariis, & aliis ad præsentem materiam spectantibus. vide supra de edit. instrumentorũ, §. compendiose, & §. vt autem, & §. nunc vero & §. porro. & §. viso, & §. dicto.

*S V M M A R I V M.*

Relicta in testamento qualiter petantur.

1 *Libellus qualiter sit contra executores desides concipiendus.*
2 *Relicta in testamento possunt per rei vendicationem peti, & per hypothecariam, & per actionem ex testamento.*
3 *Libellus qualiter sit in actione ex testamento concipiendus.*
4 *Legatum petere uolens ex codicillis, quas actiones habebit.*
5 *Adiens totam hęreditatem ex ĩtestato, quam adire poterat ex testamento, volens legatarios fraudare, an, & qua actione possit conueniri.*

6 Contra

6 *Contra possidentem hæreditatem omissam qualiter sit agendum,*
7 *Testamentum solenne an tollatur per non solenne.*
8 *Factum in testamento an possit mutari extra testamentum.*
9 *Institutio testamentaria in alterius uoluntatis arbitrium collata, an sit ualida.*
10 *Legata & fideicommissa an peti possint, ubi nullus aliquo mō hæreditatem adiuit.*
11 *Hæres a leundo hæreditatem quasi contrahere uidetur.*
12 *Legans sępius quantitatē in eodē testamento, an uideantur multiplicare legatum.*
13 *Verbum Relinquo, in testamento dictum, quid importet.*
14 *Filius faciens pactum de nō petēdo ea, quę de dote matris proueniunt, non poterit nihilominus petere non obstante pacto.*
15 *Testamentum an causa preteritionis sit irritum.*
16 *Patre hærede instituto, & rogato filio hæreditatem restituere, an habeat locum Trebellianum.*
17 *Onera legatorum & fideicommissorū an debeant inter hæredes & fideicommissarios diuidi.*
18 *Legata an ueniant in restitutione.*
19 *Petitio fideicommissi quo casu ad hæredes transmittatur.*
20 *Capere non ualens ex testō, si hæres instituatur, an possit ad restitutionem cogi, si adire cogatur hæreditatem.*
21 *Hęres hæredis an cogatur adire hæreditatem, & restituere.*
22 *Fructus an sēper ab hærede qualitercunque instituto, ueniunt in restitutione.*
23 *Hæres, cui pars bonorū est legata, an possit per Trebellianum cogi adire, & restituere.*
24 *Hæres an possit æstimationem præstando liberari.*
25 *Fideicommissarius quando Falcidiam detrahere dicatur.*
26 *Filius institutus, & rogatus restituere hæreditatem, decedēs sine liberis, an si habeat filium naturalem, cogetur restituere.*
27 *Pretium succedit loco rei.*
28 *Quarta Trebellianica, an possit contra uoluntatē testatoris induci.*
29 *Legato tali, de quo nō detrahit Falcidia, an alÿ legatarÿ onerēt.*
30 *Hærede soluēte legatum uni ex legatarÿs, non detrahit Falcidiā.*
31 *Hæredis appellatione qui contineantur, & nu. seq.*
32 *Stipulante aliquo operas a liberto suo, ita demum liberi eius eas petunt, si sint hæredes.*

## 1. §. In primis sic libellus concipitur.

a LIB.a Coram, &c. conqueror de P. qui talem domum, vel pecuniam tenet, & possidet, quam talis prędecessor meus ex bonis, vel occasione prętatę ecclesię noscitur acquisiuisse, vel eidem intuitu eiusdem ecclesię data fuerunt, vel legata, asserens idem P. dictū pdecessorem ea sibi in suo vltimo testō legasse, quamb uis clericis a iure sit inhibita b facultas testandi, quare peto iure dominii, vel quasi, dictam domum, seu pecuniam mihi restitui cū fructibus, inde perceptis, eumq; ad id sn̄aliter condemnari extra de testa. c. 1. & cap. cum in officiis, & duobus c. seq. & c. relatum. 2. C. de sac. san.
1 eccle. l. fi. † Contra executores desides in exequendo sic concipitur.

LIB. Corā, &c. propono contra P. quod licet olim H. in extremis agens condidisset testamentum, multaque legata mihi & aliis piis locis reliquisset, eodem P. ab ipso testatore executore deputato. idem tn̄ P. legata ipsa nō curat soluere, nec testatoris voluntatem adimplere. Cum igitur testatoris voluntas pro lege seruanda sit, vt in Auth. de nup. §. disponat. Colla. 4. & implenda, vt extra eod. indicante. peto ipsum ex officio uestro cogi ipsa legata soluere, & testatoris voluntatem implere, & ipsum ad id sn̄aliter condemnari, extra de testa. Ioannes. & c. tua. & c. nos quidem. C. de epi. & cler. Authen. licet, & nulli licere, super executoribus: dic, ut plane, vl supra de instrum. edi. §. nunc vero. † Et not. qꝙ re-
2
c licta sibi in testō potest quis petere per rei uendicationem, & per hypothecariam, & per actionem ex testō quæ ciuilis est, vt supra de act. seu per. §. sequitur, uersic.
d illud uero. & seq. d In rei vendicatione, quando uidelicet dominium rei legatæ spectabat ad testatorem, sic libellus concipitur.

LIB. Corā, &c. ago ꝯ P. a quo peto talē fundū mihi legatū in testō H. cuius fuit proprietas, ad quod propono actionem in rem, C. communia de leg. l. fin. Si autem res non erat testatoris, sed ab eo mortis tempore possidebatur, intentabit legatarius Publicianam, ut ff. de Public. l. 1. & 2. & l. cum sponsus. §. is, cui. In hypothecaria uero concipitur libellus, ut sup. de pig. §. 1. uersi.
3 cæterum. ibi, agitur quoque hypothecaria. † In actio-
e ne autem ex testamento sic libellus concipitur e.

LIB. Corā, &c. conqueror de P. hærede T. q mihi ex
f. testō suo rē talem, vel centū legauit f, vel rē ipsam mihi dari peto, & ad hoc propono actionē ex testō, C. cōmu. de leg. l. 1. & ff. de le. 2. cū filius. §. variis. & hoc, cum nō fuit hęres in mora, quia tūc non habet rō fructuū, secus, si fuit in mora, tūc cæteris retentis, vsq; dare peto. iūge, cū fructib. inde perceptis, & percipiendis. Et si fuit quantitas legata, dices, peto illam quantitatem cū vsuris, et intelligitur de illis, quæ in regione frequē
g tantur, ff. de vsur. l. 1. & l. vsuræ g. Actor ergo sic ponet.
h POS. actoris. Pono, quod T. condidit testm̄ h. Item quod fuit talis persona, quæ potuit testari, ff. qui test. fac. poss. filius. §. fin. Inst. quib. non est per. fac. test. & in præ. §. compendiose. in princ. Item quod sum talis psona, quę possum ex testō capere, ff. de leg. 2. si a Titio. & in p̄. §. cōpendiose. uer. 2. Item qꝙ testamentum illud fuit rite & solēnitate debita factū ff. qui test. fac. pos.

### ADDITIONES. l. 1. §.

a LIB. *Non conuenit iste libellus primo membro auctoris, coniungi poterat primo libello supra titu. proxi.*
b Inhibita. *Sup. de talibus.*
c. Et no. *Secundum Roff. ubi de actione ex testamento.*
d Et seq. *Huiusque ad uer. quod si uelis. totum, quod facit ad materiam, alios etiam libellos et positiones in hac materia uide supra de iud. §. 1. per totum.*
e Sic lib. conci. *Secundum Roff. ubi sup. cuius ad literam sunt quæ sequuntur.*
f Legauit. *Non ponit formā legati, sed duplicitatem formarum.*
g Et usuræ. *Legato facto ecclesiæ, uel piis locis uenerabilib. ex mora debetur duplum, Insti. de actio. § tē mista. et § sed illa q dā ex quib. du. b. §§. patet etiam requiri, qꝙ reus in iudicium sit uocatus, nec sufficit ad duplandum sola mora, infitiatio uera sola sufficeret, ut ibi, tunc tn̄ pęnam euaderet confitendo, cū actorem releuet ab onere probandi, ut ibi no. Si autem primo confitetur, & postea negat, tenet ibi gl. quod pœnam incurrit, sicut ultima mora nocet. Si uero non inficiatur, sed dicit legatum non ualere, cessat pœna, in qua incurrenda non distinguitur, sit generale, uel speciale legatum. Item si duplū non pōt soluere punitur ī corpore, nec pœna locum habet in legato reipublicæ, uel in fisco, uel in redemptionem captiuorum, cum pœnę non extendantur ad casus non expressos. Hæc omnia, quæ ibi notantur, insinuasse sufficiat. Et aūt sciendum, quod Io. Bla. ubi de actione ex testō, in prin format libellum in hoc casu, nam facta narratione per prælatum, uel syndicum, de legato subdit, unn̄ cum prædictus hæres moram adhibuerit in prædicto legato soluendo, et tandem p me nomine dictæ ecclesiæ ad iudicium uocatus fuerit, ut dictū legatum solueret ego ipsius ecclesiæ nomine contra eū, ut duplū legati pdicti, s. tm̄ ipsi ecclesiæ soluat, nobisq; domine iudex, supplico, ut eum ad dictā quantitatē soluendā ipsi ecclesiæ, uel mihi eius nomine per diffinitiuam sententiam condemnetis.* Item ēt *hoc, quod dictum est in libello auctoris de fructib. distingue, s'm Io. prędictū, an fuerit legata res ppria testatoris, an aliena. Et primo casu, aut res legata est fructum afferens, aut non, si res ipsa est propria testatoris fructifera, petetur legatum cum fructib. perceptis a tempore aditionis hæreditatis. statim enim dominiū rei legatæ adita hæreditate fuit legatarÿ, & sic domino debentur fructus. facit ff. de usuris, lege, Herennius. ff. de legatis, primo. si tibi homo. §. cum seruus. Cum autē legatur res aliena, uel res in genere, tunc procedit, quod dictum est in libello actoris de tempore moræ. ff. de usuris, l. equis.*
h Condidit testamentum *Includit tertiam positionē Roff. s.*

*de institutione hæredis, quæ in bonum est exprimere, s. de ipso reo, nec debuit omitti.*

l.1.§.si quęramus. C.de testa.hac consultissima. Item ꝙ
illud fuit testm̄ vltimum ipsius T. vt in præ. l. hac con-
sultissima.extra de celeb.miss.cum Marthæ §.cęterum
4 13.q.2.vltima. Reus vero ponet contra. † Ex codicillis
quoque si quis velit legatum petere, habebit tres, quas
ꝓdiximus, actiones, C.cōia de leg.l.1.C.de dona.cū mor.
l.1.& ſm præmissa forma libellos. Nec mireris, si ex co-
dicillis actio ex testō competit, quia hæc actio ēt ab in-
testato datur, licet quidam sibi nomen mutent, vocan-
tes cā in tali casu fideicommissariam ꝓsecutionem. Vt
tñ omnis cesset quęstio, consulo, ꝙ actor non proponat
actionem, sed causam, vt reus certus esse possit, dicens,
quam rem talis mihi in suo testo, uel codicillo legauit,
arg. C.de edic. diui Adria. tol.l.fi.ff.si cert. peta.certum.
5 † Item plerunque [a] totum commodum quis sibi uult
a acquirere, uel legatarios fraudare, unde adit hrēditatem
ex intestato quam ex testō poterat adire, qa forte est fi-
lius, uel agnatus, uel cognatus, unde prætor succurit le-
gatariis ꝯtra illū per actionem in factum descēdentem
ex illo edicto, si quis omissa cā test. quæ prætoria est, ff.
si quis omis.cā test.l.1.§.1.& pe. Quidam tñ dicunt uo-
cari utilem ex testō, C.communia de leg.1. Sic ergo cō-
cipitur libellus.

LIB. Coram, &c. cōqueror de P. qui cum fuisset hæ-
res institutus a T. qui mihi 20. in testo reliquit, in frau-
dem legatorum hæreditatem illam omisit adire, & ab
intestato ꝑossidet, unde peto legatum ab eo mihi ꝑsta
ri, ac si ex testō adisset, & ad hoc propono actionem in
factum descendentem ex illō edicto, si quis omissa cau-
sa testi, uel utilem actionem ex testō, ff.e.l.1.& l.de liber
tatibus.§.hæredes.& hoc, qñ hæres possidet. Si uero per
fraudē omisit possidere, remoueas, & ab intestato pos-
6 sidet, cæteris retentis, ff.e.l.1.§.fin.† Si uero is, qui omi
sit, nec possidet, nec dolo sed gratis omisit, & nunc al-
ter possidet, sic libellus concipitur.

LIB. Corā, &c. conqueror de P. qui possidet hrēdita-
tem omissam a T instituto hrēde ī testō M. qui testator
mihi in illo testō 20. legauit, unde ago ꝯtra eū, ut mihi
illa 20. præstet, ac si esset hæres, & ad hoc propono, &c.
ut supra, ff.eo.si quis pecuniā.§.1. Actor ergo sic ponet.

POS. act. Pono, ꝙ talis fecit tale testm̄. Item ꝙ in eo
b fuerunt septem testes,[b] & alia, quæ in testō requirūtur.
Item ꝙ in illo testō te hrēdem instituit. hæc ꝓbant, ff. si
quis omis.cā test.l.2. Item ꝙ mihi legauit 20. Item ꝙ il-
lam hrēditatem omisisti adire. Item ꝙ hoc fraude & do-
lo fecisti. Itē ꝙ pecuniā recepisti, ut omitteres, ut ff.eo.
si qs pecuniam, & licet, & l.n.C.eod.l.1. Reus uero sic.

POS. rei Pono, ꝙ T. fecit testm̄ minus solenne. Item
ꝙ omisit hrēditatem, quia testm̄ solennitate carebat. Itē
ꝙ testator uoluit, ꝙ si uellē, ꝑossem adire ab intestato.
Item ꝙ gratis & bona fide illā hrēditatē omisi. De cau-
tionibus hæredibus & ab eis præstandis super legatis.
uel hrēditate restituendis, uide supra de pig.§.sequitur.
uer.sep & hæres, & seq. & uers. rogatus. Item de cautio-
nibus interpositis ab arrogatore de restituendis bonis
arrogati, & qualiter arrogatus, uel eius hæres aget ꝯtra
eū, uel eius hęredem, in eo.§.uer.arrogator.& seq. Item
qualiter cauebit is, qui post mortē suam restituturus est
quicquid ad eum peruenerit, in eo.§.uersic.rogatus. In
querela inofficiosi concipitur. ut infra §.2. uersic. illud.
c Qui autē [c] sint, qui testamentum facere non possunt,
7 no.s̄.de edit.instr.§.compendiose. † An testamentum
solenne tollatur per non solenne, not C.cod. hac con-
8 sult.ssima, §.si quis, & insti.qui.mod.test.infir.§.1. † An
quod factum est in testo, uel legatū, uel aliud, possit mu
tari, nisi in eodē testo, uel alio io.enim, no.ff.eod. hrēdes
d §.1.[d] † Quid si is, qui facit testm̄, interrogatur, si uelit
6 facere hrēdem B. & ipse rñdet sic, nunquid ualet? Dicūt
Quidā. ꝙ non, nā non ualet instituto in alterius uolun
tatis

ADDITIONES.

a Item plerunque. *Ingreditur ver. Ros. de ac. in factū, si qs omis. cā testamenti, in prin. & hoc vsq; ad ver. de cautionibus. & quin que, q̄ in hac requiruntur, ex positionib. collige, & triplicem cām inuentionis illius edicti Accur. super ipsius rubricis ff. & C. plenā autem distinctionem Dy. super l. si instituto. ff. si quis omis. causa testamenti, Cy. posuit super l.1.C. eod. tit.*

b Septem testes. *Vide sup. de instr. edi. §. compendiose, versi. item per ius canonicum, & seq.*

c Qui autem. *Hinc incipiunt verba Alb. Gal. rub. de testa.*

d §.1. *Sic posuit Alb. Galeotus eo. tit. in prin. mihi non placet illud, nisi quia illud est dubiū, qd ibi tractatur in tex. & glo. Et de alio te sto non dubitatur, ibi uide. Nam Pla. tenuit legatum factum in te stō adimi non posse, nisi in alio testō, vel codicillis cōfirmatis in te stō. Ia contra per multa iura, quæ ibi gl. allg. Fuit q̄ō de facto, con iuges habentes unicam filiam tradiderunt illam monasterio, simulque testati instituerunt illam hæredem, & sibi & monasterio legauerunt oīa sua, decessit pater, mater superstes quędam de bonis suis legauit aliis piis locis & personis, quærebatur, an valeat legatū? Iudicatū fuit, ꝙ duo fuerunt testamenta, licet in una membrana, sicut & vno instrumēto plures obligationes plurīū, C. si certū petatur, eo ꝙ a multis, & sic unius morte non erat aliud confirmatū, facit ff. de uulg. & pup subst. l. patris & filii. & qd ibi no. in ult. glo. Hoc posito certū est, ꝙ saluâ legitima filia, de episcopo. & cler. Deo nobis mutare potuit testm̄, C. de sacrosan. eccl. l.1. de celeb. mis. cum Marthę. de adi. & trans. l.1. 4. §. conuictio. in fin. C. de testam. sancimus. Ad casum facit ff. de leg. 2. l. ult. §. pen. & Trebell. Lucius. §. Caio. & §§ sequentib. Si simul testati simul instituissent hæredem, tamen diuisim legata fecissent, quæstio esset minus dubia.*

*ADDE videndū originaliter Old. consi. 174. ubi ponit de cōiugibus habentibus unicā filiam. Quo vero ad primū, an legatū factum in testamento, possit in codicillis adimi, uide Romā. cons. 178.*

e Quidam. *Pileus, cui in persona uxoris accidit iste casus, ut patet in ipsius q. 110. sed Accur. in l. iubemus, statim alleg. tenet contrarium quod uē uerius, si tñ testator bonam memoriam & intellectum habebat, & maxime cū interrogatus fuit a tabellione. non, n. potest dici, ꝙ aliud faciat testm̄ eo casu. facit Inst. de inuti. stip. § præterea. in fi. & §. quoties, & placet Simon. Vic. in l. iubemus, & Pet. & Cy. ibidem in fi. Hæc aut, ut dicit ibi Alb. vera sunt in testo nuncupatiuo, in solenni secus, per l. hac consultissima, & l. cū antiquitas, eod. tit. Habeo in quibusdam scriptis Iac. Bol. tenuisse, hanc opinionem Accur. & sequacium per l. Pamphilo. §. 1. ff. de leg. 3. ubi, & testatore interrogato, an ea dixisset, & ff. de hær. inst. l. nemo. ubi hæres instituitur sine expressione nominis, cum testator de præsenti dicit. Istum instituo, inuenit ꝙ in dubiis interpretandum est, ut res ualeat, ff. de leg. 2. Titia. §. in fi. et satis est, ꝙ uolūtas appareat, Codice, eo. tit. l. quoniā, & pred. l. hac consultissima, & horum opinio mihi placet, limitata vt sup. Inuenio Alb. Papi. tenuisse contrarium, tamen in his terminis, quādo intimi testatoris informati forsan de ipsius voluntate, uel forsan mediantes qd prudenter illis agendum esset fecerunt scribi testamentum, quo scripto notarius legit institutionem hæredis testatori. petens, si sic instituere uolebat, & respondit, ꝙ sic. idem fecit de legatis, dixit. n. ꝙ hoc facile datur materia fabricandi falsum, ac singula. n. affirmaret & quasi mortuus responderet, ꝙ sic, ut in l. iubemus, item iste modus testandi non est inuentus a iure, & sic superstitio improba est illum inuenire, ext. de transsati. c. 2. uer. & quia est. Leges. n. prædegata uolunt, ꝙ testatoris voluntas decletur scripto, uel uoce. item captoria uē talis testata, ex alterius uoluntate depēdēs & sic non ualet, ff. de hære. inst. l. captatorias. & Codice, eod. tit. captatorias. Dicebat tamen, ꝙ si constaret de uoluntate testatoris di stincte, ante quam tabellio scriberet prædicta, ualaret, sic scriptum & postea lectum cum tali responso, & sic loquitur prædicta l. Pāphilo. ubi fuit testator interrogatus, an prius sic dixisset, prudentes notarii & legales optimas cautelas habent in his, & e contra contrarii.*

*ADDE, ꝙ sufficiat testatorem respondere notario, quando pōt articulate loqui, tenet Bal. consilio 10. lib. 4. Roma. ubi plene, uide eius*

*eius consi. 306. Vide autem, quando aliquis longo tempore antefecit testamentum, & in mortis articulo interrogatus, quem uellet hæredem instituere, & an uelit nepotem instituere. & Respondeat, quod sic, an per hoc sit sublatum primum testamentū. Paul. de Castr. consil. 361. ubi de intellectu d. l. Pamphilo. §. propositum. An autem d. l. iubemus habeat locum, cum pater testatur inter liberos, uel ad pias causas, uide Alex ibi.*

tatis arbitrium collata, ff. de hær. inst. illa institutio. Ar
c Teneat pleno iure. *Hæc forma in quantum electionem & postulationem miscet,est hodie reprobata,nisi cum probabiliter dubitatur,an dẽat postulari?quod dic,vt de post. præl.c.uno , li.6. Quo circa hic nota primũ,q licet patroni tales electiones de facto faciant;de mente iuris satis est,quod præsentem;& uerbum Eligitur,positum in dec.eo.ti.nobis.expone,ut ibi dixi. Ego in pſentationibus,quæ ad me spectant,nunquam eligi;sed illũ , quẽ uolo institui,præsento instituendum illi,ad quem spectat,& si habeo compatronos,una cum illis hoc facio;& de facto nunquam mihi occurrit casus discordiæ; qui si occurreret,vna cum eis ẽt præsentarem,si uellem:& cognoscatur postea,quis præferendus sit,e.ti.c.3.Secundum est,quod non sufficit patrono talẽ electionẽ facere intra tẽs iuris,nisi præsentet,ut scripsi e.ti.c.ult.ĩ fi.et pbatur e.ti.c.uno.li.6.ubi ẽt de hoc scripsi sup uer.ad pſentãdũ.*
*ADDE,ut per Abb.cons.28.& 156.2.lib.*

d Et c.cũ pptet. *De hoc uide,q plene scripsi de re iu.q alicui gratiose.l.6.& iste uer.post finẽ uerborũ sequẽtiũ locari debuisset.*

e In hac forma. *Secũdũ Ros.cuius fuit ista forma sequẽs ĩ par.pe*

a meriti, & nos a zelo ipsius processimus meliori, 16. q. ulti. consideradũ. & c. si plures, ext. de eo. q in. extr. de c. ecclesia. 2. & c. in Genesi. & iunge hoc, qđ no. sup. de elec. §. 1. uers. si uero aliqs sit electus. Cæterũ de ser uitus, dominus, uel patronus a seruo exigit, uel liberto, & quid iuris, cum libertus neget se debere aliquid nomine operarum, dicetur infra de natis ex libero uē
14 tre, & infra eod. tit. proxi. §. nunc dicendum. † Et nota quod patronus non põt pñtare seipsum, ut ext. eo. l. per uestras. Sed nunquid filium suum? Et uidetur, ꝙ nõ, cum sit eadē persona cum ipso ut 15. q. 5. §. hac auctoritate. & magis punitur pater in filio, q in se, ff. quã met. caus. l. isti. Sed dic ꝯ, quia sufficit, ꝙ non sit malus,
b 15. q. ulti. decernimus b. † Sed nunquid fratres patroni poterunt pñtare unum ex se, Resp. sic, sicut & decuriones dant unum ex se tutorē, ff. de tut. & cur. da. ab his, l. ut magistratus. et quasi decuriones dicuntur, nõ
16 quasi fratres ff. ꝙ cuiusq; uni. no. l. item eorum. † Sed nunquid possum pñtare illum, q mihi dedit, seu cõ cessit ius patronatus? arg. ꝙ non, quia uidetur seipso ori ri. non. n. interest, an ipse seipsum pñtet, an ego, q eũ ipse elegit, ut in præ. l. itē. §. decuriones. ext. de senten. excõm. mulieres. Sed dic, quod si mihi ex toto & simpliciter contulit ius patronatus, possum, secus, si con
c cessit mihi hac uice ius præsentandi tantum c. † Quid
17 si aliquis est patronus in aliquo monasterio, quod qz desolatum est, unitur alteri monasterio, ut ext. de sta monach. c. 2. queritur, vtrum ille erit patronus in secũdo? Respond. si in primo fuit patronus ex fundatione, vel prestatione loci, non ideo erit in secũdo patronus, si uero ex datione, tunc uidetur res cum onere transir. Sed dic, quod nunquam erit patronus in secundo, sed solum ĩ primo, in quo presbyter semper debet cebrare, ut 26. quest. 1. & temporis. nec mirũ, & si fit præiudicium patrono, quia non est ibi propter necessitatē prælatus, idem esset, si occuparetur ab inimicis; secun
d dum Vincen. d

ADDITIONES.

a Et nos *Hic addit auctor ad uerba Roff. & additio boan. de Lati no tu indica.*

b Decernimus. *Hæc quæstio & sequens not. eod. tit. quia clerici. & ibi plenius scripsi super glo. 3.*

c Tantum. *Idem Vin. ut scripsi eo lem ti. ex insinuatione, super uer. cõtulisse. & uide, quod scripsi de institut. ca. fina. super 2. glo.*

d Secundum Vincen. *Ad literam hoc notaui in præalle. ca. 2. de relig. domibus.*

Bald. De Iure patronatus.

AN quis possit præsentare filiũ suum? tenet, ꝙ sic & si sunt duo fratres patroni, an unus possit pñtare alterum, tenet, ꝙ sic. Et an cessionarius possit presentare cedētē; dic, ꝙ sic, si habet plenam cessionem secus si habet commissionē pro ea vice tantum, & an patronatus finiatur per unionē? G. Nõ obstat C. de sac. san. ecc. Auth. quibuscunque. quia loquitur in alienando, sed istę quæstiones loquuntur in utendo Bald. uide supra de loc. §. emphyteosis debet.

De censibus, exactionibms, & procurationibus a. Rubrica.

ADDITIO.

a *Roffr. in libellis nostris hanc materiam prosequitur, & ipse solus ex practicis auctorib. saluo Bonagui. q inter libellos de hoc posuit duos breues, notat Rof. ꝙ ordinē rubricarũ nostrarũ nõ tenuit, intendo ꝙ illas, quas ponebat, ipsarũ or. linē seruato, ponere debuisset, ad propositũ inter rubricã de iure patro. & istã posuit prolixos tractatus de interdicto, Vñ ut, itē de parochijs, itē de sepulturis. item de præbendis. Habet tamen auctor sibi regratiari, quia in multis materijs ibi posuit, in quib. alij practici defecerunt. Quæstionē dominicalem 23. de soluente longo tempore minorem censũ, uide sup. de loc. §. si. ver. 42. & super regula, plus semper. lib. & dicam in fi. ti. 7. De censuali propter molendinũ quo destructo, nec uult reficere illud, nec soluere censũ, uide sup. de loc. §. postq. super ver. qõnem, 1. lo. de Deo. li. 4. de Iudeis, qui nunc episcopo, uel ecclesiæ neg at censum solutum tempore, de quo non extat memoria. Sed quæritur, utrum (scripsi de usuris in c. quanto in f.) si censuam soluit emphyteota. qui uen lidit, uide de locato, vlt. uer. 24. Duas q. res circa pedagia scripsi sup. de cã pos. §. 2. super uer. quid de colligentibus. Fuit etiam q. Rof. 36. de illo, cui pro certo fundo debebatur census (pone decem) ipse uendidit dimidiam illius fundi, & census, censualis credens totum venditum, soluit emptori die statuto totũ censum, venditor nunc petit a censuali dimidiam cẽsus, & pœnã pro cẽsu suo die sibi nõ soluto, agens certi conditione ex stipulatu, q ex cõpetit, Inst. de verb. obl. in prin. ff. si cer. pet. si quis certum, in uoluntine uideri poterit. Ipse tñ soluendo dicit attendendum, qualis fuerit soluẽs, & cui soluerit, si. n. fuit rusticus, & simplicitate gaudens, & soluit illi, qui as habeat pro parte, excusat eum à pœna dicti ff. de pb. cũ de i i leb. to. Nec ut falsũ, quod habet aliqđ veritatis primordium, ff. de l 2. cum filius, §. hæres, liberetur ergo propter iustã ignorantiam, ff. de solut. qui hominem: maximē si fit se dignus erat emptor, facit ext. de proc. in nostra. de præben. nisi essent, in prin. Inducit etiam pro eo. ff. si quis, cau. l. 2. ff. de cõm. l. fin. Item quia venditor fuit in culpa, non denunciando censuali, facit ff. mandati, si fideiussor. § si Sub dit ẽt, quod etiam si locus esset pœnæ, committeretur in totum, de quo no. ff. si quis cau. si seruus. & extra de pœ suam. Ad dimidiam aũt census, licet solutam emptori. dicit eum teneri, per l. uero procuratori, ff. de solu. extra de iureiur. eã te. Repetere tñ poterit dimidiam, quam soluit emptori, per conditionē indebiti. Per ꝙ etiã patet, quod prædicta solutio cũ non libera ut, ff. de cõditione indebiti, l. si nõ sortx. & l. elegãter.*

HAec rubrica tres habet partes: vnde primo de prima, secundo de secũda, tertio de tertia videamus.

*SVMMARIVM.*

1 *Rubrica de censib. & exactionibus & procurationibus, tripliciter consideratur.*

2 *Libellus qualiter sit, quo ad petitoriũ, super censib. cõcipiendus.*

1
a I. §. Super † prima igit parte, s. sup cẽsibus, quo ad possessoriũ sic cõcipit libellus a.

LIB. Coram, & c. cõqueror de P. rectore talis ecclesiæ, vel rustico tali, q uia cum ratione ecclesiæ meæ essem ego, vel pdecessores mei in possessione, seu quasi percipiẽdi ab eo, vel prædecessoribus eius nomine cẽsus, & longo tempore perceperim singulis annis tali festo duodecim denarios, vel duos capones, uel librã ceræ, vel piperis, vel huiusmodi, sicut cẽsus fuerit impositus, ratione subiectionis, vel ex cã locationis, uel alia simili, pro tali prædio, quod a me tenet, & huiusmodi, dictus P. me & dictam meã ecclesiam prefatis meis iuribus, seu eorũ possessione spoliauit, vel quasi: uel mihi subtraxit, & soluere negauit. unde peto me in dictam meã ecclesiam super præfatis iuribus reduci in possessionē, uel quasi, percipiẽdi ab ecclesia ipsa, seu ab eo, illos 12. denarios & capones ipsos, & alia. peto etiã nomine subtractæ pensionis, vel seruitii detenti decē lib. mihi idoneè caueri, quod singulis annis illud pstabit integre, & eum ad id sententialiter condemnari & cõpelli, iunge, si es Legista, & ad hoc propono actionē ex stipulatu præsumptã, ff. de usu. cũ de in rem uerso. Et licet dixerim in libello Ratione subiectionis, vel talium rerum, non tamē habet quis necesse causam in libello inse-

ADDITIO.

a Quo ad possessorium sic cõcipitur libellus. *Secundũ Bonag. cuius fuerunt hi duo libelli, quos multum ampliauit auctor. Rof. etiam sub hac rubricæ parte unum posuerat.*

inserere, secundum quosdã. qđ dic, vt no. extra eo. tit. puenit. Quod aũt dixi de cautione, probatur ff. de iu. in oĩbus, ff. si ser. uend. harum. & l. egi. & ext. de deci. dũ. in h. Argum. tñ ɔ̃: quia tractatus futuri tẽporis nõ spectat ad iudicẽ, ff. de usu. l. 1. Solue, ut s̃. de deci. vet. subtractis. & adde hic, ꝙ no. s̃. de restit. spo. §. nunc di camus, & de cau pos. & ꝑpr. §. in retinẽdæ. sed hęc for

2 ma frequentatur. † In petitorio vero sic libell' ɔcipiẽ

LIB. Coram, &c. cõqueror de P. rectore talis eccle siæ, qui nomine & uice ecclesiæ suæ vnam librã piperis, vel cærę, & huiusmodi, vt supra, mihi in tali festo singulis annis ex tali causa dare & soluere pmisit: & licet longo & lõgissimo tẽpore soluerit, ita quod ea legitime præscripsi, nunc tñ soluere indebitè recusat. vnde peto ipsum cogi ad solutionem prædicti cẽsus, & ipsum ad id de iure teneri sentẽtialiter declarari: pe to etiã mihi idoneè caueri, quod annis singulis id exo luet, vt C. de pactis, si certis, sed quod dixi de ꝑscriptione, non est necesse poni, quia tempus nõ est modus inducendæ obligationis, ff. de act. & obl. obligationum ferè, §. placet. Nec inducit actionẽ, sed parit exceptionem, ut supra de præscri. in prin. Sufficit ergo allegare solutionem, quod dic, ut in pręd. §. nunc dicamus. uer. sed & si aliquis. Vel sic.

LIB. Coram, &c. cõqueror de P. abbate & cõuẽtu talis monasterii, qui pro seruitio a me ipsis impenso et impendendo se mihi solenniter obligarunt tali loco, & termino 20. marchas argenti pacificè annis singulis soluturos: ipsi uero ɔt. promissionẽ hmõi temere venientes, sine rationabili cã in solutione pẽsionis hmõi per quinquenniũ cessauerunt in meum pſudicium & grauamẽ: quare peto per uos dictos abbatem & cõuẽ tũ in centũ marchis, in quarũ solutione cessauerũt, ut inposterum annuatim de 20. marchis mihi satisfaciat, & sup hoc cautionem præstẽt idoneã, sentẽtialiter cõ demnari. & ad satisfaciẽdũ de subtractis cõpellendos fore pronunciari, & per uos compelli. peto ẽt dãnũ & interesse, &c. Hæ formæ ꝓbãtur ext. e. prohibemus, & c. ꝑterea, & c. quanto. & c. puenit. de ele. querelã. de trã sact. de cætero. C. de pac. si certis. C. de usur. quis. & ff. de usu cũ de in rẽ uerso. De seruitiis aũt, q̃ dominus, uel patronus a seruo, uel liberto, uel uasallo exigunt,

a dicã inf. de natis ex lib. uen. & inf. prox.ᵃ Item de seruitiis a rusticis uel colonis præstandis subtractis, uide in pręc. §. retinendæ. & §. nunc dicamus.

ADDITIO.

a Proximo *Ver. verificantur de uasallo, de aliis nil ibi dicit.*

## De exactionibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Exactio tributorum diuersimode consideratur, secundum quas exactiones diuersimode etiam formandi sunt libelli.*

2 *Instrumentum qualiter fit super locatione pedagii formandũ.*

3 *Vasallus contra dominum insolita seruitia exigentem, qualiter libellum formabit, ne amplius exigat.*

4 *Iudicis officio succurrendum est illi, cui ultra uires collecta imponitur, vel qui ad officium uocatur, nec tenetur.*

5 *Vocatus ad officiũ si est inhabilis, qualiter formare bẽat libellũ.*

6 *Iudicis officio dominis succurrendum est, quibus, colonis eos dominos esse dubitantibus, denegantur redditus.*

7 *Munera personalia, patrimonialia, seu mista, quæ sint, & qualiter indicantur.*

8 *Vniuersitate in quibusdam debitis obligata, an quilibet de uniuersitate teneatur conferre ad debiti solutionem.*

9 *Vniuersitate alicui domino ad annuam pensionem obligata, si dominus aliquem de uniuersitate priuilegiet non soluere, an pro illo soluet uniuersitas, aut tanto minus, quantum ille soluisset.*

10 *Vicinia puteũ, uel clibanum, uel porticum habente, quæ egent refectione, an aliquis ex uicinis possit illorum usui renunciare, ne subiaceat collectioni uel collectæ.*

11 *Vniuersitatis pactum rustico factum de non petendo ab eo collectam, an sit ualidum.*

12 *Rusticus uadens ad habitandum in quadã villa, uel castro, quę iam erat debitis obligata, an teneatur conferre ad solutionẽ.*

13 *Rusticus alicuius uniuersitatis debitis grauatę inde recedẽs, an teneatur, ex quo ibi erat tempore debiti contracti.*

14 *Damno alicui in castro, uel uilla dato, si agatur ad emendationem, an ipse idem debebit cum aliis contribuere.*

15 *Electus ad duo officia in eadẽ ciuitate utrum illorum retinebit.*

16 *Electus in potestatem cuiusdam castri, an altero se opponente lite pendente officium potestariæ exercebit.*

17 *Si collecta fiat, ut secundum æstimationem bonorum cuiuslibet soluatur, an bona uxorum sint æstimanda.*

1 2. §. Nunc dicendum restat de secunda parte rubricę, s. de exactionib. † Scias er-

a go a, quod qñque publicani, siue exactores tributorũ exigũt vltra debitum, ideo ꝑtor ɔtra eos induxit actionem in factum ex edicto de publicanis, per q̃ cogun-

b tur restituere in duplum ĩtra annum b, post simplum ei, a quo ipsi, uel eorum familia exegerunt, ff. de publ. & vec. l. 1. Sic ergo libellus concipietur.

LIB. Coram, &c. cõqueror de P. publicano domini Imperatoris, vel Reipublicæ: qui nomine publicani sciens me nihil debere, exegit a me c. vnde illa c. mihi in duplum restitui peto, & ad hoc ꝓpono actionẽ in factum ex edicto đ publicanis. Actor ergo sic ponet.

POS. act. Pono, ꝙ es publicanus. Item quod nomine publicani 10. a me extorsisti. Itẽ quod illud, quod exegisti, per vim accepisti. hæc ꝓbatur ff. eo. l. j. §. n. & 2. & l. licitatio. §. qđ illicite. C. ꝙ me. cau. l. 1. Reus vero sic:

POS. rei. Pono, ꝙ tantum T. fuit publicanus. Item ꝙ id, quod accepi, pro tributo illius prædii percepi. Item quod illud debebas soluere. Item quod tantum redditur ex illo prædio, quod a te possidetur. Quę autem pedagia leuari possint, & an collectores pedagii ꝓhiberi possint, not. supra de causa poss. & propri. §. quia vero. ver. quid de colligentibus. Qualiter formetur instrm̃ super locatione pedagii, not. supra de loc. §. 1. ver. por-

2 ro. † Sępe quoque c dominus a vasallo, qui ratione ali-

c cuius possessionis certũ facere domino tenetur seruitium, vel a colono plus solito, & plus debito exigit, vnde quia eis nulla actio cõtra eũ competebat, quia nec vi bonorum raptorũ, nec quod metus causa, nec con-

d stitutio, si quis in tãtã d ideo in subsidium datur eis iudicis officium, ne deinceps talia faciant, & exacta reddant, C. lib. 11. in quib. causis col. cen. domi. ac pos. l. 1. in

e Auth. de quæstore, Colla. 6. in quo sic libellus ɔcipiẽ e: LIB.

ADDITIONES.

a Scias ergo. *Secundum Rof. ubi de hoc edicto, & eius sunt hæc uerba, usque ibi, quæ autem. et tria, quæ requiruntur hoc casu, per positiones patent.*

b Intra annum *Hanc tamẽ pęnam euadit restituendo subreptum ante sñiam, & hoc respectu dicit l. 1. §. 2. quod hoc edictum est mitius. nam contra eum competit ui bo. rap. & furti, quę dantur in qua druplum, & non est in illis prædictum beneficium.*

c Sæpe quoque. *De edictis saltat ad officia, et hoc est septimum in ordine officiorum, s. de offi. iudic. quod sub colono, uel uasallo, & hoc usque ibi, porro.*

d Si quis in tantam. *Supple, quia non non inferebatur violentia quo ad primum & tertium, nec metus quo ad secundum.*

e Libellus concip. *Hos libellos nõ inuenies sub proxima rubr. de qua sup. nã declarauit plene, & ꝑ diuersas rubricas, q essent ascriptitii, q cẽsiti, qui coloni cõditionales, & c. tractatus demũ de uasallis, & sub rubrica de facto uasalli inuenies hos libellos, sed libellos dñorum cõtra ipsos colonos in possessorio, uide sup. de caus. poss. §. 1. uers. si uero rustici Host. aũt de prædictis diuersorũ nõium agricolis plene tractat in rubr. de natis ex libero uentre.*

LIB. Coram, &c. conqueror de P. domino meo, cuius sum colonus censitus, qui à me exegit 10. plus, q̃ ꝯsueuerit, & debuerit, q̃a cũ debeant sibi 10. nomine census, ipse exegit 20. & exegit etiã pro tempore futuro, unde peto, quod 10. exacta mihi restituat officio vestro, domine iudex, & quod prohibeatur exigere in futurum, & ad hoc propono officium iudicis. Eodem ẽt
3 modo concipiant adscriptitii & alii coloni. † Vasallus uero sic concipiet.

LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui à me talia seruitia exegit, s. quod fodiam sibi hortum, uel areã, plantem uineam, uel cooperiam sibi domum, uel portẽ literas, uel similia, quæ sibi facere nõ consueui, nec debeo, unde peto, quod prohibeat officio uestro, domine iudex, à me exigere in futurum, & quod decem, q̃ à me hac ratione exegit, mihi restituat: & ad hoc propono officium uestrum, domine iudex, infra de natis ex libero uentre, uers. cæterum. & seq. Vel sic:

LIB. Coram, &c. Conqueror de P. domino meo, cuius uasallus sum, qui considerata qualitate feudi, ꝙ ab eo teneo, ꝓ seruitio, seu corredo Imperiali, uel filia maritanda uel aliis, exegit decem plus, q̃ sibi debeam, & q̃ consueuerim præstare, cum semper præstiterim ꝓ corredo Imperiali, uel pro exercitu tantum 10. & ipse à me modo exegit 25. ideo ago ꝯ eum, ꝙ prohibeatur in futurũ à me exigere officio uestro, domine iudex: & ad hoc propono officium iudicis, C. li. 10. an qui ca. col. cen. l. 1. C. de agric. & cens. l. fi. in Aut. de quę l. Col. 4. arg. ff. si quadr. pau fec. dic. l. pe. ff. de iur. delib. l. si q id quod. Actor ergo sic ponet.

PO. act. Pono, ꝙ sum censitus uasallus tuus. Item ꝙ hoc debeo uel conueni pręstare tibi nomine census, uel seruitii. Itẽ quod à me exegit hoc ultra illud, C. in quib. cau. col. cen. l. 1. Reus uero sic:

PO. rei. Pono, ꝙ id, quod exigo propter talẽ possessionem, quam postea tibi dedi, exigo. Item ꝙ tua sponte recepi. Item ꝙ sponte obtulisti, & soluisti. Item ꝙ hoc plus ex certa scientia soluisti, ff. de reg. iur. cuius per errorem. Et iunge hoc, quod no. s. de feu. §. q̃m. uer. & nota, ꝙ. † Porro a si ultra uires collecta imponitur, uel
4
a uocatur ad officium qui non tenetur, per officium iudicis succurritur ei, C. lib. 10. quemadmodum ci. mu.
b ind l. 1. 2. 3. & 4. b ff. de uac. mun. l. sextum decimum. §. fi. Sic ergo tunc libellus concipitur.

LIB. Corã, & c. conqueror de P. collectore ciuitatis nostræ, uel castri, uel uillę, qui supra uires patrimonii mei mihi duas libras indixit: cum habita rõne & collatione patrimonii mei de collecta mihi imposita contigeret me tantum modo vna libra. unde peto a
c nobis, ꝙ tale indicium tollatur, & a me nil exigatur c, ut in præalle. l. S autem collector exegit, iungas. & peto, ꝙ libras exactas mihi restituat, C. lib. 10. in q̃ caus.
5 col. cen. l. 1. † Si uero uocaris ad ad officium, cũ sis inha
d bilis d. sic concipere.

LIB. Corã, &c. ꝓpono, ꝙ cũ sim in habilis ad officium consulatus, uel aliud, uel sim de alia prouincia, uel uocatus ad munus tale, & ab illo appellauerim, appelatione pendente ad aliud munus me talis noĩator noĩauit. unde peto ꝑ uos a tali noĩatione releuari, & ad hoc ꝓpono officiũ uestrũ, ut præ. l. C. quẽadmodũ
e ci. mun. indi. e †. Econtra quandoq; domini ab ascri-
6 pititiis, seu colonis reditus, siue sint in pecunia, siue ĩ aliis speciebus, exig. uut illi uero recusant soluere, dubitantes, an domini sint prędiorum, pro quibus exigitur, ũde dominis per officium iudicis succurritur: in quo sic libellus concipitur.
f LIB. Corã, &c. conqueror de P. f colono. uel adscriptitio meo, q̃ mihi reditũ 10. li. certę, uel 10. sol. uel simile soluere debet pro talibus terris, quas sibi locaui ꝓ prædicto reditu quem reditum mihi soluere recusat dubitans. an sim dominus illarum rerum, unde ago ꝯ eum, ꝙ vel mihi fideiussorẽ det de ꝓdicto reditu mihi soluendo sine ꝓcrastinatione, si ꝓbauero me dñm illorũ ꝓdiorũ, vel prædictũ reditũ mihi soluat, & ad hoc
g ꝓpono officiũ vestrũ, C. de agri. & cẽsib. litib. g. † Quæ
h autẽ sint munera ꝑsonalia, q̃ patrimonialia, & q̃ mixta, no. ff. de mu. & ho. l. 1. & fi. Et scias, ꝙ ꝑsonalia indicunt rõne originis, uel incolatus, uel priuilegii, ut C. li. 10. de incol. l. priuilegii. Itẽ ĩ collatione muneris ꝑsonalis ĩspi-
i cienda sũt ętas, facultates, uita, & fama, ff. eo. i rẽpublicã. & l. vt gradatĩ. & l. hono. §. de gerẽdis. C. de epi. aud. ꝑsides. Itẽ patrimonialia imponunt ꝓ mõ possessionũ masculis & feminis, minorib. & maiorib. ff. e. l. si. §. pa-
K patrimoniorũ. C. e. k p totũ, C. quẽad. ci. mu. ind. l. fi. C. li. 10. de anno & tri. ĩ eaudẽ. & grauati leuamẽ accipiãt ꝙ ꝓ criminosa cõmenta est eis impositũ, C. li. 11. de cẽ. q̃ s e grauatos. † Quid si aliqua uniuersitas tenet in quibusdam debitis, nũquid quilibet de uniuersitate tenetur conferre ad debiti solutionẽ? de hoc no. ff. quod cu
l iusquæ uni. no. l. 1. §. quib. autem eorũ l. Pone, Rheginus habet prædium in diœcesi Parmen. nũquid tenetur ad collationẽ in ciuitate Parmę? Rñ. patrimonialia munera dẽt Parmę subire, nõ ꝑsonalia, ff. ad mu. filii. §. fi. ff. e. rescrip. §. fi. & l. si. §. ꝑterea. ff. de cẽ. forma. C. quẽ ad.

ADDIDIONES.

a Porro. *Totum, quod sequitur fuit Rof. usque ad uersi. quæ autem, & continuatur supra proxima rubrica.*

b Et 4. *l. 2. & ulti. faciunt ad primum dictum, 3. & 4. ad fin.*

c Exigatur. *Intelligo de personæ in dicto.*

d Inhabilis. *De hic distinctione uide, quod scripsi de uoto. multa. in gl. ante pe. hoc dico propter leges allegatas, quæ non sonant in defectum.*

e Indi. *Scilicet 3. & 4. ut dixi supra.*

f Conqueror de P. *Rof. dicit, Propono, quod P. &c. & hac de causa hoc dixit, quod scripsi sup. de offi. iudic. super rubrica.*

g Litibus. *Scire debes, ꝙ cõtra cõsiliũ uel prouisionẽ huius legis Rof. fortius resistit, q̃ gl. uel And. sic dicẽs, ꝙ auctor locauit, ut dñs illas colonis, uel adscriptitiis pro certa portione soluenda in pecunia, aut soluendai u alia specie, & tunc erat contractus innominatus; ff. depo. l. 1. §. si quis seruũ. Proponat ergo dñs primo casu actionẽ locati, 2. ꝑscriptis uerbis, uel aduocet terras, uel ipsarũ possessionẽ, per l. si quis conductionis. C. loca. Quæ ergo stultitia dñs iste agere nollet de proprietate, probãdo se dominum, ꝙ uult lex illa, cũ recuperata possessione colono incũbit illud onus q̃ fiet de possessore petito, ff. de rei uẽdica. l. is, q destinauit, & habebit ex hoc maximũ cõmodũ, C. de rei uendi. l. fi. Insti. de interdi. §. cõmodũ. Si uero ipse actor nõ locauit, quo iure petet a rẽtari colonũ ad fideiubendũ, & iudex quo iure hoc faciet cõtra l. hæc stipulatio. ff. ut le. uel fi. lei. nomi. ca. ff. de proc. nõ cogendũ. Itẽ soluere, quæ est alia alternatiua, q̃uo eũ coget, cũ de dibito nõ cõstet? Respondet prudentissimũ fuisse illius legis consiliũ datũ in subsidiũ, quia non erat certũ dñm locasse, obiectio. n. procederet cũ certũ esset eũ locasse, sed quia colonus, vel adscriptitius aliquib. & paucis annis soluerat censũ domino, solutio illius tpis inducit hoc remediũ, ut colonus fideiussorẽ det, uel soluat, nec dico, ꝙ illa solutio faciat cẽsũ debitũ, ut per illã ĩ posterum debeatur, C. de pac. si certis annis. ff. de act. & obl. l. obligationum, §. placet, sed facit, ut sciãt soluens ad quorum alterum teneat, de quib. sup. simile ff. de tine, actuq; priua. ex primo capite. si in triginta dieb. hoc acquiro, ꝙ prohibendus nõ sum, quandiu de iure meo probẽ, ff. eo. ti. l. 2. & simile in interdicto de aqua quot. & æsti. ff. eod. ti. l. 1. §. quod autem. Item simile in electione, cui semel interfui, extra de causa poss. cum ecclesia. secundum eum.*

h Quæ autem. *Hic incipit ponere uerba Alb. Gal. in tit. de mune. & ho. ubi totum habetur, exceptis uersiculo, sed quid si uniuersitas. & uer. item pone, & uersi. fi.*

i ff. eodem. *scilicet, & sic inf. allegat, & sequen. uersi. Digest.*

K C. eo. *scilicet de mune. patrim.*

l §. quibus autem eorum. *in ult. gl. ibi nota. & dicit hic Abb. quod bona communia possidebuntur, uel uendentur, quæ si non extant, fiet collecta, & de hoc plenius supra de sen. excommu. §. sequitur. uer. quid si uniuersitas.*

ad ci.mu.iud.l.fi.C.l.10.de mul. &cũ ĩ quo loc.l.j. Quę
aut dicant munera, q̃ possessoribus inducũtur, habet
in prędic.l.honor.§.viarum,& in prædic.l. rescripta.§.
a fina. a † Quid si vniuersitas alicuius loci tenetur ali
9 cui domino ad certam annuam præstationem, dominus
autem concedit priuilegium alicui personæ de
vniuersitate, nec prestare tenetur. vnde vniuersitas
nunc soluit tantum minus, quantum illum priuile
giatum de collecta contingebat; quæritur, utrum te
neatur uniuersitas ad integram collectam? & uidetur
quod sic, arg. C.li.12. de decu.l.uacuatis. Nam pri-
uilegium vni concessum, non est uniuersitati conces
sum ff.de rerum diuis. in tantum. vnde non debet ad
eam extendi, Insti.de iur.nat.§.quodcunque, ff.de con
sti.princip.l.1. Idem in pactis, ff.de pact. si vnus. §.ante
omnia. priuilegia enim singulorum legem commu-
nem non faciunt, vt 25. quæstio. 2. non exemplo. Dic
cõtra, quod uniuersitas possit se ꝓ parte illius excusa-
re, C.de pact. creditores. C.si contra ius, vel util. publ.l.
fina. ff.de lega.1.si fundus.§.si libertus. ff.de alimẽ. & ci
ba.leg.l.4. ff.de censibus, cum possessionibus. ff.de ex-
b cept.dol.si a patre b † Item pone, quædam uicinia ha-
10 bet puteum, vel clibanum, uel porticum communẽ,
quæ eget refectione, uel purgatione, nunc quidam ex
uicinis uolens euitare collectionem, siue collectam,
vult renunciare usui & commodo illius, quæritur, an
possit? Videtur, quod propterea non euitabit. nam si
in puteo, nel clibano non est id, unde fieri possit, col-e-
ctio est in quolibet facienda. ut C.de æquæductu, le.ad
reparationem. C.de oper.public.l. ad portus. Nec a pri-
uilegio dignitatis se potest aliquis excusare, ut ibi etiã
ecclesia, C.de sac.sanc. ecclesi. ad instructionem. Imo
omnes compelluntur, ut C. de ædific. priuat. si, ut pro-
ponis. ff. pro soc. cum duobus.§. item si communem.
Collectio enim non fit propter personam, sed propter
domum, nec est a persona, sed a domo facienda. quod
patet, quia inquilini non debent soluere pro illa colle-
ctione, & si soluerint, possunt computare in pensio-
c nem, ut ff.de uia publi. c in l. Græca. & ad hæc C.de pi-
gnor.in summa. unde debet soluere, etiam si ad aliam
se transferat ciuitatem. Argument. contra, quod possit
renunciare. ff. de coll. illi.l. prima. in fina. C.de pact. si
quis in conscribendo. extra de regul. apostolicæ. ff.pro
de relic.per totum. Ratio enim, quare debet soluere,
est utilitas, quam inde sentit, ff.nequid in loco public.l.
secunda.§.vicinales. Itẽ facit, ff.de dã.infect.ꝑtor ait.§.
fi. ff.si seruit.uendit. & si forte.§.2,& 3. ff.de vsufr.si ab-
d sente, in quib.dicitur, ꝙ nõ cogitur q̃s rudera d tollere
& domũ reficere, si uelit domũ ꝓderelicta habere. Sed
certe hic nolebat domui renũciare, sed solũ vsui & uti-
e litati parci ꝙ si facere uellet e, non cogetur. Dicendum
est ergo ꝙ cogendus sit conferre, ẽt si uelit usui renun
ciare, nisi forte uelit domũ pro derelicta habere, ff.de
lega.secundo. si quis filios.§.fi,& l.si hæres. tarda enim
f est renunciatio, cum iam habuit utilitatem f. Vel distin
gue, an indigeat refectione, q̃a corruit ꝑp operis uitiũ,
g & tũc non tenetur, an indigeat ꝑp vsum g, & tunc tenea
tur, ff.loca. & conduct. Martianus. & l.fin. in fin, & facit
ff.de mun. & hon. cura ex te.§.fina. ff.de re mil. qui cum
11 vno.§.non omnis. C.de pignor. act.post. † Quid si vni-
uersitas fecit pactum rustico de non petendo ab eo col
lectam, nunquid ualet? nota. Accursi. quod non, C. li-
h bro 10.de decur. uacuatis h. Vel dic i, si est oriundus
i de villa, non ualet, nisi ex causa uera & approbata, ut
C.de his, qui a patri.l.prima libro 10. Si uero non sit de
uilla, seu subditus fides ei seruanda est, ff.de iure immu
k ni.l.secunda. k † Sed quid si aliquis rusticus iuit ad in-
12 habitandum in quadam uilla, uel castro, quæ iam erat
debitis obligata? Dic, quod non tenetur conferre

ADDITIONES.

a §.fi. *Ad materiam uide, quod scripsi de immu.eccl.c.1.iæ in gl.de hoc li.7. Quia tamen plus in onerib.ecclesiarum, quã personarum institi, auctor aũt hic de personis laicis tractat est sciẽdũ, ꝙ si Parmensis origine transtulit domiciliũ Rhegij, & habet bona Parmæ, sũ originale domicilium proprium, uel patrimonium, uoluntate non possit regulariter etiam quantũ ad onera, ulterius adiectione, uel accumulatione, mutari, ff ad munici. assumptio.in pri. & præditũ l.ordine.§.fi.saluo, quod de senatorib.dicitur, eod.tit.l. municipes, & de seu.l.pe.& no.C.li.10.de munic.& orig.l.origine. sequitur propria neminem posse uoluntate eximi. Manifestũ ergo, ꝙ tenebitur in ciuitate Parmę duplici consideratione, originis & possessionum, subire onera prædialia & personalia, quæ pro prædijs imponuntur, ff.ad munic.in col.1.& de mu.& orig.li.10. & uide, quæ ibi no.& de inco.l.2.& illæ leges, in quantam dicũt, ꝙ in utroque loco tenetur, quo a ciuitatem Rheginam, de persona lib.non concernentib.prædia. In illa.n.mistura, qua loquimur de personalib.propter prædia, cum duplex sit ius ciuitatis Parmensis, ut dixi, illud mistum competit potius habenti duas rationes, quam habenti unam tantũ, de iure pat.suggestum, in fi.ubi concord.& est tex.in autg.de consan.& vter.fra.§.ult.col.6.& hoc casu onus tale prædiale, uel mistum nõ subit in ciuitate Rhegina, ne duob.locis illa cõpellatur agnoscere, C.de mul.in quo loco, & c. l.1.& quod ibi nota.in ult.glo. Si uero in ciuitate Parmæ non erat ciuis originaliter ipse, uel pater illud domicilium solum acquisitũ bene potuit mutare, ff.ad municip.l.nihil in col.2. Quo casu uidetur, ꝙ de bonis Parmæ dimissis, uel postea quæsitis, munera mista solues Rhegã, nam in hac mistura, quando unam solam rationẽ, diuersam tamen habet locus uterque, quia Rhegium personam, Parma prædium persona, & quæ dignior est, præponderabitur, et trahet ad se minus dignum, facit ff.de usu in pecudum, ad fin. ad idem ext.de consec.eccl.uel alt.quod in dubijs, ff.de relig.& sup. fu.cum in diuersis, C.de app.præcipimus, ante fi. ad hoc.inducitur, ff.de tut.& cura.da.ab his, l.1.in fi.& de reb.eo.qui sub tut. uel cur.l.magis.§.illud, ubi tutor simpliciter datus a iudice domicilij, ad totum patrimonium, ubicũque sit, datus esse uidetur, dicet ab existentib.in alia prouincia ille datus se ualeat excusare, ff.de excu.tu.l.illud. Noĩatim aũt ad patrimonium alterius prouinciæ dari non posset, uide eo.tit.ꝑp litem, §.licet, & quod ibi nota. ad hoc faciunt, quę scripsi post Inn.& Host.de for.cõp. postulasti in magna gl. Sed simpliciter, uel merè prædialia, quæ patrimonialia uocantur, tenebitur soluere Parmæ, unde rectè dixit auctor, & patet in legib.quas allegat. Distinctionem de triplici munere, personali, patrimoniali, & misto, no. Acc. C.de mune. patr.super rub.lib.10.& habetur, ff.de mu.& hon.l.1.in prin.et l.fi.& per totum. De ciuib.& incolis, & ubi, & qui munera subeant, plenè no.C.de inco.l.ciues, ff.ad muni assumptio, §.filius.*

*ADDE, in quo loco munera, siue personalia, siue realia, sint soluenda, Pe.de Anch.cons.341.*

b Si a patre. *Multum plenè scripsi de hoc post Host.de immu.ecc. peruenit in mag.gl. ubi tenet partẽ secundam, item Vber.de Bo. dicens, Azo.hoc tenere, ꝑ d.l.si pro parte, et ꝑ l.1. C.de diuer.resc.*
*DDD Anch.late consi, 61.*

c ff.de uia pub. *melius de loc.pub.fruen. ubi dixi.supra de loc.§. postquam, uer sed quæritur, utrũ ubi posuit uerba legis.ubi uide.*

d Rudera, *id est ædificia, quæ ruunt.*

e Facere uellet. *s. renunciare domui.*

f Vtilitatem. *per hoc dixit Gui.de Suz. ꝙ a cõtributione ꝑteritæ expensę, cuius utilitatem participauit, se non poterit excusare.*

g Propter usum. *ipsius & aliorum.*

h Vacuatis. *Non dicit hoc Accur. ibi asserendo, sed arguendo, in gl.2.& in fi. primæ gl. innuit contrarium.*

i Vel dic. *secundum Albe.Gal.*

k l.2. *Per hãc l.& ꝑ l.1.C.de his, q sp̃õ.mu.pub. sub.terminauit hic Alb.O lo. Mutin. sub eo pacto factũ ciuẽ Bo.ad collectas, vel munera nõ teneri. Gui.de Suz. prolixe tractauit hunc casũ, loquens de consuetudine, q̃ fuit longissimo tpe in ciuitate seruata, quod de alieno districtu uenientes ad habitandũ ĩ ipsa ciuitate, uel districtu liberi & immunes essẽt ab onerib.et exactionib.cuiuscũq; speciei pone, ꝙ hęc uerba sunt largissima, qdã habitãtes in uilla sancti Io. fruebãtur hoc ꝓ priuilegio, fecit ciuitas statutũ, ꝙ habitatores sãcti Ioã.debeãt facere & cõferre ad quoddã laborerium, ꝙ ibi sit ꝓ cõmune, nõ obstante aliquo priuilegio. quærit, an illis per consuetudi*

suetudinem liberis praeiudicet hoc statutum? Determinauit pro illis priuilegiatis per consuetudinẽ, quib. iã ius quaesitum erat consuetudinis uigore. quod eis inuitis auferre non potuit, principaliter allegat duas alias leges ff. de bo. poss. cont. tab. l. si post mortem. in fi. & ff. de pa. l. fi. & per regulã, quae vult mutari non posse consilium in alterius detrimentum. ff. de re. iu. nemo põt. eo. ti. mutare l. 6. facit e. ti. quod semel, & c. dece. Est sciendũ, ꝙ Dy. super l. si ex toto. i. rñ. ff. de l. i. tractat, an is, cui data est per ciuitatẽ immunitas collectarum, teneatur ad collectas propter guerrã. 3 Et tenet, quod sic, per l. C. li. 10. ut nemini lic. in emp. spe. se exc. l. una, aperte illa lex tollit oĩa priuilegia, cũ necessitas urget cõparari bladum, ut l. ibi exemplificat, de fame, uel guerra, si guerra restringatũ ad casum expressum, ut propter illã oporteat emptionem bladi fieri, non est casus, sed argumentum probabile, & Dy. argumentum probabile allegabat, non in casum, praemittit aũt argumenta pro & contra. Ad negatiuã, legem praedictam, si ex toto, & ff. de uac. mun. in honorib. §. qui muneris & de ser. urba. prae. si seruitus, 2. resp. Ad contrarium, ff. de contrah. em. p. l. Rutilia. ff. de trans. qui cum tutorib. & l. cum Aquil. & de aur. & ar. leg. si ita, & uide, quod no. de priuilegijs, cum capella. Tractauit Vbe. de Bob. duas qõnes de rustico, qui emit a milite possessiones, de quib. nunq̃ fuerat solutũ fodrũ, nec mireris de uocabulo, quod habetur de iure pat. vbi exponitur ꝓ collecta. s̃m vulgare Vberti, nunc id petitur a rustico. an se possit tueri? Pro rustico facit ff. de acq. rerum dom. l. traditio ff. de contrah. emp. alienatio, & l. dol. §. 1. C. li. 10. de exactor. trib. l. fi. ff. de ede. quaedam, §. nihil ff. priu. cre. l. neutris §. eorum, de ces. bo. l. 2. Sed hae duae leges loquuntur de priuilegio actionis & causae, ff. de his, quae in fra. cred. ait praet. §. 1. de sol. Modestinus, de re. iuris, qui in ius, li. 6. Soluit, quod si reperitur militem propter suam nobilitatẽ fodra non soluisse, hoc rustico non proderit, ff. de mun. & ho. l. 3. in prin. Et sic procedet, quod dicitur, datum praedijs non extingui cũ persona, sed datum personis cum illis extingui, facit ff. de acqua quot. & aest. l. 1. pe. ff. de censi. aetatem, §. rebus de re. iur. priuilegium, li. 6. Faciat ergo, quod alij rustici hoc faciant, ff. de censi. forma, §. 1. Cum ergo ex persona rustici hoc beneficium in illum cadere nõ possit, cessabit immunitas, & haec sit generalis responsio ad contraria. Ad casum bene facit, ff. de publica, & uect. licitatio, §. fi. ubi emens a fisco soluit tributa. Ad idem ff. de l. 3. fideico. §. si seruo, vbi non tenet legatum militiae factum seruo, uel secundum eum, non licebit nominatim pro illa possessione imponere frodrum. Si aũt pro toto patrimonio imponitur, licet plus, quam prius, propter augmentum tenebit impositio. Hanc distinctionem probat per aduerbum. Separatim, positum in l. fi. C. de alie. ad idem l. 1. C. de iure do. imp. ipse, inducit, quod multa legata per species, conceduntur per genus, & quae per se non transeunt, ext. de iure patrona. ex literis, ff. de acq. rerum dom. l. quaedam, de fundo do. l. 1. Extat alia qõ de castro, uel uilla ciuitati subiectis, quae tamen habent territorium, intra quod quidam nobiles possessiones latas habentes fecerunt complures domos, quae per colonos ipsorum habitantũ, et est facta parua uilla, & hoc saepe accedit, ciuitas imponit centũ pro fodro, castro, uel uilla, certa paria, boum uel certum numerũ personarum ad certas operas faciendas, de his imponunt illi de castro, vel uillulae, illi dicunt. quod nolunt cum illis communionem habere sed esse uolunt sub ciuitate. Pro eis facit ff. ad muni. ex uico C. de uect. gl. 1. & de alluuion. & palud. l. 1. & 3. iudicat contra uillulam, ex quo constat, quod in ipsius castri territorio. facta est, nec expedit castro alius probare, quam territorium, ff. de iud. insulae, ff. de uic. mun. l. 1. ad l. Iu. pecu. cum eo. facit ff. de minor. in causae. in prin. Si tamen ciuitas, vel dominus castri, uel uillae propter loci distantiam, uel hominum excrescentiam uellet illam nouam uillam cum suo territorio facere, hoc posset, & tunc secũda esset exẽpta a prima, sicut de prouincia diuisa dicitur de offi. asses. si eadẽ. Sic diuiditur ex causa unus episcopatus in duos una parochia in duas. & una praebenda in duas, 16. q. 1 praecipimus, extra de ecc. edifi. ad audientiam de praeben. uacante, in fi. & hoc eodem ti. sue. Idem esset, quando castrum, uel uilla non haberet determinatum territorium, quia secundum id illa uillula nil haberet commune cum illo castro, uel uilla, sed respondet ciuitati, uel domino, cuius certum esset fore illud territorium, et sic differt terminatum a non terminato, facit C. li. 11. non licere habit Metro. l. vna. Casum reuoluit alia qõ Gui. de Suz. mihi sub literata M. s. an immunitate data alicui castro cum suis uillis, ꝑ ciuitatem, uel eius dominum, gaudeant uillae nouiter factae? Ad negatiuam allegatur ff. de leg. 3. l. uxori, 2. respon. communia ꝑdio. l. 1. si ser. uen. l. fi. ff. de dam. infect. l. damni, in pri. Ad contrarium quod beneficia sunt large interpretanda, ff. de consti. princ. l. fi. ex de dena. cum dilecti. ff. de liberis & posth. l. placet. ff. de seruit. l. si seruitutus. Ipse tenuit primum per leg. ff. de l. 3. Iul. in fi. quae bene facit cum l. seq. Ad casum facit decr. do priuilegius, cũ capella. oum ibi no. in 1. gl. & quae super ea dixi & remisi.

ADDE an immunitas concessa uenientib. ad habitandũ, possit reuocari. Pet. de Anchar. cons. 2. Alc. consi. 106. 2. lib. Et an immunitas concessa trahatur ad nouum oneris impositionẽ, per eundem consi. 93. 2. lib. & uide, quod late uoluit Rom. cons. 426. in 4. uol.

13 ad solutionem, vt C. de decur. prouidendum. † Sed qd
erit, si rusticus alicuius vniuersitatis debitis grauatae, in
de recedit, qui tamen ibi fuit tempore debiti contra-
cti, nunquid ipse tenetur? dic, ꝙ si iam erat ei denun-
a ciatum, non tenetur, a ff. ad municip. incola. 2. ff. de iu-
di. si quis postea, extra de for. compet. c. pen. Si autem
non erat denunciatum, vr̃, ꝙ sit obligatus, quia si vni-
uersitas haberet aliquas res ex collatione, ipse suam
partẽ reciperet, ff. de colla. illic. l. 1. & ad hoc ff. de iur.
immun. semper. §. conductores, & no. in prae d. l. in col-
latione. Sed an filius conueniri potest in loco paternae
originis? de hoc supra de compet. iud. adit. vers. 42. se-
14 quen. † Quid si damnum datum est alicui in castro,
vel villa, & agitur ad emendationem damni, nunquid
ipse idem debet cum alijs contribuere? dic, ꝙ sic, vt ff.
de le. 1. huiusmodi. §. si Titio, & ar. ff. fam. erc. l. rem pi-
gnori. ff. ad l. Rhod. de iact. l. 2. §. cum in eadem, & §. si
b nauis a piratis. b De immunitate ecclesiarum & clericorũ in se & in rebus eorum quo ad collectas, & alia,
15 vide infra de imm. ecc. & supra de cle. coniug. † Quid
si quis est electus in eadem ciuitate ad duo officia? dñt
quidam, quod illud retinebit, quod sibi primo est collatum, ita quod ordo seruetur, ff. de vsufruct. quoties, ext. de praeben. de multa, & si nõ apparet, quod primo collatum est, eliget, qui contulit, ff. de excusa. tut. qui duas. Si aũt a diuersis electus est, nec apparet, quis primo elegerit, maior iudex eliget, ff. de re iud. duo. Vel forte

## ADDITIONES.

a Non tenetur. *Vel consulib. ut no. in praedicta l. incola, ff. ad muni. & communiter habetur haec, non tenetur, sed debet esse sine Non, & uide, quod no. supra de stat. mon. uer. 48.*

*ADDE, quando nouiter ueniens ad habitandum teneatur ad collectam, Alex. con. 115. 2. li.*

b Et §. si nauis a piratis. *Et eo. ti. l. nauis onustae. §. cum autem. & ff. de lega. 1. omnibus. §. si Titio. ubi per Dyn. vt etiam dixi de electio. cum non debeat. lib. 6. super ulti. gloss. Nouissime inueni hanc quaestionem per Marti. de Fano plene disputatam, & incipit cõmuniter in capitulo. & quia Dyn. parum tractat, ideo plus instabo, praemitto, quod ipse tenet, quod supra, dicens, quod si in communi essent aliqua communia, quae cessante hoc onere fuissent in homines loci diuisa, constat. quod si sibi illuc soluatur pars sua, quae sibi diuisa fuisset, illi soluitur, quaeritur ergo, si collectam imponit oportet, etiam pars suo insolutione non erit. Pro quaestionis solutione autem ultra iura praeallegata inducit ff. de cõdi. & demonstra. q̃ haeredi. §. Plancius fami. ercis. l. haeredes. §. fi. adi leg. l. pater. §. fi. & de leg. 2. pecunia. Allegationes aũt ipsius ad partẽ contrariã in hoc consistunt, ꝙ solutio & emẽda facienda est sibi. ergo non ꝑ eũ, alias ipse esset creditor & debitor cõtra l. generaliter. ff. de fideiusso ad Velleia. tutor. & alia improbãtur in personis & in rebus, ff. de usucapio. eum, qui § 1. ff. de rerũ ꝑmutatio l. 1. ext. de decim cũ cotingat. nullus uxor & reus, nullus emptor et vẽditor. nullus ꝑsentans & praesentatus, eligẽs et electus et hic similia, q̃ uide ext. de institu. capitu. fi. in glossa. Item mihi soluendo acquirere non poteram, quod meum*

*erat, ff. de vsufr. & quemadmodum, quis vtatur, sed & si quis, alias incipit, adhuc. §. quæstionis, nec dicitur emenda facta, quæ non fuit integre, ff. de edend. l. prima, §. edere, ff. de actio. emp. l. quic quid. Inducit ẽt ad hanc partem leges in sol. alle. s. l. ab omnibus. 1. resp. & l. qui her. §. fi. Ad partem, quam tenuit soluendo inducit iura, quibus quis fungitur uice duorum, de quibus uide 89. dist. singula, in prima gl. extra de proba. ex literis, in 1. gl. ff. de adop. si consul. Responsio ad cõtraria consistit in hoc, ꝙ ipse non soluit sibi, sed cõi, ut municeps, sicut si factum fuisset damnum extraneo emendandum per municipium, cõitas aũt municipij sibi soluit, extraneo, s. damnum passo, allegat ff. de adop. si pater. §. 1. ff. de bonis liber. si filius, qui. C. lib. 12. de proximis sacro scri. si quis in sacris. Item quid si rusticus petens emendam domus combustæ, æstimauerat illam decem, in æstimis uillæ petit 20. dicit Albe. Gal. extra volumen, quod si 20 ualebat, illa licite petit 20. arb. tut. l. 1. C. commu. vtri. iud. l. scriptura. C. de test. l. uerba testamenti, nisi tunc iurasset domum decem ualere, quia tunc ad plus non tenebuntur, C. de pro. l. rationis autem, quod obtinet.*

forte eliget is, q electus est, vt ff. de leg. 1. qui duos. ext.
a de prę̃b. referẽte. a Vel dic, ꝙ neutra electio valet, ff de
16 hęr. inst. qui soluendo. † Pone: T. fuit electus in Ptãtẽ cuiusdam castri, quidam se huic electioni opponunt, dicentes, eam non valere, quæritur, an pendente lite exercebit officium Potestariæ? Rñ. dic, ꝙ nõ, si non in-
b choauit exercere. b ff. de re mil. qui status, secus, si inchoauit, ff. nil inn. ap. pen. l. 1. §. pe ff. de mun. & hono. reus. §. 1. ff. de app. Imperator, §. 1. 8. q. 4. nonne. In electo aũt in prę̃latum, dic, vt ext. de appe. constitutus, &
17 de electione, nih l. §. fi. † Quid si fiat collecta, & soluatur ſm ęstimationem bonorum cuiuslibet, nunquid æstimabit quis bona vxoris, & pro illis soluet? Dixit Hug. quod sic, alii contra, ff. ad munic. Lucius §. idem
c respondit. 32. q. 2. dominus. c

ADDITIONES.

a Referente. *& de rescriptis, gratia lib. 6. vt ibi scripsi.*
b Exercere. *Nec tunc erit locus missioni in possessionem, vt no. sup. de secundo decreto. §. uidendum, uers. quia si electus.*
c Dominus. *Distingui posset, an res sit data æstimata, vel non, & an consistat in numero, pondere, uel mensura; super quo vide, quod nota, de usur. salubriter, in fi. ult. gl. facit etiam, quod habetur C. de rei uend. doce.*

*SVMMARIVM.*

De procurationibus.

1 *Libellus qualiter sit in procurationibus concipiendus.*
2 *Metropolitano uolente iterato suam prouinciam visitare, an possit ei alle gari consuetudo in contrarium.*
3 *Episcopo petenti maiorem procurationem, cui multoties soluta est minor, an possit illa maior procuratio denegari.*

1 3. §. Sequitur de tertia parte, scilicet de procurationibus. † In procuratio-
a nibus ergo sic concipitur libellus. a

LIB. Corã, &c. propono ego rector talis ecclesiæ ꝑ me & talibus, quorum procurator sum cõtra tales, ꝙ nos tali legato, vel nuncio dñi Papæ transeunti per talem locum procurationem exhibuimus, in qua expẽdimus vsque ad quantitatem decem librarum, & specificet, in quo sic petatur, t. tm̃ in pane, tantum in carnibus, &c. quæ procuratio est ab oĩbus clericis ipsius dioecesis exhibenda, quare peto noĩe meo & eorum, quorum nomine ago, vt ipsi de prę̃dicta summa quinquaginta librarum partem eos iuxta facultates ecclesiarum suarum contingentem conferant, seu contribuant. Et si petatur, ꝙ specificetur, quarum a qualibet ecclesiarum sit conferendũ, specificet, melius tamen erit, si dicat, vnde peto partem illarum decem librarum mihi ab eis contribui, vel conferri, secundum facultates ipsarum ecclesiarum vestro arbitrio ęstimandas, extra de censi. cum instantia. Vel sic.

LIB. Coram, &c. propono ego procurator talis archiepiscopi contra abbatem & cõuentum talis monasterii, quod cum dictus archiepiscopus consueuerit recipere ab omnibus monasterii suæ prouinciæ procurationem, quæ debetur ratione visitationis, tam ratione iuris communis, quam præscripta consuetudinis, idẽ abbas procurationem ei soluere irrationabiliter contradicit. quare peto ipsum ad procurationem soluendam cogi, & ad sententialiter condemnari. ex c. sopitæ
2 & c. Romana. † Et nota, quod si metropolitanus uelit iterato suam prouinciam visitare secundum formam constitutionis illius. & c. Romana, eod. titu. suffraganei non possunt allegare consuetudinem super hoc, quod non debeat uisitationem iterare, vt in constitutionem
b Innoc. IIII. extrauag. eo. ti. b Demum de procuratoribus legatorum, & nunciorum apostolicæ sedis, uidẽ s.
3 de legato, §. superest, uer. illud quoque. † Quid si multis uicibus solui episcopo minorem procurationem quam debui, & episcopus nũc petit maiorem, scilicet debitam, nunquid possum ei denegare, arg. quod sic, C. de usur. aduersus, & l. quamquis. Sed illud in odium usurariorum, unde debitam episcopo denegare non
c possum c.

ADDITIONES.

a Sic conc. li. *Secundum Roffredum sub hac parte rubricę.*
b Eo. ti. *Quam non habemus, sed hoc dicit dec. ul. eo. ti. li. 6. & uide, quod scripsi post uer. non obstante.*
c Non possum. *De sensu formauit similẽ qõnem Vin. sup. eo. ti. prohibemus, & tenet per l. is, qui. ff. quib. mo. usufruct. amit. ꝙ si ignorans, præscribitur contra eum, secus, si sciebat sibi maiorem deberi, quasi tunc gratiam faciat de parte, quam scit sibi deberi. Vide qõnem super regula, plus semper, ubi inuenies, ꝙ hoc dictũ placet Dy. per eandem legem, & rõ. ẽ specificat huius dicti. Est sciendum, quod procuratio ratione uisitationis debita, non debẽt nisi uisitanti, eo. ti. exigit. uer. statuentes, li. 6. de of. ord. si episcopus, eo. lib. Et sic in ista non esset dubia qõ dñi Thomæ de piperata de marchione Montiserrati, & ab eo incipit quæstio, qui uniuersitate alicuius castri habere debẽs duas albergarias quolibet anno, stetit per quinquennium, quod non iuit ad castrum, nec procurationes recepit, quæsiuit an possit petere æstimationem illarum? Hoc etiam competit Canonistæ in procuratione, quæ prælato deberetur ex statuto, uel est pacto, ext. eo. c. quanto, tenuit, ꝙ non possit, maxime illa rõne, quia tacite uidetur actam inter partes & albergarias præparari & præstari, si Marchio ad castrũ iuerit, facit e. si cum uenerabilis. ibi, cum ad ecclesiam ipsam accesserit, & tacite agitur, pro expresso debet haberi ff. si cer. pe. cũ quid. de ser si cui, de ope li. quoties. circa fi. & mentem ponderamus, de ele. si postquam. §. 1. li. 6. cum conco. Itẽ quia alias esset in potestate marchionis non eundo ad castrum recipere aliud pro alio, s. æstimationem pro albergariis, & hoc licet communi consẽsu fieri possit, uni soli parti non licet, ff. de arb. si quis rẽ, facit C. de contrah. emp. l. in uendent. s. ita notabilis esset inæqualitas, ꝙ creditor a debitore inuito acciperet aliud pro alio, & quod debitor sibi inuito aliud soluere nõ posset, ff. si cer. pe. l. 2. §. mutui, in fi. C. de so. cum, a quo. Seruetur. ergo æqualitas, C. de fru. & lit. ex pe. l. fi. nec liceat actori, & c. ut in regula, non liceat actori. li. 6.*

*ADDE. quod præfatam additionem sequitur Ro. consi. 417. & illi ibi uide, quod uoluit.*

Bald. De Censibus.

SI moneta mutaẽ, vide Dy. de uerb. obl. l. q̃ extrinsecus, & sup. de sol. §. obligatio. An ecclesia teneaẽ ad aliquas collectas, hic uide. An quilibet de uniuersitate teneaẽ cõferre ad soluendũ debitũ vniuersitatis? tenet, quod sic, & fiet collecta, ut no. ff. quod. cuius. uni. nom. l. 1. §. quisquis, in gl. or. uer. quid si aliqua. G. Sed an collecta imponetur per capita, an per fumantes, an ꝑ librã & solidũ? Respondeo, aut istud debitũ est principale & tunc per libram & solidum, l. incola. ff. ad municipa. per glo. ideo enim libra fit. vt secundum libram soluatur. Aut illud debitum est accessorium, & tunc ꝑ capita,

uers. coniug. dudum. in princ. ext. eo. tuæ. & c. veniens.
& c. si inter. ext. de de despō. impub. cap. vlt ff. de uer. b
obli. l. 1. ext. de re iudi. lator. & c. consanguinei. Vel sic:

LIB. Corā, & c. propono cōtra P. ꝙ licet mihi pmi
ser. 1, ꝙ me pro cōiuge legitima haberet ī vita suę, nūc
me recipere ac retinere recusat. vnde peto eum mihi
adiudicari in virum, & quod me maritali affectione p
tractet, per vos cogi, & cogendum fore finaliter con-
3 dēnari, ext. eo ex parte. & 30. q. 5. §. si quis diuinis. † Vel
sic concipitur libellus:

LIB. Corā, & c. ppono contra P. ꝙ qui licet ipse me
cum legitime per verba cōtraxerit de præsenti, ipse tñ
a me sæpe & instanter reqsitus, me traducere. & mari
cōtra iustitiā recusans, & cum quadam Berta matri-
monium de facto, cum de iure non posset, dicitur cō-
traxisse, eamq; in suo tenet cōtubernio in animę suæ
periculum, & meum præiudicium, & scandalū pluri-
morum. quare peto matrimoniū huiusmodi īter me
& eum contractum legitimum esse, & fuisse sentētia
liter declarari, & matrimoniū, quod de facto cū Ber-
te præfata subsecutum fore dicit, cassari & irritari, cas
sum & irritum nunciari. dictumq; P. ꝙ dictam Bertā
penitus a se abiiciat, & me, ut suam vxorem legitimā
recipiat, & maritali affectione ac vsu coniugali ptra-
ctet, sententialiteu condemnari, ad premissa ipsum co
gendum fore sententialiter declarari, & hoc peto tā
contra ipsum P. q̄ contra Bertam superinductā, peto
ēt expensas, & c. extre eo. ex parte. & c. veniens. in fi. † Si
vero vult separari, ab eo, qui prius contraxerat cū Ber-
ta, quam cum ea, sic concipiet c libellum.

LIB. Coram, & c. propono contra P. ꝙ licet de facto
matrimonium cum eo contraxerim, nunc primo ad
scientiam meam peruenit, quod idem P. prius cū Ber
ta cōtraxit legitime adhuc superstite & uiuente, quare
matrimonium de iure inter me & dictum P. non pōt
cōsistere nullo modo, vnde peto inter me & ipsum P.
diuortiū celebrari, mihiqoe dari licentiā in Domino
cū alio contrahendi, extra de spon. c. 1. & c. ex parte. &
de despon. impu. duo. † Si autem uir vxorem traductā
& cognitam dimiserit, & adulteræ adhæret, faciēs su
per

ADDITIONES.

a FORMA. *Martini de Fa. fuit ista, & sequens.*
b Concip. *Secundum Bonag. & Aegi. ubi supra in prin. & breuiter omnes libelli, qui sequuntur, sunt alterius eorum, quos dixi super rubr.*
c Concip. *Secundum Roff. parte 8.*

per matrimonio cõtrouersiã, ipsa sic cõcipiet libellũ: LIB. Coram, &c. propono contra P. maritum meũ, quod cũ matrimoniũ legitime iter ipsum & me fuerit per verba de præsenti cõtractum, & ad modum eiusdẽ P. traducta factum, & eidẽ vxorio affectu cohabitauerĩ, demũ me cõtra iustitiã motu proprio dimissa & abiecta, quãdam Bertã adulteram, ut dr, superinduxi, & ei cohabitare non erubescit in animæ suæ periculum, & meũ præiudicium & grauamẽ. quare ipsum peto per vos cogi, quod Bertã superinductã dimittat, & ad me suam vxorẽ legitimã reddat, ac me maritali affectione pertractet, matrimonium legitimum inter me & ipsum fore sẽtentialiter declarari, & ipsum ad id sententialiter condemnari. ext. eo. ex parte. ext. de spon. duor. c. 34. & 5.

6 † Quod si Maria cõtraxit cum P. sponsalia, vel matrimonium, qui contractus de iure non tenet, quare ipsa cõtrahit cum T. qui audito ipsam prius cum P. cõtraxisse, illam a se repellit, & cũ Berta contrahit, Maria concipiet cõtra T. vt supra prox. vel vt supra eo. §. in tertio libello, sicut de facto occurrit, vt probatur extra eo. veniẽs. j.

7 † Si autem aliquis traducat puellam ea inuita & inuitis eius parentib. & amicis, & ipsa in domo existẽs

8 nihil dicit, tutores, vel parentes sic libellũ cõcipient, a:

LIB. Corã, &c. propono ego tutor, vel curator, uel cõsanguineus talis puellæ contra P. qui per metum mortis compulit talem puellam in se cõsentire, & ipsam per uiolentiã ad suam domum traduxit, quare peto matrimoniũ sic de facto cõtractum dissolui, cũ cõsensus locũ nõ habeat, ubi metus, uel coactio intercedit, peto & per uos puellã ipsam in aliqua honesta domo teneri & tueri, uel alicui honestę matronę deputari, ubi nihil eã timere oporteat, donec eã hmõi diffinitiuę siue calcalo sit finita, ext. eo. cũ eo locũ, &c. teq. de. pc. acce dẽs. de rest. spo. ex trãsmissa. vo, q. 3. pñs cleric⁹. Vel sic;

LIB. Corã, &c. propono contra P. quod metu mortis cõpulsa, cum eo de facto matrimonium cõtraxi, nec unquam aliquo tpe in eum cõsensi. quare peto ab eo separari, & separandã esse sententialiter declarari, ut in ptæ. concor. extra eo. ad id quod, & c. de muliere extr. de despõ. inpub. de illis. 2. ex. qui ma. acc. pos. sunt, insuper.

9 † Quod si aliqua cõtraxerit matrimonium cum furioso, quẽ sanę mẽtis esse credebat, quare postquam ad eius peruenit notitiã, timet cum eo matrimonium consummare, sic libellum concipien.

LIB. Coram, &c. propono contra P. quod cum crederẽ ipsum fore sanæ mẽtis, quia cõstitutus erat in cõspectu vmbratæ quietis, cum eo matrimoniũ de facto cũ traxi, nũc autẽ ad meam deuenit scientiã, quod ipse tũc furoris morbo laborabat, & adhuc laborat, quare nullus cũ eo potuit interuenire cõsẽsus, nec, nec secure posset qs cũ eo morari, unde peto p uos mr̃imoniũ hmoi de facto cõtractum separari, mihiq; dari licentiã cum

b alio contrahẽdi, ext. eo. dilectus. 32. q. 7. neq; furiosus. 30. q. 2. vbi nõ est, ff. de acq. po. quod uero, §. si furioso. Potest etiam quis uendicare in vxorem, ut inf. §. prox.

ADDITIONES.

a Sic lib. concip. *Secundum Ros. ubi supra parte 11.*

b Dilectus. *Et ad materiam vide, quod ibi not. in gl. 2. quæ not. Ros. ubi supra.*

SVMMARIVM.

1 *Agens possessorio in cã matrimoniali, qualiter formabit libellũ.*

2 *Mulus agens possessorio in causa matrimoniali, quẽ libellũ formabit.*

3 *Mulier a uiro suo eiecta qualiter libellum formabit.*

4 *Vir molestatus a quadam asserente se esse suum uirum, qualiter formabit libellum.*

5 *Vxore alicuius ab alio detenta, qualiter formabitur libellus.*

6 *Vxorẽ, uel econuerso uendicare per a[c]tionem in rem præiudicialem de partu agnoscendo, an sit licitum.*

5. §. Porro si agat possessorio, uel quasi, uel quia vxor recedit pprio motu à domo viri, tunc enim consiliũ est, quod agat uir possessorio

a ut ff. de rei. uen. is, qui. sic libellum concipiendo a.

1 LIB. † Coram, &c. propono, quod cum olim cum Berta matrimonium legitime in facie ecclesię contraxissem, & eidẽ traductæ cõsummato inter nos matrimonio diu cohabitassem, ipsamque in omnibus maritali affectione tractassem, nũc ipsa, nescio quo ducta spiritu, à me ppria auctoritate sine iudicio ecclesię diuertit me possessionis, seu quasi suiipsius, seu psonę iure, seu uxorali, siue maritali possessione, & cohabitationesui ausu temerario spoliãdo, quare peto ipsam vxorẽ meã p uos mihi restitui, & possessionem ipsius, uel quasi, & ut ad me reuertat, & me uxorio tractet affectu, p uos cogi, & ad hoc ipsam sñliter cõdẽnari, ext.

b de resti. spol. ex trãsmissa b. &c. literas. 19 q. 2. cuius rei

2 causa. † Eodem modo concipiat mulier contra virum verbis competenter mutatis, vt eod. titu. ex conquestione. & extra de offic. delega causam. extra de diuor. porro. extra ut lit. non contest. c. 1. quia uir & uxor. quo ad hoc ad imparia iudicantur, 32. quæst. 1. si quis uxorem. 1. extra de diuor. gaudemus. §. quia uero. insi. ext. de conuer. coniu. quidam. in fi. hoc saluo, quod tunc si ues, potes sic addere post illud uerbum. Et cohabitatione, &c. & necessariorum exhibitione. Vel concipitur sic,

LIB. Coram, &c. propono cõtra Bertam vxorẽ meã, quod cum matrimonium cum ea ligitime contraxerim, & mecum per quinquẽnium cohabitauerit, nũc sine causa legitima solo uoluntatis arbitrio mecũ cohabitare, ac me affectione uxoria tractare recusat, quare peto ipsã p uos cogi ad me redie, & cosueta, & iuris debita obsequia mihi pstare, & me in ipsam possessionem, uel quasi, reduci, & ad id ipsam sententialiter cõdẽnari, extra eo. ad id, qđ. C. qui pot. in pig. hab. assiduis.

3 † Si autem uir eam à se eieceri, ipsa, sic libellum concipiet.

LIB. Coram, &c. cõqueror de P. uiro meo quod cũ me cum matrimonium in facie ecclesię cõtraxerit, & me in domum suam traduxerit, & me, ut uxorem, diu tractauerit, nũc me propria temeritate abiecit, & me possessione, uel quasi suiipsius, seu iuris cõiugalis temere spoliauit. quare peto mihi ipsum restitui, & me ad eandem quasi possessionem sui iuris coniugalis reduci, in qua erã prius quã me taliter abiecisset, & ad hoc ipsũ cogi, & sñaliter condemnari, extra de diuor. porro. de rest. spol. ex cõquestione. & c. ex transmissa. & de offic. dele. causã matrimonii.

4 † Quod si aliqua te molestat, asserens te suum esse maritum, sic libellum concipies.

LIB. Coram, &c. propono cõtra Bertam, quod licet inter me & eam nullum sit uinculum matrimoniale cõtractum, ipsa tamen me molestare non desinit, me suũ falso asserens esse maritum, quare peto ipsam per uos cohiberi à prędictis, & compelli, quod desistat & cesset ab iniuria & molestia huiusmodi, quam mihi facit, uel quod probet, si quid iuris se in me habere cõtẽdat, & ad hoc ipsam sententialiter condẽnari, C. de ingen. ma. diffa-

c mari c. C. de remi. l. pig. si eo tẽpore. ff. de bon. aut. iudic.

5 pos. si seruus. † Si autem uxor tua ab aliquo detinetur, sic libellum concipies,

LIB. Coram, &c. propono contra P. quod cũ legitime contraxerim matrimoniũ cum Berta per uerba de pręsenti, idẽ P. pater, uel frater consanguineus, uel tutor eiusdem

ADDITIONES.

a Sic lib. concip. *De quo Ross. supra parte 13.*

b Ex transmissa. *Et quo ibi no in glo. 2. dicebant hic Bonaguida & Aegidius, scp speciale de in hoc possessorio de proprietate dari.*

d Diffamari. *Vnde, quod de hac l scripsi de test. . . cũ olim, sup. ult. gl.*

eiusdē Bertæ ipsam retinet, & eam mihi reddere contradicit: quare peto per vos dictū P. ad restitutionem meç vxoris cōpelli, & ipsum ad id sententialiter condēnari, ext. eo. non est. Et si es Legista, potes dicere, & ad hoc propono interdictum de vxore exhibenda, & de ducenda, ff. de liberis exhib. l. imò, C. de nup. si inuita. & supra de conuer. coniu. ver. item de iure. Cętera
6 dic, vt infra ti. proxi. † Item pōt quis vxorē, vel ecōuerso vendicare per actionē in rem præiudicialē de partu agnoscendo, quod dic, ut infra qui fil. sint, legit. uer. cō petit. Et formā in hoc titulo pones, vt supra de testa, §. nunc dicendum. versi. viso.

SVMMARIVM.

1 *Causa matrimonialis per discretum & literatum virū est tractanda.*
2 *Actio in causa matrimoniali diuersimodè est consideranda.*
3 *Mulier propria auctoritate à uiro discedens an possit petere restitutionem.*
4 *Mulieris extra domum sui uiri stantis expensæ an debeant à suo uiro solui.*
5 *Libello porrecto dandæ sunt agenti competentes induciæ, &c.*
6 *Vxore præsentiam, seu cohabitationem uiri petente, sed eius sæuitiam timente, qualiter sit assecuranda.*
*Vir coact⁹ uxorē recipere, sub qua uerborū forma sit mouēdus*
7 *Mulier rediens ad uiri sui consortium, si plenè non confidat de ipso, qualiter sit illi prouidendum.*
8 *In accusatione matrimonij qualiter sit procedendum.*

6. §. Postremò illud notādū, est, † quod cā matrimonialis per discretū & literatum iud cem est tractanda, vt 20. disti. §. 1. ext. de consang. & affi. c. 1. & libellus est in ea dandus, vt su. de lib. cōcep. §. nūc dicēdum. ver. 10. nec laudo in hoc
2 contrariam consuetudinem. a † Et quandoqne agitur
2 petitorio, ut super, §. sequitur; quandoque uero possessorio, ut supra §. prox. ueruntamen interest. quia in primo casu admittitur exceptio consanguinitatis, & cuiuslibet impedimenti legitimi, ext. de consang. & affi. c. 2. de cogn. spirit. c. fi. de oc. cog. c. 1. in secundū uero generaliter fit restitutio, nisi in casib. vt sa. de pet. & poss.
3 § qm. uer. sed & in casib. † Quid si mulier propria auctoritate discesserit? Resp. non potest restitutionē petere, nisi tunc demū, qn ueniens non admittitur per maritum, ff. de acq. pos. clam possidere. §. qui ad nundinar. & l. si id, q. d. §. fi. ff. de ui & ui ar. l. 1. §. fine autē. ext.
b de adult. c. pen. b 33. q. 1 de benedicto. & sic ultima mora nocet, ff. de peric. & commod. rei uend. illud. † Quid
4 de expensis, quas extra domū stās facit? Rñ. do. meus dixit, φ uir nō tenet, nisi ad factas post φ eam non admisit, ut no. in Summa in ti. qui ma. accu. pos. §. si mu-
c lier. uer. quid ergo c. † Libello aūt porrecto debet agēs
5 habere inducias competentes, ut supra de dilatio Fiet etiam litis contestatio, & iurabitur de calumnia secundum d. vt in eo. §. uersic. sed quoniam, uel de ueritate,
d ut extra, de iur. cal. literas d. Et si mulier agens possessorio probat possessionem & spoliationem, restituēdo est, ita quod habeat plenam possessionem, & cohabitationem, & securitatem, 2. quæst. 2. §. notandum. in fin. 3. q. redintegranda. ext. de resti. spol. literas. Si vero uir agit, & pbat, uxoris sibi debet fieri restitutio. Si ipsa uero timet uiri sæuitiam ad officiū iudicis pertinet facere sibi caueri per sacramenta uiri, quod sine dolo & idoneè eam, uelut uxorem, ī domo, mensa, lecto & alijs tractabit, nec eam grauabit, uel dehonestabit, salua honesta correctione maritali, ut in præalle. c. de bo-
6 nedicto. & 17. q. 4. metuentes. † Iurabit enim sic, saluis præmissis.

FORMA. Ab isto die in antea istam cōiugem tuā, quam iniuste dimiseras, ita tenebis, sicut maritus suā coniugem debet habere in dilectione & debita disciplina, nec eā vllo malo ingenio a te separabis, nec eā viuēte aliam accipies, sic te Deus adiuuet, & hæc sancta
e dei Euāgelia. hęc forma habetur 35. q. 6. ab isto. 2. e Sed forte vir ea recuperata dicet, debita disciplina mihi pceditur per prędictum ca. vnde pręter necem eam custodiet, ligabit ieiuniis, non tñ mortalib. pęnis eam afficiet, cibos cū ea non sumet, hoc enim sibi a iure conceditur, vt 33. q. 5. placuit, sed illud loquit de suspecta de adulterio, & in clericis coniugatis, qui plus cęteris
7 igne zelotypię vruntur. † Quod si mulier plene nō cōfidet de iuramēto viri, faciat eum iudex cauere per pignora, vel fideiussores, ff. mand. si mandato Titii, & fi. Tamē potest esse tāta viri, seruitia, quod nulla idonea cautio potest pręstari, & tunc procedat iudex, vt extra de restit. spo. ex transmissa. & c. literas, in fi. quia satisdatio maleuolum animum non immutat, vt insti. de suspec. tut. §. fi. Qualiter autem in accusatione matrimonii procedatur, dicetur infra qui matrimon. accu. pos.
8 † Sed pone. Titius contraxit matrimonium cum Berta ex quo matrimonio natus est P. mortuo Titio H. frater ipsius T vult excludere dictum P. a successione paterna, dicens, eum illegitimum, quia quidā consanguineus ipsius Titii despōsauerat dictam Bertā prius, quā ipse T. cum ea contraheret, licet eam nō cognouisset, & sic publicæ honestatis iustitia impediente nō
f potuit esse matrimonium inter eos. f dictus vero P. gerens se pro hęrede patris sui replicat, quod desponsatio illa nulla fuit, cum erat dicta Berta intra septenniū constituta, & sic non potuit contrahi iustitia publicæ honestatis, item cum matrimonium illud fuisset in facie ecclesię contractum, nec ipso T. viuente fuisse impetitum, & propter prolis fauorem debet ipse legitimus iudicari. H. vero replicat dicens præsumendum esse tamē Bertam ipsam fuisse ætatis legitimę, nisi contrariū ostēdatur, uerū neutra pars aliquid probat de ętate Bertę, qrit, quid iuris? Rñ. ex quo dictus P. possessor hereditatis natus fuit, dum Berta cōiter legitima uxor

ADDITIONES.

a Consuetudinem. *Hodie per cle. de verb. sig. sæpe, non est necesse libellum offerri: dēt tamen petitio in actis scribi, ut in prin. & in §. uerum.*
c c. pe. *Vbi de hoc in 1. gl. & de resti. spo. literas, in 3. & glo. et uide, quod super ca d. xi.*
c Versi. quid ergo *Idem no. de diuer. significasti. in fi. 1. gol.*
d Literas. *Hodie de utroque iuratur, de iur. cal. c. 1. in fi. lib. 6.*
e Ab isto. 2. *Cū verba utriusq; capituli ab isto die addeantur fuisse Gratiani, qa illorū alius auctor nō apparet, fas est dicere, illa uerba iurantis male concepta, quæ non puident vxori in hoc casu, nec circa incestum, in primo pro illa die, uel diei parte, quæ restat. Vnde decre. ego. n. de iureiur. cautius locuta est, dicēdo ab hac hora, et longe cautius forma iuramenti Imperatoris in Pōtificali posita in cle. de iureiu. Romani. circa medium, quæ dicit, de cætero me esse, & c' defendatur Gratianus p gl. Vinc. quam dedit in c. ego N. in prin. quod apponatur inclusiue, sed illud Inante quod sequitur, nō sint mihi id placere, cui accederem si de disser. Consulo ergo dicendū, iuro, quod de cætero, uel deinceps, vel simili significato.*
*ADDITIO. Adde, φ si vir uerberat vxorē, licitum est uxori fugere, & dēt alimentari extra domum mariti, secundū Dyn. et Aegi. ut l. quid in vxorē, de neg. gest. secus tñ. si recedat sua culpa, ut no. ext. de diuor. in c. significasti. ita posuit Bal. in l. quis. C. de leg. & adde Ludo. Rom. singu. incip. licet uxorem, ubi quòd maritus pōt leuiter castigare uxorē delinquentē, & Card. Zab. c. dudum in 2. col. ext. de conuer. coniug. Hen. Ferr.*
f Inter eos. *Illud probatū nō concludit prolē illegitimā, licet bñ cōcluderet separationē matrimonij, si parentes uiuerent et pu mi cōtrahētes fuissent maiores septennio, super hoc uide, qđ plene scripsi, q filij sūt legit. puenit. sup unica gl. Declaro, cōstat φ*

*uir potuißet ignorasse cōtractum, & mulier potuisset nesciuisse cōsanguinitatē iure primum ſm. Item constat, ꝙ positis edictis sufficiebat proli alterius ingnorantia, per dscr. ſi. de cland. despō.*

vxor T. pulabatur, oportet probare ad repellendum eum, nedum quia tempore huiusmodi dispēsationis ipsa esset sepetennis, vel quod post septennium eam ratam habuerit. imo etiam, ꝙ T. hoc nō ignorās eam sibi postea copulasset. vnde cessante etiam ipsius P. ꝓbatione de ætate matris. debet dicti T. hæres & filius legitimus iudicari, hęc habentur in const. Innoc. extra
a uag. de sponsalibus, quidam. a

ADDITIO.

a Quidam. *Hāc hodie non habemus ī Sexto, et sic habetur ꝓ reuocata, ꝓ definitione uide, quod scripsi de præ. non bap. c. ult. ī fi.*

a De Desponsatione impuberum. a Rubrica.

ADDITIO.

a *Habemus ius nouum in Sexto, sub hac rub. ualde utile, & quā ꝓ summa materiæ potest haberi, & hi, de quibus dixi supra tit. prox. hāc materiā non practicarunt præter Rof. An sponsalia d. futuro inter puberes, vel impuberes alias, q̄ per copulā, transeāt in matrimonium, distingue, an sint de futuro verbis & mente contrahentium, an sint de futuro iuris interpretatione tm̄, sed uerbis & mente sunt de præsenti, et hæc bene transeunt in matrimonium sine copula per oscula, amplexus et similia, prima non, ut scripsi eo. ti. c. uno, lib. 6. in glo. Hoc patet de matrimonio contracto contra interdic. eccl. c. 1. super uer. amplexata. Itē quare non conueniunt sexus in ætate pubertatis, vt in princip. sicut conueniunt in ætate infantili et adolescentiæ, scripsi eo. ti. c. uno, li. 6. super 2. glo. ubi uide cum sua remissione.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libelli in materia desponsationis impuberum diuersimode sunt formandi.*
2 *Puella ēt impubes ad domum uiri sui traducta, si ab eo cognita fuerit, non potest ulterius a uiro recedere.*
3 *Cōtrahēs matrimonium cum minore, si cum uiro ipsa cohabitāte ab eo cognita dicatur, sed in contrarium dicente, uoluerit ipsa deinde uirum deserere qualiter concipiet uir libellum u eam secum habitare compellat.*
4 *Minor 12. annis contrahens matrimonium, an si non fuerit a uiro cognita, poterit postea alteri nubere.*
5 *Mulieri nubente puero minori 14. annis, nec fuit ab eo cognita si completo 14. anno, uoluerit ab illa discedere, qualiter formabit libellum.*

IN hoc titulo multos posses formare libellos, sed ex omnibus aliquos exempli gratia supponam⁹.
1 † Si igitꝰ aliquis post 7. annū cōtrahit spōsalia, & alter proueniēs ad pubertatē quæ est 12. anni ī fœmina, & 14. in masculo, vt Inst. qbus mod. tu. fi. & ff. cū di. leg. ced. l. quod pupillæ. dissentit, quia sibi no placet sponsalia, &
a ideo uult cū alio contrahere, sic libellum concipiet. a

LIB. Coram, &c. propono contra P. quod eum ego cum eo intra annos nō nubiles sponsalia ꝯxerim, nūc ad annos nubiles perueniens eum nolo, sed recuso in uirum habere, quare peto sponsalia ipsa per uos dissolui, & mihi dari licentiam cum alio in Domino matrimonum ꝯtrahēdi, quia desidero esse mater & filios ꝓcreare. Et eodem modo sponsus concipiēs cōtra eam uerbis competēter mutatis, extra eo. ex literis, & c. at
b testationes, & c. de illis. 1. b & c. a nobis. † Præmissa uera
2 sunt, nisi puella ad domum uiri traducta, post illud tēpus ei cohabitauerit, uel ab eo cognita fuerit, quia tūc non potest a uiro recedere, quod si fecerit, uir potest ꝯ
d tra eam concipere sic libellum. c

LIB. Coram, etc. propono cōtra Bertam, quod licet cum ea decimum annum complente spōsalia contraxerim, & post ipsa Berta mecū per duos annos, & amplius cohabitauerit, uel eā carnaliter cognouerī, nunc sine causa solius voluntatis arbitrio mihi cohabitare, & me uxoria affectione tractare, uel obsequia, ad quę vxor marito tenet, exhibere recusat, quare peto ipsā p vos ad me redire, & quod me uxoria affectione pertractet, & ipsam ad hoc sententialiter cōdēnari, extra eo. attestationes. & c. de illis, 1. & 2. extra, de spō. ad id, ꝙ C. qui pot. in pig. hab. assiduis.
3 † Quod si quis cōtrahit matrimonium cū minore 12 annis, proxima tamē pubertati, & ipsa uiro cohabitat, demū ipse maior 14. annis, asserit se ipsam cognouisse, ipsa in ꝯtrarium asserēte, & facta maior 12. annis, uult a viro recedere, sic uir
d concipiet libellum contra eam d,

LIB. Coram, &c. ꝓpono contra Bertam, quod cū nuper cum ea pubertati proxima, matrimonium per verba de presenti legitime contraxissem, ipsaque mihi cohabitasset, & eam carnali copula cognouissem, quod paratus sum iuro firmare, ipsa tñ motu ꝓprio sine causa rōnabili & iudicio ecclesiæ nō expectato, à me temere recessit, quare ego peto ipsā p uos cogi ad me redire, & me uxoria affectione tractare & eā ad id sententialiter condemnari, extra eod. c. continebatur. & c. seq.
4 † Si uero nō diceret se ipsam carnaliter cognouisse, nec esset iurare paratus, tūc minor ueniēs ad ętatem nubilem, posset, si uellet, ab eo separari, & concipere libellum, ut supra in primo lib. ut in præ. c. continebatur. circa prin.
5 † Cæterū si mulier econuerso cum puero minore 14. annis contraxit, nec fuit ab eo cognita, si completo 14. anno iuuenis non cohabitauerit illi, nec in eandem consensit, sed ab ea discessit, sic concipitur libellus.

LIB. Coram, &c. propono contra Bertā, ꝙ licet ego minor 14. annis cū ea matrimoniū contraxerī, post tñ cū ea cohabitare nolui, nec ī ipsam consensi, nec eam uolo habere in vxorē, quare peto matrimonium illud sic de facto contractū dissolui, & mihi per uos dari licentiā cum alia contrahendi, ext. eo. attestationes.

ADDITIONES.

a Sic libellum concipiet. *Secundum Roff. parte 2.*
b Et c. de illis. 1. *Vide, quod ibi no. in glo. ante pen. & quod ibi scripsi distinguendo in ult. glo.*
c LIB. *Secundum Roff.*
d contra eam. *Secundum Roff. parte 12.*

a De clandestina desponsatione. a Rub.

ADDITIO

a *Hic Practici auctores siluerunt, & sic siluit auctor tres modos, quib. matrimonium dicitur clandestinum, uide no. eo. ti. c. fi. in 3. glo. & alios addidi super illa. Et quia tertius, quem ponit gl. est, quando non fuerūt præmissa banna in ecclesia, ut ibi, ex hoc quęritur, Duo nobiles contraxerunt in casu prohibito, post tempus petierunt dispensationem a Papa, allegantes se tempore contractus fuiße ignaros impedimenti, secundo, quod ex separatione uerisimiliter timebātur magna scandala inter ipsorum consanguineos, tertio, quod in facie ecclesiæ contraxerant. quæritur primo hoc modo, si suffragetur probare publice contractū, tamen sine bannis Istud autē uerbum, In facie ecclesiæ, habetur in decr. ca. cōstitutus. de conuer. couing. in prin. Constat, ꝙ ecclesia sumitur multis modis, de qb. 7. q. 1 scire. ne pręl. uic. su c. fi. cum remi. Vbi ergo contrahitur nō occulte, ꝙ principaliter ponderāt iura in hac materia, 20 q. 5. c. 2. & §. his oīb. sed publice, ita ꝙ multitudo fidelium hoc nouit, satis puto satisfactum illi expreßioni, & pro facie fidelium stabit facies ecclesia hoc casu Fortius igitur etiā sine bannis dicetur facies ecclesiæ, si ſm morem patriæ desponsatur publice in ecclesia, uel ſm iura, 30. q. 5. c. 1. & 5. sequentib. In ecclesia bene dicitur, seruatisque in canonibus illis dicuntur, in facie ecclesiæ factum dicetur, nec nocebit dispensatio bannorum omisso de facie hominis. C. de pœnis, siquis in metallum, & lex oicit, faciem matrimonij permansisse, quando est in statu solito, ff. de administra. tuto. l. tres tutores. in fi. per quod dici potest, In facie ecclesiæ factum, quod per alios fit illo loco. Si autem dixissent banna fuisse posita, & hoc sit falsum, an per*

boc

*hoc uitietur dispensatio, quæritur, & eadem quęstio. si falsum est quod ignorauerint impedimentum, vel quod de timore scandali expresserunt hic recurre ad decr. quia circa, de consang. & affi. & ad ibi no. Tex. ibi uidetur uelle, quod falsa causa expressa non vitiet talem dispensationem, sed glossa ultima in fine tenet cōtrarium, s. quod ex ui secundi rescripti tenet dispensatio, quæ non tenebat & idem In. ut ibi scripsi in gl. pe. facit de electione, dudum 2. uer. insuper. sunt. n. oēs illæ cāæ inductæ ad dispensationem, alias forsitan nō fiendam, ut ibi, Sunt. n. tales dispensationes odiosæ, quia contra ius cōe, & idem. si cōtra alterius priuilegium, de decimis, ex multipli. Vitiantur ergo ex falso expresso, uel uero tacito, quod mouit principem, ff. de nat. rest. l. 1. Et si hoc in rescriptis s'm ius, de rescr. super literis, multo fortius in his dispensationib. contra ius. Sed succedit qō, cui in his trib. clausulis competat onus probandi. si apparet hoc opponens contra dispensationem : uide, quod scripsi post Inn. de priuil. ex par. 1. in prin. Est sciēdum. quod Gui. post Vber. de Bob. sup. de exce. §. nunc uidendum. uer. licet autem, dicit, quod in qō. mendacij cont. rescriptum me impetrans habet probare ueras preces, & sic non surreptitias, & opponens, si uelit, potest probare contrarium, s'm eum. allegant l. p̄scriptione, C. si contra ius, uel util. pub. quæ habetur 25. q. 2. & l. si quando. C. de dil. quæ etiam est 3. q. 3 spatium.*

*ADDE, quod in d. q. 3. spatium, non est hęc lex, si quando, sed lex quoniam, ut ibid. no. gl. sed huic dicto Vber. quod uoluntati imponentis relinquatur, an uelit probare, obstat l. puniri, co. ti. si cōtra ius canonicum, ut sup. quæ dicit, precum argui falsitatem. Est ergo dicendum, quod opponens, qui prouocat & agit, habet probare, ff. de prob. l. 2. maxime circa capitulum ignorantię, quæ non cadit in intellectum testium, nec ex parte impetrantis, nisi per iuramentum iurantis probari potest. Si autem non fuißet dispensatum, sed cum eisdem clausulis commißum alicui, ut dispensaret, tunc impetrans uerificauit clausulas, & sic loquatur opinio, uel quia opponens, si uolet, poterit probare contrarium.*

*ADDE uidendum originaliter Old. cons. 256.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Clandestinitas an, & quo pacto nō sit impedimēto matrimonij.*
2 *Libellus non est necessarius in casu clandestinę disponsationis.*

1 CLANDESTINITAS † non est impedimentum matrimonii, si de eo constare possit, si vero cōstare nō potest, nō reputatur ab ecclesia matrimonium, vt ext. eod. c. 2. † ideoque in hoc titulo nō est
2 necessarius libellus. Nec obstat 30. q. 3.
a c. 1. & c. seq. si bene intelligant a. qualiter aūt fiet denūciatio impedimenti matrimonii post banna in ecclesia edita, no. inf. qui matr. acc. pos. utr sed quæ dicta.

ADDITIO.

a Intelligantur. *Vbi patet ea, quæ. §. his ita.*

a De sponsa duorum. a Rubr.

ADDITIO.

a *DE hac Ross. ubi de spon. par. 10. & eius ibi fuerunt duo libelli hic inserti. Si quis uendicans uxorem probat contractum de præsenti & illa probat se disposatum ab alio. etiam per uerba de pręsenti, tamen non probat tempus, uel si duo uxorem petunt, & uterq; probat contractum sed neuter prius Inn. dixit illam absoluendam, uel sententiā differendam, in hoc scripsi super hac rub.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Libellus qualiter sit formandus, ubi agitur de sponsa duorum.*
2 *Muliere cum duobus per uerba de præsenti contrahente, cuius esse debeat, & qualiter sit libellandum.*

1 IN hoc titulo sic potes concipere libellum LIB Coram, &cæt. propono contra Bertam, quod licet cum a sponsalia contraxerim, ipsa tamen matrimonium mecum consummare detrectat, asserens se postea cum alio sponsalia contraxisse, quare peto ipsam per vos cogi sponsalia mecum contracta seruare. & matrimonium contrahere & consummare, nō obstantibus sponsalibus postea, prout asserit, cōtractis, & ad ipsam sn̄aliter condemnari, extra de sponsa. sicut ex literis, extra eo. c. 1. C. de rei vend. quoties. Pręmissa forma locum habeat, nisi cum vtroqua per verba ꝯxerit de futuro, licet nō sit multum vtilis forma, vt supra dixi de
2 sponsalib. §. primo, in primo libe. † Porro si cum utroque contraxit per verba de pręsenti, sic concipietur libellus.

LIB. Coram, &c. propono ꝯtra Bertam, ꝙ licet matrimonium cum ea legitime per verba de pręsenti cōtraxerim, ipsa tn̄ matrimonium ipsum mecū consummare recusat, asserens se postmodum cum alio cōtraxisse, ac se ab ipso cognitā extitisse, quare peto ipsam per vos cogi ipsū matrimoniū mecū cōsummare, nō obstante, ꝙ cum secūdo se asserat ꝯtraxisse, & ad hoc ipsam sn̄aliter condemnari, peto etiam illud secūdū matrimonium de facto contractū pronūciari non tenuisse de iure, extra eo. c. vlt. & pe. & c. 1. extra de spōs. si inter. ff. de his, qui no. infa. l. 1. extra de bigamis. nup.

Baldus de Sponsalibus.

FORMA spōsaliū de futuro matrimonio talis est, promitto ꝙ accipiam te in vxorem, dum tamen versa vice mulier cōsentiēdo loquatur, vel respōdeat. Forma sponsalium de pręsenti matrimonio. Promitto tibi Bertę, ꝙ ego volo te ī vxorem meā, dum tamē mulier etiā loquēdo consensum incontinenti verbis exprimat. G. Quid si dico. Promitto tibi Bertę, ꝙ nūquā habebo aliam vxorem, nisi te: respondeo, quod dictio Nisi, quādo non inducit vinculum matrimoniale, iungitur verbo pręsentis tēporis, vt si dico, uolo te in vxorem meā. nam communiter illa verba sic intelligūtur dū tn̄ tu loquaris, & ꝯsentias in me, quia vterque dēt loqui, s. vir & uxor alias non est matrimonium cōtractum in forma ecclesię. G. Ista dictio Nisi, aut adiūgit affirmationi, aut negationi, si affirmationi, i. post affirmationē, tunc excipit, si negationi, tunc aut est omnino enunciatiua, aut dispositiua, ut no. in l. si tūc. §. qui iniuriarū, ff. si quis cau. per me Bal. Aut iūgit verb. s negātib. potētiā, & tūc nō ponit, l. Titia. §. fi. ff. de mū. test. & C. trās. l. actione. vbi no. p Pe. & Lau. de Salynis. Excōicatus licet non sit membrū ecclesię, vt in Auth. de priuileg. do. hær. mul. §. 1. tamē potest contrahere matrimonium, quia matrimonium est etiā apud hæreticos & infideles, ver. sed nūquid te. G. Pari ratione excommunicatis sunt licita ea, quæ Saracenis sunt ꝯcessa, vt contrahere & testari. Sed gl. Inst. de ca. dim. dicit ꝙ excommunicatus æquiparatur deportato, ergo nō facit testamentum? dic, vt in c. decerninus, de sen. exc. li. 6. in nouella. Matrimonium in sponsalibus de futuro enūciat per verba de p̄senti, & perficit per copulā carnalē, & cōsummatur, ut extra de transla. prel. c. licet, ver. & not. Et quod sponsalia dicātur initiare matrimonium, colligitur ff. de cond. ob cau. l. quod Seruius, non tamē est principium essentiale intrinsecum & formale, sed pręiudicium quoddam. Bald. Et nota, quod cum fit mentio matrimonii, intelligitur verificari de expresso mutuo consensu de pręsenti. Sed vbi fit mentio nuptiarū, vt cum nupserit, vel quandiu nō nupserit, cōditio significatur, vt C. de nup. l. sancimus. Itē ex eo, quod aliquando legatur mulieri, si nupserit, uel quādo nupserit, & tunc relictum est cōditionale, nisi legatū istud in legitmā cedat, qa tunc usque ad modū legati cōditio reiicitur, C. de inoffic. test. l. quoniam in prioribus & hoc probatur in Auth. de san. ep. §. sed hoc præsenti. Aliquādo legatur alicui, vt nubat, & tūc mo-

modus, pponitur, & si deficiat modus, resoluitur legatum, ff. de cond. & demonstra. l. Titio. §. sed cum ante nam si nõ resolueretur, non debet præstari cautio de modo implendo. Aliquã legatur alicui pro dote, uel nomine dotis; & tunc ista uerba faciunt causam, non cõditionem, nec modum, unde nulla cautio præstanda est, & ante nuptias agi potest, quia est purum legatum alij dicunt, quod non est causa, sed demõstratio quædam, quæ præsumitur facta consulendo, non arctando, argumen. ff. de don. l. sit. in fin. Sed prima opinio uerior, pro qua facit ff. de iure do. l. si ego. & ff. fam. ercis. l. Ponponius Philadelphus Bald. Item not. quod conditio matrimonij tunc intelligitur impleri, quando mulier nubit licite & honeste, non aliter, ff. de contra tab. l. 3. §. emãcipatos filios, ff. qui. & a quibus, l. rogatus, §. matrimonium, & de verb. sig. l. Nepos proculo. de his, quib. vt indig. l. Claudius, & de cond. & demõ. negatiuã, dic, vt in Authe. cui relictum. C. de ind. uid Forma instrumenti matrimonij, item forma libellorum in materia matrimoniali, G. & uide eod. tit. §. fin. l. fin. Puella desponsata fuit a Petro, & deinde nupsit Ioanni consanguineo dicti P. ex quo nati sunt filii, quæritur, utrum succedant patri & uxori? Videtur, quod non, quia spurii. Contra determinatur, quia non est probatum, quod puella tempore dispensationis esset maior septennio. Item quia non est probatum Ioannẽ sciuisse, § si. in fin. G. & C. de incest. nup. l. quæ contra, in glo. 1. & l. nullissimo. & de rit. nup. l. qui in prouincia. §. diuus. Bal. Pœna in matrimoniis potest apponi in persona extraneorum, & non parentum, nec cõiunctorum, ff. de cond. & demonstr. l. hæres meus. §. si. & §. igitur. uers. & no. G. Illud, quod est dictum in una scriptura, nõ uidetur repetitum in alia, est in eadem sic, ff. de adim leg. si tibi datam.

De conditionibus appositis in desponsationibus, uel alijs contractibus. a Rubrica.

## ADDITIO.

a *Solus Ros. ex practicis auctoribus practicauit hãc rub. & inchoauit in ipsa s'm se impedimenta matrimonij, uides aũt, q rubricæ pars secũdã facit ad materiã liberi. Qõ uenerealis 70. nõ est dubia per decr. si. huius ti. Dominicales 3. & 4. respiciunt secundã partem rubricæ, et expeditæ sunt inf. eo. uerum, in 2. et 3. gl. & sup illis. Et continuando hanc secũdã partẽ format qõ facti talis, Ciuitatis habens naturalẽ dñm M. habebat pontẽ supra flumen cũ latis possessionibus deputatis ad pseruationem põtis & riparũ, & huius pontis administrationem & omniũ iuriũ & pertinentiarũ suarũ. Regentes ciuitatem, ad quos spectabat, concesserũt Titio pro se et suis hẽdibus, hac clausula adiecta dum placuerit. M. dño pdicto, qui dñs prædictam cõcessionem cõfirmauit, et concessionem et confirmationem ratas habere promisit, et non contrauenire, imo manutenere et defendere ipsi Titio, & ipsius hæredibus, & cãm ab eis habentibus promisit per solennem stipulationem sub obligatione suorũ bonorũ et in facto ponitur q quandoq; iurisdiõnem suã postea exercuit ad tuitionẽ prædictorũ. Post tempora ipso Titio possidente dictus dominus M. concessit Sempronio prædictã administrationem pontis & suorũ iurium, ut supra, & amoueri fecit Titium a prædictis, quæritur, an prædictas concessionem et amotionem facere potuerit Ad partem, q amouere potuerit, allegatur clausula in cõcessione facta per ciuitatem apposita, quæ per uerbum futuri temporis cõditionem habebat, quod est regulare, ff. de leg. 1. l. Stichum qui meus erit. et de aur. et arg. le. l. Quintus Mutium scribit. in fi. et patet ext. e. si. super eo. et c. per tua Item cõditio erat talis, q perseuerantiã uoluntatis dñi requirebat, ff. de cond. & demonstr. l. illis libertis, quod est contra naturam conditionum, quas regulariter sufficit semel extare, C. quando dies lag. cede. l. cum uxoris. & de insti. & sub. sub cond. factis, l. si quis hæredem, & hoc facit monosyllaba Dum, quæ notare uidetur conditionem actu perseuerantem, sicut illud de magistis, c. si. uerbo, docentes. ff. de cond. & demon. si ita quis legauerit, de legatis, 3. § concubinam. §. uxori, de in ius uoc. l. 2. ibi, pontificem, dum sacra facit. Nec his obstat confirmatio contractus facta per dominum quæ facta intelligitur cum prædictis conditionib. expressis in illa. Repetita. n. sub compendio dicentur oĩa inserta in actu cõfirmato, ext. de fid. inst. inter dilectos. de conf. uti. uel inuti. cum dilecta. de priuil. quia intentionis, ff. ad Trebellianum l. Titius. Nec præsumitur dominum in sui iuris præiudicium se ligare uoluisse ad non posse uelle contrarium ff. de pec. le. l. si peculium; §. si aũt. et ff. de fideicom. libe. l. cum fidei.] Sed cont. prædicta fuit iudicatum his rõnib. quia idem sermo ex mente contrahentium diuersam in diuersis casib. significationem hẽt. Vnde dicit lex, quod uoluntas testatoris separat pœnam a conditione, ff. de his, quæ pœnæ nõie, lege 2. quid uel. t, ibi no. & patet hoc ff. de uerb. signif. l. l. alienationis. §. oratio. quæ neque coniunctionem, neq; disiunctionem hẽt, ex mente nunciantis, uel disiuncta, uel coniũcta accipitur. Mens autem colligitur ex natura rei, de qua est sermo. Vnde stipulatio Habere licere, cum per se constat, continet factũ pmittentis, & personarum à se uenientium, ff. de uerb. obl. l. stipulatio istã. Sed quando in uenditione proferuntur, cõtinet etiã factũ extraneorum ex mente contrahentium, ff. de act. emp. uen. l. emptorem. §. qui autem habere licere, ubi. de uoc. Verba autem illa Dum placuerit, duplicem intellectum habere possunt, ut dubia, s. an perseuerantiam dñi exigant, & sic contractus erit tẽporalis. & ex uolũtate dependens: an uero non sit pendens, sed sufficiat semel extitisse, & sic erit perpetuus, & iste sensus conuenit naturæ contractus, vt C. de uen. rebus ciui. lege tertia, lib. undecimo, ergo, &c. Secundo põderata fuit proprietas uerbi Placuerit quod est subiũctiui modi futurum, per quod ex quo semel placuit extitit conditio, nec mutationem recipit, ff. de uer. obl. l. si quis stipulatus sit Stichum. arg. ff. de legatis, 3. si fideicommissa, §. fideicommissum. Tertio ponderatur promissio facta per dominum de non contrafaciendo, uel ueniendo, sub obligatione bonorum suorum, quæ notat quandam perpetuitatem. ff. eu. sol. l. nouissima, per quam obligatur ẽt, ne per alium cont. fiat, ff. de uerb. obl. l. in illa & locati & cond. l. lege. Item absurdum est dicere, quod uirtus clausulæ Dum placuerit, si dicatur perseuerantiam requirere, intelligatur in hac obligatione repetita, sicut ridiculum est dicere Si uoles, esto hæres, si noles, esto exhæres. ff. de hær. inst. l. iã dubitari. Sic derisoria esset ista. Promitto non contrauenire, nisi mihi placeat contrauenire, sicut & Promitto dare, si uolam, ff. de act. & obl. l. sub hac conditione, si uolam nulla fit obligatio, ad idem de uerbo. obligatio a Titio §. fi. & ff. de contrab. emp. hẽc conpitio. Non est ergo dicendum, talem negationem dici repetitam, ff. de leg. 3. l. si quis a filio. Pro casu autem allegatur C. de co. præciui. l. ult. li. 11.*

*ADDE uidendum originaliter Old. consil. ducentesimoquinquagesimotertio.*

## SVMMARIVM.

1 *Libelli uario modo super materia conditionum in desponsatione, uel alijs contractibus appositarum sunt formandi.*
2 *Matrimonium solo consensu contrahitur, & consensus est sufficiens causa matrimonij.*
3 *Conditioni turpi, uel impossibili existente in contractu matrimonij, qualiter sit agendum.*
4 *Conditiones contra substantiam matrimonij in contractu matrimoniali appositæ, an sint seruandæ.*
5 *Matrimoniũ per hanc conditionem, consentio in te, si patri meo placuerit, contractum, an teneat.*
6 *Conditio hæc. Si tali extraneo placuerit, in contractu matrimoniali apposita, an ipsum contractum ualidet.*
7 *Contrahens cum unu pure, cum alia de iure, quis contractus sit tenendus,*
8 *Matrimonium contractum sub conditione, quæ omnino exititura est, est perinde est, ac si pure contractum sit.*
9 *Matrimonium contractum sub conditione post coitum, habetur, tanquam pure contractum.*
10 *Matrimonium contractum sub hac conditione, Si te uirginẽ inuenero, an sit ualidum.*

SVPER

SVPER materia conditionum uarij pñt
formari libelli. Ex his igitur aliquos sup-
1 ponamus in materia Sponsaliorum. † Si
ergo conditio sit honesta, sic concipitur
a libellus, secundum quosdam. a

LIB. Coram, &c. propono contra P. ꝙ cum ipsa cō-
traxi sponsalia, seu matrimonium sub ea conditione,
si mihi daret c. in dotē, vnde peto ipsam per uos cogi,
ut præfata c. mihi in dotem det, & matrimonium con
sumet, & ad id ipsum sñaliter condemnari, alioquin
peto a uobis mihi dari licentiam cum alia contrahen-
2 di, ff. de iure dot. l. 1. † Sed licet ēt præmissa forma bona
sit in sponsalibus de futuro, ut ext. eo. tit. c. 3. in prin. nō
tñ in matrimonio, quod & si sub pręmissa conditione
contrahatur, nihilominus matrimonium tenet, licet
conditio non impleatur, & sic intelligo in eod. c. vers.
nisi consensus, &c. & illud, nisi quo adhuc casum, ubi
non ponitur exceptiue. Nec obstat eo. tit. super eod. &
c. seq. quia ibi apponebatur conditio cōtra id, quod est
de substantia matrimonii, s. circa consensum, dicēdo,
cōsentio in te, si pater meus cōsenserit, extra de spons.
tuæ, & c. tua nos. Vnde quod dr̄ in principio prędictæ
formæ, seu matrimonii, &c. nō recte ibi ponitur, licet
pauci hanc veritatē aduertant. Vel dic, ꝙ cū apponitur
condō in matrimonio, apponitur per consequens, &
in consensum, & econtra, nam matrimoniū solo con-
sensu contrahitur, & consensus est sufficiēs cā matri-
monij, ut 27. q. 2. §. 1. & c. sufficiat, extra de spon. cum
apud, & de spon. duorum, c. fi. Nō ergo vr̄ referre, siue
conditio apponatur in matrimonio, siue in consensu.
Vnde tale matrimonium, Accipio te in meā, si mihi
dederis c. non obligat, nisi illa c. dederit, & hoc quidā
b dicunt per præ. c. super eo. b † Si uero conditio turpis,
3 vel impossibilis fuerit, concipitur sic libellus.

LIB. Coram, &c. propono contra Bertam, ꝙ cum
ego cum ea contraxerim matrimonium sub ea condi
tione, si furtum facerē, vel homicidium, vel hominē
interficerem, uel si cęlum digito tangerē, ipsa matri-
moniū pretextu hmōi condōnis non impletæ consu-
mare recusat, quare peto ipsam per uos cogi ad matri-
monium consumandū, prędicta conditione remota,
& habita pro non adiecta, ext. eo. c. 1. & c. vlt. ff. de cōd.
inst. quidam, 32. q. 2. solet, & c. aliqñ. † Porro si sit con-
tra substantiam matrimonii, sic concipitur libellus.

LIB. Coram, &c. propono contra Bertam, ꝙ cū cō-
traxerim matrimoniū cum ea sub illa cōditione, si ge
nerationem prolis uitaret, uel se adulterādā traderet,
uel donec inuenirem ditiorem, peto dictū matrimo-
nium nullum pronunciari, & mihi dari licentiam cū
alia contrahendi, eo. tit. c. vlt. in præ. c. solet, & c. aliqñ.
Super aliis uariis cōditionib. libellos in diuersis hmōi
5 operis locis poteris reperire. † Quid si aliquis dicat. Ita
consentio in te, si patri meo placuerit, ut ext. eo. super
eod. cum tñ patrem non habebat, nunquid tenet ma-
c trimonium? dicit Vin. ꝙ non. c Quid si dicit, Si placue-
rit fratri meo? resp. idem puto, quod in patre, ut matri-
monium suspendatur, vt præal. c. super eo. Et idem ēt
in consanguineis, qui de honestate requirēdi sunt, 32.
d q. 2. honoretur. d † Quid si dicit, Si placuerit extraneo?
6 Respon. deberet idem esse, arg. in præd. c. super eo. ibi,
alieno arbitrio. C. de contrahen. emp. l. fi. Alii dñt esse
aliud, quia extranei non solent de honestate requiri,
sicut propinqui, unde tenet matrimonium, eo. ti. qui-
7 cunque, secundum Vin. † Quid si cōtraxi cum aliqua
sub conditione de iure. cum alia pure, Resp. certū est,
ꝙ tenet matrimonium cum causa, & per puram con-
e ditionem e receditur a conditionali, ff. de cond. emp.
sed Celsus. §. fi. Sed quid si postea existat conditio, nū-
quid incipiet esse matrimonium cum prima? Et vr̄, ꝙ
sic, quia ex quo postea existit conditio, idē est, ac si in
principio pure contraxissem, ff. qui pot. in pig. hab. po-
tior. ff. de manu. test. Neratius, frequens. n. euentus de-
clarat retro fuisse matrimonium, vt ext. de frig. & ma-
lef. fraternitatis, in fin. Sed dico, ꝙ matrimonium non
retrotrahitur, sicut alij contractus, licet quo ad filiorū
legitimationem retrotrahitur, vt extra qui fil. sint leg.
tanta, & facit ad hoc ff. de ędil. edi. bouem. §. si sub cō-
8 ditione. † Quid si matrimonium contrahitur sub cō-
ditione, quæ aīo extitura est? Resp. perinde esset, ac si
pure contractum sit, ff. de cond. indeb. quasi. Vel dic,
ꝙ non est concedendū pręcise esse matrimonium an-
te conditionem extantem, sed est dicendū, ꝙ ex futu-
ro euentu pendet, an sit matrimoniū, vel nō, ut in pręc.
9 c. fraternitatis, in fi. † Quid si post cōtractum matrimo
nium sub cōditione protestatur contrahens ante coi-
tum, ꝙ non vult a conditione recedere? Dic, ꝙ sibi nō
prodest, quin pure consentire intelligatur postea cogno
scendo, extra de const. cum M. de appel. sollicitudine,
in fin. licet sit arg. cōtra, 31. q. 3. Lotharius, extra quod
f me. cā. perlatum. f † Quid si matrimonium contrahi-
10 tur sub hac conditione, s. si te virginem inuenero? Et
vr̄, ꝙ sit matrimonium, extra de cond. appos. c. 1. 32. q.
2. solet, quia error talis dirimit matrimonium, 23. q. 2.
§. 1. nec impedit emptionē, ff. de contrahen. emp. alio-
quin. §. 1. Dicit Vinc. ꝙ si ipsa sub conditione contra-
xerit, non tenet matrimonium. Vel dic, quod talis con
ditio non suspendit matrimonium, sicut nec illa, Con
traho tecum, si in primo coitu mihi placueris.

ADDTIONES.

a Secundum quosdam. *Roff. vbi supra, cuius fuit iste lib. & duo, qui sequuntur.*

b Super eo. *Et hæc est uera, ut scripsi in dicta decr. 3. quæ incipit, de illis, in vlt. gl. & probatur eo. tit. c. fi. in prin. vt ibi scripsi in decr. 3.*

c Quod non. *Hoc dixi in præ. decr. super eo. Sed tu distingue, an sciebat patrem mortuum, ut tunc conditio sit impossibilis, non contra substantiam, & habeatur pro non adiecta. Sit autem vera solutio Vinc. cum ignorabat, ut ibi dixi in princ.*

d Honorantur. *De hoc & de seq. dixi eod. tit. per tuas, super vers. patruus.*

e Conditionem. *Verbum est legis, sed exponitur ibi conditio, id est pactio. De hac tamen quæstione & sequentibus omnib. uide, quod no. eo. tit. per tuas, in gl. sed quare, & quod super ea dixi.*

f Perlatum. *In his iusta cā corroborat protestationē, hæc protestatio turpis est, quæ coitum de se uxorium facit fornicarium, tñ uide, quod scripsi de sponsa. veniens. 2. & eo. tit. sua. super 1. gl.*

Baldus de conditionibus appositis, &c.

AN sit licita cōditio in matrimoniis, si patri meo, vel fratri, vel extraneo placuerit, an trahatur retro, & quid de illa conditione, si te virginem inuenero, uel si mihi in coitu placueris.

## Qui clerici, vel vouentes possunt contrahere matrimonium. a Rubrica.

ADDITIO.

a *EST hoc tertium impedimentum in ordine Roff. & eius fuit libellus, qui hic habetur, hoc solo mutato, quod ipse facit Bertam ream, auctor facit illam actricem, & in hoc melius, quia & religionem et sacrum ordinem allegare potest in isto libello, ut fecit, sed in illo religionem tantum, cū propter sexum ordinari non possit, quod si fieret, non reciperet characterē, de quo satis scripsi de pęn. & remis. non. quædam super gl. 2. Tertium autem, quod auctor subdit, scilicet de uoto castitatis ante contractum emisso, contra utrunque sexum, poterit etiam omitti, nam certum est, quod qui uouit castitatem absque solennitate sacri ordinis, vel professionis, si matrimonium contrahat, tenet, sed de hoc dubitatur, an possit exigere cum dispensatione, uel non uide, quod plene scripsi eo tit. rursus, in vlt. gl.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium cum clerico, uel uotum castitatis faciente, contractum an, & qualiter dissolui petatur.*

SIC concipitur libellus.
1 LIB. † Coram, &c. propono ego Berta contra P. ꝙ cum matrimonium cũ eo suæ conditionis ignara cõtraxissem, nunc primum ad meam deuenit notitiam, ꝙ ipse est in sacris ordinibus constitutus, quare peto ab eo separari, & matrimoniũ hmôi nullum fore pronunciari, & mihi dari licentiã cum alio in Dño contrahendi, extra eo. c. 1. in fi. & c. 2. ext. de cler. coniug. c. 1. 33. dist. seriatim, & c. interdixit. Vel ubi posui de sacris ordinibus potes ponere, ꝙ ipse tali se religioni solenniter deuouisset, vel votum solẽne seruandæ castitatis ante matrimonium sic contractũ emiserit, & huiusmodi alia prosequere, ut ibidem, & extra eo. meminimus, & c. fi. & c. rursus, & 27. q. 1. c. 1.

De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit
a per adulterium. a Rubrica.

ADDITIO.

a *HOC est quintum impedimentum in ordine Ros. & vides, ꝙ libellus primus, qui fuit eius, per neutrum coniugum datur, nam, ut ex pressit Ros. quilibet de populo poterit talem libellũ offerre, alter uero contrahentium, cum uterque fuit in culpa, agere, uel talem libellum dare contra alterũ non posset, fin eum, quod puto falsum pp periculum animæ, ut scripsi eod. tit. c. fi. super uers. tolerari non debet, inducẽs no. de re iud. lator. in 1. gl. & de præsum. 3. an gl. 2. Ad euidentiam aũt tituli hoc intrep de teneas, ꝙ quatuor sunt casus in nostra materia, qui matrimoniũ dirimunt, adulterium, & fides data de contrahendo, & si cũ adultero matrimonium de facto contraxit. Item cum adulterio machinatio alterius adulterorum in mortem cõiugis cum effectu. Item sine adulterio machinatio utriusque contrahere uolentium in mortẽ coniugis cum effectu, ut in decr. 2. de conuer. inf. fidelium, vbi hoc vltimum scripsi in gl. nunquid & requiritur. Quæstionem Io. de Deo lib. 4. & est 8. de illo, qui dixit se non habuisse ad id animũ, cum fidem dedit, scripsi eo. tit. significasti, super uerbo, dederit.*

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter sit concipiendus contra eum, qui uxore legitima adhuc uiuente contraxit matrimonium cum alia.*
2 *Contrahenti matrimonium nunquam debet fraus, aut dolus prodesse, nec parti ignorantia obesse.*
ponit in pmissis tribus casibus, ubi agĩt officio iudicis.
POS. act. Pono, quod ego sum pater tuus, uel nepos, uel
auus, uel proauus, uel mater, uel filia, ut ff. de li. agnos.
si quis a liberis, per totam l. Item quod sum patronus, uel
libertus, ff. eo. alimẽta. Item quod sum in tua tutela. Item
quod sum genus, ff. eo. si quis a liberis. §. si liberi. Itẽ quod tu
es diues. Itẽ quod mihi deest, & tibi abundat, ut in pre
l. si quis à liber. s. §. pen. & §. impubes. Item quod sum insi.
mus. Item quod arte careo, C. lib. 11. de mendic. ualid. l. vni
ca. Item quod bene seruio tibi. Itẽ quod me semper habuisti
pro filio tuo. prædicta probantur in prædic. l. si quis à
liberis, Reus sic:
POSITIO rei. Pono, quod es filius T. & sic de cæ-
teris. Item quod es diues. Itẽ quod tantum habeo, quã
tum mihi sufficit. Item quod es bene sanus. Item quod be
ne potes operari. Item quod me accusasti crimine ca-
pitali, ut in prę. l. si quis à liberis. §. idem iudex. Itẽ quód
me detulisti, ita quod ex delatione graue dispendium
passus sum in Authen. ut cum de app. cog. §. si delator.
9 Col. 8. d † Et nota e, quod alimenta petuntur interdũ per
d actionem ex testõ, s. qñ in testõ relicta sunt, ff. de alim.
e & cib. leg. per totũ. Interdum per actionem ex stipula
tu, siue ex contractu stipulatio intercessit, & hoc, quã
do ex pacto debetur, C. de donat. quæ sub modo, l. 1. C.
de rerum permu. rebus. C. de contrahẽ. emp. l. 3. Inter
dum per actionẽ præscriptis uerbis, ut in præ. concor.
Interdum per iudicis officium, & hec à parentibus &
liberis, vt in superioribus patet, & probatur C. de alen-
dis lib. per totum, ff. de ag. lib. si quis à liberis C. de bon.
quæ lib. l. fin. §. ubi autem. Item patronus, & eius liberi
petunt à liberis, ff. de ag. lib. l. 1. §. fin. & l. alimenta. C. de
oper. liber. l. 1. alioquin reuocantur in seruitutem, ut
ff. de iure pat. diuus. §. fi. & libertus à patrono, alioquin
punitur patronus, ut in præ. l. alimenta. & hoc obtinet,
qñ vnus est inops, nec operari põt, & alter est diues, vt
in præ. l. si quis ali. §. 1. & C. lib. 11. de mendicãt. ualid. l.
1. 86. dist non satis. in 1. col. Item quod frater naturalis pe-
tet alimenta à fratre legitimo, ut C. de nat. lib. Authen
f licet [f]. & legitimus a legitimo [g], arg. ff. sol. mat. quam
g uis. & l. seq. ff. de tut. & ratio. dist. l. 1. §. 1. ff, vbi pup. educ
deb. q filiũ, ff. de admi. tut. tutor. §. in soluẽdis. & l. p. &
h no, C. de alen. lib. l. 1. h † Quid si is, qui petit ali, de parte
10 sua se alere põt, dicit tamen se inopem? Respon. non
debere ali, nisi sit infirmus, vt in præ, l. si quis a liberis.
§. tertio, & §. alimenta, & l. fi. Idem emancipatis, ut ea.
11 l. §. 1. † Sed nunquid dominus petit alimenta a uasallo;
videtur, quod sic, vt etiam diximus in liberto. Dicun-
quidam, quod si magnam possessionem dedit in feudo,
tunc tenetur alere, aliter nõ: ad hoc C. de don. si totas
i 12 q. vlt. de forma. ext. de iure patro. nobis i. nã pupil.
de largis & facultatibus præstat alimenta matri & so-
rori, ff. de tu. & rõ. distr. l. r. §. 1. Alii contra, nam pfecta
donatio conditionem non recipit, ff. de don. l. fi. C. de
K reuoc. don. l. fi k † Sed pone. quidã emancipauit filiũ et
12 dedit ei partẽ. filius iurauit nõ petere de cætero alimẽ
ta a patre, nunc laborat inopia, quæritur, an hoc non
obstante

ADDITIONES.

a Item ex of. *Hic ingreditur secundum partem, s. de officijs, de*
*qua supra dixi, & ibi habentur tres libelli sequẽtes, ut in ultima*
*col. & positiones ipsorum.*
b Filia. *Sic Rof. quia prædixerat de filio.*
c Si quis liberis. *Et nota, quod de infirmitate, uel operis nil hic di*
*citur, quia illud speciale in libello filij, uel liberti.*
d Col. 8. *De inope, qui habet patrem emancipatum, & auum, in*
*eius est potestate. Diues an ab auo, an a patre petat alimenta, i-*
*tem si hẽt patrem & filium diuites, quis prius sibi dẽat alimen-*
*ta, uide per Cy. C. de alen. lib. l. 1. Habeo ẽt has qõnes per quasdã*
*apostillas, quas puto fuisse Iacobi de Are. super l. si quis a liberis*
*in pri. ff. de liberis agnos. & in prima qõne sub dubio forte, dicit,*
*patrem teneri. In secunda dicit, utrunque debere contribuere, si*
*cut plures hæredes contribuunt, ff. de alim. le. l. 3. Item sicut plu*
*res fratres legitimi naturales, Codice, de naturalib. Auth. licet,*
*statim sequitur.*
e Et nota. *Hic incipit ingredi uerba Alberti Gal. & aliqua am-*
*pliat. De ipsius tñ ordine nihil quasi seruat, & multitudinẽ uer-*
*siculorũ emitãs allegabo ti. p sex partes quasi ęquales. & hoc prĩ*
*cipium sparsim sumptum est ex prima & secunda parte. Optas*
*sem quod auctor fecisset membra in hac materia illa, uel alia, q̃*
*fecit Martin. Fan. & fuit primum, quis cui debeat alimenta præ*
*stare, sub quo notabilem partem tractatus inclusit.*
f Auth. licet. *Sumpta de de Corpore, quib. modis nat. effi. sui, §. si*
*quis igitur. Et hac rõne cõsuluit Dy. consilio suo 27. quod si pater re*
*liquit naturali alimenta sub conditione, cui naturalis nõ paruit,*
*nihilominus habebit a legitimis fratrib. alimenta, quæ legis au*
*ctoritate non a pura testatoris uoluntate, sibi debentur, & sic p*
*testatorẽ non potuerũt auferri, in Auth. de hẽd. & Fal. §. si quis.*
*aũt. ff. de adop. si arrogator. de dote prælег. l. cũ quia. in pri. & §.*
*mulieri. & ad l. Fal. l. pater filiũ. Et per hoc sit ĩ parte satisfactũ*
*qõni Rof. 47. quæ tractat de illo, qui filios legitimos instituit, &*
*naturalib. legauit. si legitimis per quadrienniũ seruiret, & erat*
*unũ mẽbrum qõnis, an renunciantes legato possint petere alimẽ*
*ta, aliam partem quæras in suarum quæstionum uolumine.*
g Alegitimo. *Supple, eo fortius de legitimis naturalibus loquen*
*do, non de legitimis tantum.*
h l. 1. *& ff. de lib. agnos. l. si quis a liberis. post prin.*
i Nobis. *Alleg. Guido ad hanc partem ff. quod cum eo, l. 1. & 2.*
K l. fi. *Ad literã fuit Alberti Galeo. qui sic recitauit parte 2. in*
*prin. & sciendum, quod Iac. Veronens sua summa feudorem for*
*mauit de hoc ca. 45. an uasallus teneatur alere dominum egenũ*
*multa iura allegat ad affirmatiuam, ff. de leg. agnos. si quis a libe*
*ris. §. solent iudices & l. ult. quæ de liberis loquĩt, & multa alia*
*plus, q̃ 15. quæ per uiam æquitatis simul deducuntur ad casũ. In*
*serit ẽt duas leges de Lombardi, s. li. 2. de donat. quæ cũ negatio-*
*ne, & c. l. 1. & 1. & li. 3. de transcrip. l. 2. Addit, quod in dubio me*
*lius est impendia fieri, quam denegari alimenta ei, qui dominus*
*bonorum aliquo casu futurus est, tex. est ff. de uen. in possess. mit.*
*l. 1. §. sed & si incertum. Subdit Placen. scripsisse in summa Co-*
*dicis de elẽ. lib. §. ult. quod uasallus & dominus ad inuicem te-*
*nentur se alere, cum teneantur se inuicem defendere, & pp tui*
*tionẽ milites aluntur a republica, quã tenẽtur, C. locat. l. milites,*

*in fi.& li.12.C.de re mil.l.milites.in prin.uidere uolui, si Azo. in Summa posuisset hoc uerbum Pla.reperi,quod,non,soluit Ia. ꝙ nunquam hoc fieri audiuit;nec consuetudine est obtentum per id,quod dicit uasallum ad id non teneri,præcipue per leges ff. de adm.rer.ad ciui pertin.l.4.§.pe.ff.ubi pup educ.deb.l.3.in fi. nisi dominus pro facto uasalli consumpsisset bona sua,puta pro ipsius defensione.ff.de decu.l.decurionib.*

a obstante petere possit?Respon.sic a. tale enim pactum
est contra ius naturale,& ideo non ualet,ff.de pac.ius
agnationis,pater.n. tenetur alere filium secũdũ natu-
ram,vt 1.distinctione,ius naturale,ut ff de iu.& iure, l.
1.§.pe.30.di.si quis dereliquerit,C.de bon.quæ lib. cũ
non solum,§.hoc ꝓculdubio.Sic& filius tenetur alere
patrem & matrem egentem,vt in præ.c.non satis, 22.
q.4.inter cętera,ex.de iureiu.cum quidam,G.de al. li.
l.1.& 2.Hinc est,ꝙ prælatus tenetur alere pauperes pa
rentes,vt in præ c.non satis,13.q.2.expedit. C.li. 10. de
13 impon.luc.descrip.l.unica.†Quid si pater meus est in
fidelis,& æqualiter eget cum extraneo fideli,q̃rĩt, cui
eorum potius debeo in uictus necessarios subuenire?
Host.dicit,quod patri,vt probatur & no.30.dist. cap.1.
Alii dicunt,ꝙ fideli extraneo,arg.in præ.c.non satis,in
princ.ibi,circa domesticos fidei,&c. ubi de hoc. Causam.n.præstat natura,non gratia, nã talis pater potius
b negãdus est,quam alendus,21.q.8. leg. b† Quid si q̃s
14 intrat monasteriũ conferens illi omnia bona sua, nũ-
quid pater eius poterit a monasterio petere alimenta.
c Respon.sic,si in egestatem deuenerit c,C de agnos. li.
si quis a liberis,§.idem rescripserunt.& extra de pro-
bat.in præsentia.& in præ.cap.non satis,uersi.similiter
d & debilitatis,16.q.1.q̃m quicquid d.†Item pone, quidã
15 tenens in concubinam ancillam cuiusdam militis, ha
buit ex ea filiũ,quæritur,an pater, uel dominus illum
alere teneatur?Dic,ꝙ dominus, ff.de ago. lib. si neget
e in fi.ff.de relig.l.fi.e decimaquinta q.ult.cũ militæ.in fi.
Quid si filia tua peccat in corpus suum,et,sic potes eã
exhæredare.ut C.de inoff.test.si pater. Aut.ibi posita
nunquid poteris ei negare alimenta?Et videtur,quod
possis,ff.de lib agno.si quis ex his.de hoc C.de aliẽ.li
f l.fi.f. †Quid si ipsam pœnitet peccati?videtur quod ei
16 prosit.C.de nup.imperialis.in Auth.vt cum de appel.
cog.§.aliud,si potest.l.dist.ferrum.& cap.fidelior.ext.
de spon.inter opera.nam & paterna pietas in pietate.
& nõ in atrocitate,&c.ad l.Pompe.de patri.diuus.35.
q.3.contra.§.hac auctoritate.ꝓpe.prin. Arg. cõtra ga.
g nec tali pacto,&c.g ff.de fur.qui ea.ff.vi bon. rap. l.pe.
h nec absoluetur turpitudo,&c.h ut ff.de ritu nup.palã:
§.1.ff.de re milit.qui cum vno.§.ignominia Primum
i verius i.†Quid de natis ex damnato coitu,i.incestuoso
17 & nefario coitu, Respondeo,dic,quod non sunt a pa
tre,vel a matre alendi, secundum leges,in Auth.qui
bus mo.natur.effi.sui,§ fi.extr. qui filii sunt leg.per ue
nerabilem.in fi.C.de nat.lib.humanitatis.& Anthen.
licat.vbi dicitur,nõ alantur a parente. & appellatione
parentis mater ẽt continetur,ff.de ver.signifi.appella
tione.sc̃dm Canones autem sic,vt ext.de eo,qui dux.
in ma.quam pol.per adu.cum haberet.ĩ fi.vbi de hoc.
Et dic,ꝙ secundum leges patres & ascendentes per li-
neam paternam non tenentur alere filios,nisi iustos.
matres vero & ascendentes per maternam lineam ale
re tenẽtur spurios ẽt vulgo quæsitos,ff.de lib.agnos.si
quis.respõso primo,& §.1.nisi forte mater sit illustris,
18 ut C.ad Orfi.si qua.& Instit.eod.tit.†.nouissime.†Sed
& nepos ex filia pascẽt ab auo paterno, sed nõ a ma-
k ter k no,ut præ.l.si quis liberis.§.2.& §.sed mater.& l.
l 19 pen.†Quid de adoptiuo;dic,idem l,ut ff. de adoptio.
l onera.Item alẽdus est uẽter.si posthumus nascitutus
speratur casu aliquo hæres esse defuncti,ff. de uent.in
possess.mit lege 1.§.2.&§.& generaliter.& §.mulier.&
l.curator. Item alẽdus est pupillus de bonis suis,etiã
si illa a creditoribus ꝑ cõtractum suum,quia non de-
fendit,possidẽt,ff.de priuileg.creditor.si pupillus et ẽt
in aliis casib.vt C.de Carb.edict.l.fi.& ff.eo.sed & si is,
†.an aũt,& l.de bonis,§.non solũ,& ff.de inst.test. si in
20 stituta.§.de inofficioso.† Itẽ seruus alendus est a dño.
ff.de dam.tut.cũ plures,§.pe.alioquin fit ꝓut habetur
ff.de his,q sui,uel alie.iu.sunt,l 2.&.C.de Lat.libe.tol.
§.sed sancim⁹.Itã miles a republica,C.loc.milites. Itẽ
decurio,ff.decu.l.decurio.Itẽ legatus,& si decesserit ĩ
legatione nil reddet,ff.de legation. legatus.aũt.Itẽ is,
21 qui in carcere detinẽt,C.de epis.aud. iudices. † Item
pupillus alendus est de bonis suis per tutorẽ, alioquin
tutor,ut suspectus,remouebĩt,ff.de suspe. tut.l. tutor
quoq;,§.tutor,qui sup.uersi.pupillus.& eõ tutor quan
doque est alendus de bonis pupilli, ff.de admin. tut. a
tutorib.§.fi.ff.de tutelis & ratio.distrah.l.1.§. & si pu.
pillus. Et si tutor petit alimenta a iudice constitui non
vocatis agnatis pupilli,valebit constitutio, vt quidam
dicunt,& ea poterit reputare,cum a se hoc posset, C.
de alimen.pupillo pręstã.l.fi.ibi, quæ bonus uir arbi-
trabitur,&c.hoc.n.celeritatem desiderat,ff.de ser.leg.
2.ff.de re iud.qui pro tribunali.Item dicit lex,quod tu
tor ea debet postulare,nec dicit de alia ꝑsona,C.de ad
min.tuto.leg.4 nisi forte ultra modũ patrimonii sint
decreta,quia tũc non valet,ff.vbi pupil.edu.debeat, l.
1.Item est argumẽtũ,ꝙ nõ petãtur decerni,ff.de neg.
gest.Nesennius.Argumẽtum tñ contra.cum.n.qõ sit
inter tutorem & pupillum,quia onus dicit,sufficit, al
ter

## ADDITIONES.

a Respondeo sic.*Sc̃dm Alb.Galeo.par.3 & per rationẽ, quæ sequitur,tenet ẽt Gui.de Suz.in q̃one statutorũ mihi sub litera. F.ꝙ statutũ continens,ꝙ pater non teneatur alere filiũ maiorẽ 18. annis non tenet,cũ educatio illorũ sit de iure naturali,ut patet in iurib.sequentib⁹,& inducit Inst.de iure nat.§.sed naturalia,et sic tolli non potest,ut ibi,& licet non fater actiones esse. ꝓductas a iure p̃torio,uel ciuili,põderari tamẽ debet principale subiectũ,cũ actiões cęperĩt ex tẽpore,illud uero dabitũ à natura.*

b Legi.*Host in Sum.de temp.ord.§.& cui.uer.quid si pater.sub. §.7.ver.de hospitalitate tractat.dicit p̃ferendum patrem,& miratur ꝙ doctor iuris positiui dubitet de hac q̃one,cũ exhibitio nutrimẽti sit de iure naturali primæuo communi, etiam omnibus animalibus,ibi uide Rayn.ẽt de hoc eo.ti. leg.tertia, post, prin. ubi de eleemosyna,uer.pone,ꝙ pater.Gof.eo.ti.char.3.versi.sed pone,quod pater.quib.etiam placet,quod dixi.*

c Deuenerit.*Secundũ Alb.Gal.parte eadẽ ratione uidetur in sene,de cuius licẽtia uxor ingressa est monasteriũ cũ sua magna dote,& uir,postea factus est inops,facit inf.uer.quid si mulier.*

d Quicquid.*Vide sup.de stat.mon.ver.47. & in uer. 59.dixi de filio conuersi ecclesiæ secularis,quod no. Ioannes de Deo.*

e l.fi.*Hucusque Alber.Gal.parte 4.in pricip.*

f l.fi.*Ibi,non ꝙ propter ingratitudinem denegari possunt alimẽta.*

ADDE *tu,quod in omnibus casibus,in quib.potest pater filium exhæredare,potest sibi alimenta denegare, ut notat Pet. de Anc.in ca.fi.de conuer.infid.& uide Bal.consi.253. inc filiafamilias ducens vitam turpẽ & luxoriosam potest à patre exhęredari.& ibi,qualiter probetur eam ducere uitam turpem & luxuriosam,& an talis possit petere legitimam,uel eius supplemẽtum.Et adde,ꝙ pater tenetur alere filium etiam si sibi assignauit alimenta, & filius illa ludendo dissipauit. secundum Iac.de Arere in l.si libertus,qui operarum.ff.de oper.lib. quem refert & sequitur And Sic.in c.ex parte in ,3.col.de consuet.& ponit. Hipp.de Mar.singulari.104.inc i.pater tenetur.Henr.Ferran.*

g Tali pacto &c.*Pœnitentia sua nocens esse desiit.*

h Turpitudo &c.*Quæ postea dimissa est.*

i Verius.*Secundum Alb..Gal.cuius etiam fuit uersiculus sequens per eadem.*

k Materno *Mart.de Fan.dixit,si ex paterna linea pasci non possit,allegat eadem iura.Dictum.Gul.procedit coniungendo hunc uer.ad proxime pręcedentia.*

l Idem.*Scilicet quod pater adoptiuus tenetur eam alere; Mar de Fan primo membro.*

ter negat,uidet dandus curator,Instit.de aucto. præst.
in fin. Et argumentum contra,C.de episc.aud.tam de
mentis.Item res tangit eos,qui uenire debent ad suc-
cessionem:unde vocandi sunt,extra de offic.archi.ad
hoc,ff.de aqua plu.arc.in concedendo, & tūc decretū
22 suspicione carebit,C.testa.hac consultissima.in fi.†Si
ergo tutor petit pupillo de bonis suis alimenta decer-
ni,ita dicetur.

FORMA.Veniens A.tutor B.filii quōdā C.coram
tali iudice petiit a dicto pupillo de suis bonis alimenta
decerni pro futuro tempore,quo erit tutor ipsius, itē
iudex visis instrumētis tutelę & inuētarii,inspecta etiā
quantitate bonorum pupilli & cōditione personæ ip-
sius,habita secum deliberatione, & proborum uirorū
communicato consilio,eidē pupillo tot mensuras bla
di & tot vini,tantum de lignis,& tātum pro compana
tico annuatim pro futuro tēpore, quo ipse A. erit tu-
tor,pro alimentis ipsius pupilli de bonis suis cōstituit
23& decreuit.†Item soror a tutore pupilli,si egeat,est alē
da,ut ff.eod.ti.l.1.§.Item procurator,& aduocatus, dū
incedunt pro negotiis domini,litigatoris,vel gestoris,
ff.de pact.sumptus,ff.ma.si quis alten.§.impendia. Itē
clerici de bonis ecclesiæ,ut in Auth.Coll.prima, vt de
ter.sit,nu.cleric.ext.de præbendis,extirpandę, &c. pri-
23 mo,&c.cum secūdum.†Item clerici sine titulo ordi-
nati ab ordinatore,extra de preben.c,ū.&c.cum secū-
dum. Item monachus abbatem,vel etiam clericus epi
scopum accusans,vt supra de inquisit.§.fin. Itē diuor-
tio facto liberi sunt alendi.vt C.de diuortio facto, l.1.et
Auth.si pater,extra de eo,qui duxit in mat quā pol. p
adul. cū haberet.Item hi,quibus alimenta relicta sunt.
ff.de alimen.& cib.leg.l.1.& 2.C.de fideicommis.le.1.
25 & 2.† Item prædicantes verbum Dei,16.q.1.Apostoli
cis,23.q 1.§.1.Argum.contra,j.quæst.f. sacerdos. ad fi-
a nem a.Et generaliter debiles impotentes,laborare, in-
firmi consanguinei.& pauperes fame morientes alen
di sunt,82.distinct.§.1.& capitu.1. 86. distinct. non sa-
tis.& capitulo sequenti, 42.distinct. quiescamus . 47.
26distinct.sicut hi.† Et nota, diuortio facto filius minor
triennio apud matrem, maior vero apud patrem est
alendus,ut legitur & no.extra de conuer. infidel.c.fin.
27† Sed queritur,utrum super alimentis transigi posset,
b & licet ista sint in Summa Azonis facta b,nota tamē
quod de pręteritis potest transigi indistincte, ut C. de
transactio.lege,de alimentis.& etiam de futuris. nisi
sint in ultima uoluntate relicta, ut ff.de transactio. cū
hi.responso primo . In his tamen uidetur necessaria
prætoris auctoritas,ut C.de alen.lib.a paren.l.fi. Cum
enim ad hæc alimenta duplex concurrat ratio,s.alimē
torum & ultimæ uoluntatis, difficilior esse debuit in
remissione eorundem,argu.C.de transac.pręses,extra
d de tren.& pac.capitulo 1.c Sed nunquid compromitti
pōt super alimentis futuris?de hoc no.supra de arbi.§.
28 restat,ver.sed nunquid. † Nunc dicamus de vxoris ali-
mentis,Super quo scias,quod uir tenetur vxorem ale-
re,& nurum,& pronurum,vt ff.soluto matrimonio,si
cum dotem,§.sin autem,& argumentum. ff.ut in pos
ses.leg.l.penul.ff.famil.ercisc.si filia,§.primo, ff,de do
nat.inter uirum uxorem,si quis per vxorem , respon-
so primo,nisi pactum in contrarium fiat. ff. de in rem
uerso,l.fi.ff.de donat.ex parte.responso primo . Impē-
sas enim factas pro seruitio sibi impēso quis non repe
tit,ff.commod.l.ib rebus,§.possunt,ff.de ædil.edic. itē
serui.in fi.ff.sol.matrimonio,diuortio,§.fi. At ut uxor
uiro seruit.ff.de ope.lib.si cum putemus C. q potior.
in pignor.hab.assiduis,33,q.5.est ordo.& cap.seq. Nec
est uerum,quod dicūt quidam , scilicet quod aut uir
recipit dotem : tūc aletur, cum ipse lucretur fructus pro
pter onera matrimonii supportanda,ut C.de iure.dot.
pro onerib. & eodem dotis fructus. Aut non recipit,
& tūc non teneatur,cū non sit dos , quæ seruiat one-
rib. matrimonii. Hoc enim falsum est,vt ff.de relig.&
sump.fun.q si nulla.cum saltem propter seruitium te
neatur,vt supra,cū vxor sit uiri famula , vt 33. q.5.hęc
imago.&c.seq.Et quodāmodo est domina rerum uiri
eo uiuente,ff.rerum amot.lege prima,&quia vna caro
sunt,extra de biga.debitum. Fallit tamen hoc, si pactū
fiat in contrarium,ff.de in rem uers.l.fin. ff. de doli ex-
d cep.patri.respon.1.d † Sed nunquid petet vxor alimen
29 ta ab hęrede mariti intra annum? Et videtur, q non
quia mortuo uiro mulier soluta est à lege uiri. & ex-
tra,de secun.nup.c.pen.&.fi.& arg.ff de pet.hæred.hæ
res furiosi.& ff.pro socio,l.actione.in fin. Et dic, q sic,si
e non hēt aliū de,vñ alat e,vt ff.de bon. auct. iudi. possid.
quamuis.ff.vt in posses.leg.l.pe.& de uentre in posses.
mit.leg.prima, §. si mulier.cum intra illud tempus
non possit repetere dotem.de hoc nota,C.de rei vxor.
f actio.l.vnica,§.exactio f, infra versic. quid si filii .† Sed
30 pone,uxor petebat ab eo intra annum, hęres uero di-
cit se paratum dare in domo viri,quia ibi alenda est,vt
C.de cri.expil.hær.aduersus. ff.de ritu nup. mulierē.ff.
de usu & hab.neque.& C.communia vtriusque iudic.
l.penul.sed ipsa vult alibi extra domum habitare, quæ
ritur,quid iuris?Dic,quod si hęres sit eius filius, dēt ha
fiere alimenta in domo uiri,arg.ff.de leg.tertio,qui cō
cubinam.§.finali,ff.de fundo instru.l.quæsitum. §.pu-
ta.C.communia utriusq. iud. l. possessionem. Si uero
g mulier g non possit esse cum eo sine cōtentione & ho
neste,siue sit filius,siue nō,potest extra domum habe
re, ut quidam dicunt,argumen. ff.de aliment & cib.
leg.Caio.§.fi.Idem etiam,si de filii uoluntate alibi mo
retur,

## ADDITIONES.

a Sacerdos.ad finem.*Solue,ut in gl.pen.& ult.*
b Tracta.*Mart.de Fan.dixit Expedita.*
c c.1.*Addebat Martin.de Fano cuius fuit iste uer. membro 2. q si non possūt transactione remitti;ergo nec pacto gratuito,argū. prędic.l.C.de transact.pręses.cum facilius transactio,q pactio p mittatur,ut ubi;nec dat regulā,sed restringit ad hūc casum,quo minus grauatur transigens aliquo recepto, quam gratis remittēs.hoc dico,quia alias,gratuita pactio admittitur,ubi transactio reprobatur,de intransa.super eo.*

*ADDE,quod stante statuto,quod contractus minorum iurati debeant obseruari,quod minor iurans super pacto gratuito alimentorū sibi non pręiudicat,ut uoluit* Pet. *Anc.consi.276.*
d Patri respon.1.*ult.eil.& hoc tam prolixerat sup.eo versi & hoc intelligas,saluo.quod dictum est sup. ver.sed pone.*
e Alatur.*Et tunc de ęquitate,sm Roffr.alleg.ff.ex qui.cau.i poss. l.Fulcinius.§.ult.de priuil.cred.l.ult.de iure delib.filius. Si alias habent,unde se alere potest,non tenetur,ff.de lib.agno.si quis à liberis.§.sed si filius hoc tenuit in qōne,quam sollennitate disputauit,& est 26.Ex eadem ęquitate tenet idem Vber. Homobon.& Guido in exactio.alias secus,ut sup.*

*ADDE,an maritus uxorem indotatam tam ęgrotam, quam sanam alere teneatur,Roffr.late consil.507.*
f §.exactio.*Et ibi in sui fin.tenet gl.hoc.dictum,& idem Marti de Fano & Alber.Gal.Iacob.de Aretin.ponit ibi opinionē Cyn quę habet,quod mulier uendat ius obligationis,quod habet Pet tenet. quod propter talem necessitatem hęredes cogantur reddere dotem intra annum,allega.C.de pat.qui fil. dist.l.2. uel saltē partem dotis,quæ ad alimenta sufficiat,deducta tamen commoditate usus medij temporis,ff.sol.mat.si constante.§.quo.*

*ADDE Cald.de consilio 196.2.lib.& ibi quando mulier non dicatur habere,unde se alat.*
g Si uero mulier.*Hic auctor uerba Alber.Gal.& bene,superiora posuit ad literam parte 4.& placet hoc,quod sequitur, Vber. & Homobon.per leges ff de oper.libe.eius.§.fi.& l.sequen.& l interdum.penul.ff.de condi.insti.filius,qui.& l.nepos. in fin.ff de uerborum signi.& uide,quod dicam inf.uer.quid si dixit.*

retur, vt eodem titu. testamento. & ff. loca. cum in plu
31 res. §. lege. † Quid si viro absente vxor petit à procuratore viri sibi dari alimenta extra domum viri, quæritur, quid iuris? Dic, quod potius ali debet in domo viri, quam extra, ff. soluto matrimonio, si cum dotem. §. si pater filiam. Ita disputarē primo ratione euitandæ suspicionis: quia etiam extra illam pernoctare non debet, vt C. de repud. cōsensu. §. vir quoque. Secundo, quia cum minori viri incommodo aletur in domo, argumen. ff. de leg. secū do, si ita relictum. §. fi. Tertio, quia uxoorum obligatio. si ita stipulatus fuero, decem. viri & vxoris vnica est domus, vt C. de cri. expil. hær. ad versus. ff. de vsu & hab. imo & vna familia, ff. ad Syl. l. j. §. si vir. & eorum vsus debet esse promiscuus, argumē. C. de fur. quamuis. Quarto, quia ad domum viri vxor est traducenda, ff. de ritu nup. mulierē. Quinto, quia sine viri voluntate se absentauit, ff. de alimen. & cib. leg. testamento. ff. de oper. lib. sed hæc. in fi. Et inuitus intelligitur, ex quo non consentit, ff. de ritu nup. in eo. 1. Sexto, quia vir posset eam cogere in domo esse, ff. de lib. exhib. leg. secūda, vnde & procurator eius hoc poterit,
a ff. de procurator. sed hæc, responso primo, §. pen.ª De iure ergo mulier in domo viri alenda est, vt supra versi. prox. præsertim si vir reliquit vxori, donec stet cum filiis suis: secus, si eos reliquerit, vt infra versic. quid si dixerit. & hoc, & si honeste poterat esse cū eis, vt supra.
32 † Quid si mulieri alimenta petēti opponitur, quod nō fuit uxor? arguitur, quod interim habebit alimenta do nec cōstabit eam uxorem, ff. de agnoscēd. lib. si neger. Fiet autem probatio hæc per uocem & famam, ff. de flum. l. 1. §. 2. ff. de fundo instructo, cum de lanionis. §.
b asinam. & per alium modum b. † Quid si ipsa velit in-
33 gredi religionem? Dicunt quidam c, alēdam, quasi stet
c cum filiis fauore religionis. ar. in Aut. de san. episco §. si forte. C. de epis. & cler. Deo. rāso 1. ff. qnib. ex causis ma. nec nō tñ. j. & l. qsitū. §. si stipulatio. & l. si qs stipulatur. & l. si quis Titio & Iuliano. §. cum, ext. de proba in
34 pręsentia. † Quid si quis ita dixit in testamento: Relinquo vxorem meam dominam & dominatricem? Respondeo: hæc uerba sic debent intelligi, quod uidelicet illa mulier honorifice secundum facultatem patrimonij necessaria sua habeat, ff. man. ideq;. §. idem Labeo. & sic secundum communem usum accipienda sunt, ff. de supel. leg. l. 3. ff. de leg. 3. nō aliter. §. 1. extra de spon. ex literis. & facit ff. ad. Syllan. l. 1. responso. 1. & §. fi
d uir. ff. man. creditoris. §. Lucius d. de hoc no. C. de secū-
e dis nup. Authen. hoc locum habet. Quidam autem dicunt, præmissa uera esse, ubi filios habet, quia uersimile est, quod pater potius uoluit filios, quam ipsam habere. Si autem non habet filios, tūc habet omnium rerum usumfructum. Odoff. autem dixit, quod aut testator dixit, Volo eam esse usuariam, aut usufructuariā, aut dominam & massariam, aut reliquo ei alimenta. Primo casu debet habere ut usuarius, secundo, ut usufructuarius, filijs non extantibus, eis uero extantibus, habet usumfructum eius, quod est vltra legitimam, ut ff. de usufru. leg. l. uxori. in Authen. de trien. & semis. §. 3. in tertio casu habeat, quod habebat uiuo marito: in
f quarto, serua l. ff. de alimen. & cib. leg. l. 4. f † Quid si acci
35 pit alium uirū, & mortuus est, uult redire ad suos? Respondeo, credo, q ali debet, ut egena mater: sed non ex uirtute testamenti primi uiri, ut ff. de adi. leg. l. si seruus legatus. in fi. & l. cum seruus. ff. de iure dot. promisso. ff. de pa. do. iter. § fi. Ar. ꝫ, ff. de le. 1. si chorus. §. fi. Pro
g & contra ff. de fideicōmis. lib. si fideicōmis. §. fi. g ff. de
h statulib. seruus, qui. §. fin. h † Quid si dixit in testamēto, Relinquo uxori meę alimenta, donec steterit ī domo mea cum liberis meis? Respondeo, si eos relinquerit, non habebit alimenta. ff. de alim. & cib. leg. l. libertis. §.
i fina. i nisi iustam habebat absentiæ, caussam, tunc sic,
k ut ff. de condit. & demonstrat. si quis ita legauerit k. Sed quid si hoc casu filii, uel hæredes uolunt habitationem mutare, nunquid ipsa eos sequi cogetur, &

ADDITIONES.

a §. pe. *In quibusdam scriptis, quæ attribuuntur Martin. ipse ponit 11. rationes, inter quas tertia superior diuiditur in duas, ut alia sit unitas domus ab unitate familiæ, aliam sumit ex l. utique, §. 1. & 2. ff. de eo, quod certo loco, si quasi soluere sit in optione debentis, ubi ante petitionem actoris offert. Altera, quia ad domū rei uenire debet quis recepturus, quod sibi debetur. ff. de cōst. pe. item illa. ff. de edē. si quis ex argentarijs. 1. resp. Quarto, quia sic consueuerunt uxores in maritorum domib. manere, & communicare diuinum ius & humanum, C. de do. ante nupt. ea, quæ, ff. de ritu nup. l. 1. Quinto per euitationem absurditatis: esset. n. absurdum, quod quatuor fratrib. peregrinantiq. uuicuique diuisim alimenta præberet facit ff. de mansfact. cum hi. Sextum sumitur ex l. ff. solut. mater. si cum dotem. § si pater. ubi patet, quod etiam cum uiro peruerso debet uxor manere in eius familia.*

*ADDE, ut per Bal. consi. 161. 3. li.*

b Et per alium modum. *Hoc ultimum addit auctor; quod præcedit, fuit Alb. Gal. par. 4. in fi.*

c Quidam. *Mart. de Fano 3. membro, pro quo facit, quod nota. Iber. de Bob. in l. una. C. de rei uxoria act. ubi tenet, quod filia uidua, si uelit religionē ingredi, tenetur pater sibi dare prioris matrimonij dotē condictione ex illa lege; dicens, absurdum esse cōdictione cōpetere, cū nubit uni rustico, & non cū nubit Christo.*

d Lucius. *Hucusque Mart. de Fano tertio membro in fi.*

e Auth. hoc locum habet. *Hucusque Alb. Gal. par. 6. in prin. sed ibi nota, a uiro reliquit eam dominam & usufructuariam: & eo casu Dy. dicebat copula sumi pro disiuncta, ut sic ipsa alterū eligeret; facit C. de uerb. sig. l. pe. de codicillis. l. fi. & uide omnino, quod scripsi sup. de pig. §. 2. ante uer. alia quoque.*

f l. 4. *Sed cum secundum interpretationem nota. in Auth. superiori, uxor, cui sic relinquitur, debeat habere alimenta, quæritur, an hic casus differat a legato alimentorum. de quo hic ult. Odof. Dicit dominus meus, quod sic, in hoc, quia in illo casu recipiet uxor alimenta ab hærede. iste uero recipiet a se ipso, per l. ff. de usufru. le. l. fundi Trebatiani. & uide, quod ibi no. in 1. gl. & uulg. gl. per quas hoc plenius intelliges.*

g §. fi. *Ibi dicitur, quod seruus legatus, si interim manumittatur, & postea seruus factus sit, peti potest, alia litera non potest. Prima litera in hoc. contra quod virtute testamenti petere non potest; dic, ut ibi in ult. gl.*

h §. fi. *Alb. Gal. cuius fuit par. 6. iste uer. all. etiam ff. de fideicommissa. li. l. fideicommissaria. §. fi. ponit casum sibi similem.*

i § fi. *Allegatur pro casu ff. de le 3. qui, concubinam, all. l. seq. §. uxori.*

k Si quis ita legauerit. *Dicebat Mart. de Fano sæpe ex cā talia iudicijs, of. moderanda etiam contra uerba testatoris, per prædictam l. & eo. si Titio. §. 2. & l. cum tale, 1. resp. & pe. bene facit ff. de usu. & habitatione, in fi. l. non aūt, ff. de op. li. l. q nisi, & l. seq. & l. hæ demū facit ff. de arb. si cum dies. §. quid ergo, de pe. sed & hæ. §. non solum, & est expressum, ff. ubi pu. ed. deb. l. 1. in priu. de confir. tut. l. ult. & de adim. le. l. Quintus. Hæc omnia inducit Mart. ad iustificandum, quod dixit in uersi. de iusta causa absentiæ, unde etiam cum proprius filius posset esse iusta causa non manendi, pone, meretrices ducunt, & maxime in domo iacta, uide etiam supra uersi. sed pone. Sed propter hunc uersi. formatur quæstio de testatore, qui reliquit uxori prædium, uel uillā fruenda, quandiu desierit esse nupta, uel quandiu uidua in domo sua manebit, stetit per annum; postea nupsit, nunquid adhuc legatum habebit. Dicimus, quod non secundum do. meum & Richar. Malum. quia non non dicitur per id indicta ppetua uiduitas, & sic non habent locū antiqua iura, quæ conditionē remittunt, nec iura Authentic orū, q non nisi certo modo capere pmittunt. Nec fuit hoc legatū conditionale, sed purum, & statim et pure capit mulier, cum nupserit amplius non capiens. fuit. n. hæc mens testatoris nubere, si placet, sed postea non frueris. Itē illud. Quādiu, sonat, id est, quot diebus, argu. ff. de annu. leg. l. legatum,*

*gatum & sic tot legat o,quod dies,vel anni.ff.de legatis,tertio*
*qui concubinam.§.uxori.Non potest ergo dici indicta perpe-*
*tua uiduitas,& temporalis etiam olim non erat probibita, lff.*
*de con.& demon.si uir.§ fi.sed locum habet l.filiæ.ff.de annuis*
*leg.& cessat Auth.cui relictum.C.de indic.uidui.& de boc per*
*Cy.eo.ti.l.legem.& uide ad idem Iac.de Bel.in Auth.de nup.*
*in ulti.char. lectura,§.quæ uero nunc.in fi. & uide, quod dixi*
*supra super rub.de statu monach.ad finem.*
& domum viri exire? Respondeo,si hr̃des necessitate
ducti hoc faciant,audiendi sunt, si ex uoluntate, non.
37 ar.ff.loc.& cond.si quis domum.respo.1.† Item quid
in præmisso casu,vel etiã si dixit testator, ꝙ vxor eius
possit in domo stare,q̃diu sibi placuerit,vel similia,&
hr̃des vendunt domũ illam,& aliam emunt, nunqđ
poterit petere habitationem primæ domum? Videt̃,
ꝙ sic,arg.ff.de au.& agen.leg.l.si ita. Arg.contra quod
secundæ,ff.de le.2.si ita quis.Sed dic,vt in dictis legib.
a & facit ff.lo.si quis domum,responso.1.a Sed nunquid
bona uiri sunt vxori obligata pro alimentis,sicut & ꝓ
dote? de hoc ĩfra de do.inter vir.& vx.§.formatis.ver.
38 sed nunquid.† Sed nunquid is,qui præstare tenet̃ ali-
menta,pręstabit & medicinas,cum ægrotatur? Dicũt
b quidã b,ꝙ sic,vt ff.de ver.sig.cętera.& l.uerbo uictus.
& l.quos nos hostes.§.videre.ff.de usufr.sicut.ff. solu.
mat.si cũ dotem.§.si autẽ.ff.de alim.& cib.leg.l. lege-
tus.Alii distinguunt,an debeantur iudicis officio,vel
ex testamento,vel ex cõtractu,ut in primis duob.casi
bus teneatur pręstare medicinã,in tertio nõ,ut ff.cõ-
mo.in rebus.§.possunt.C.de neg.gest.qui ĩ uxorẽ.Sed
c primũ verius c.† Vtrum quoq; nati ex damnato coitu
39 possunt legitimari,& ꝑ quẽ,& qualiter,& an Papa pos
sit,quo ad successionem,legitimare, not.in Authen.
qui.mo.nat.eff.sui,§.fi.ext.qui filii sint legi. per uene-
d rabilẽ [d].& in Summa Azo.in tit.de natu.lib. & supra
40 de lega.§.postremo.uer.sed illud.† Quid si mulier est
locuples, & uir inops, nec habet bona vxoris in do-
e teme? Respon.est alendus.cum enim succedat ei mor
tuæ,fortius debet ab ea in uita iuuari,vt C.unde vir &
uxor,Aut.p̃terea.& ĩ Aut.ut fratrũ. Aut.ut filii.ff.sol.
mat.si cũ dotem.§.si autẽ.ff.ad senatuscon. Silla.l.2.
§.si uir.C.de cri.expil.hęr.aduersus.ff.de iure dot.mu
tus.& ꝓpter rationes positas super ver.nũc dicamus:
41 † Quid si filii mortui sunt? Dic,ꝙ mater alẽda est ab
f hæredib.filiorum, vt C.de leg.l.1.& argu.in præalle.l.
Caio.§.Imperator. & eo.ti. alimẽta.resp. 1.& l.cũ v-
42 nus.resp.1.& libertus.§.2.& l.Stichus. † Quid si mater
ad tẽpus abest,& demũ reddit? Respon.ali debet,arg.
ff.de cond.& demõ. si quis ita legauerit. nã in domo
43 stare intelligitur,quę ad tẽpus secedit,arg.ff.de au.&
arg.leg.si vxor §.1.de pæni. dist.1.diuortium.† Quid si
unus hæredum factus est inops? Resp.Dicunt quidã,
alios ex hoc iure testamenti non esse onerandos.ff.de
g alim.& cib.le.l.3.§.1.& l.2. In summa nota g,ꝙ noĩe
alimentorum & legatorum calceamenta & uestimẽ
ta intelligunt̃,ff.de alim.& cib.leg.l.legatis.& l fi.Idẽ
dico,si uictus legatus sit,ff.de uer.sig.uerbo,uictus.10.
q.2.episcopus.& 12.q.clericus.ext.do cleri. non resid.
de cętero.Secus tamẽ est,si cibaria sint relicta,ff de ali
mẽ.& cib.leg.l.antepe.Secus,cũ de alimento transigi
h tur,ff.de transactio.cũ hi.§. qui transigitur h. † Debet
44 autem accipi modus alimentorum pro cõsuetudine
testatoris,ut ff.de alimẽ.& cib.le.l.pe.& pro facultate
dantis & accipientis,& secũdum quod crescit ea,cre
scere dẽt & alimentorum præstatio. hæc probant̃ 41.
dist.non cogant̃ de conse.dist.4.est pro paruulis,& ff.
eo.ti.cũ vnus.ĩ fi.& l.uerba.ĩ fi.& l.pe.ff.de libe. agno.
si qs a liberis.§.alimẽta.& §.pe.C.de alim.pub.p̃st.l.2.
ff.de usu.sed si qd.§.j.C.de nat.li.auth.licet& uires do
tis ĩspiciant̃ in coniuge,ut ff.de do.inter uir.& vx.ex an
nuo. & dignitas & cõditio accipientis,ut extr.de sup.
plen.neg.l.pręla.grandi.§.1.Et dicũt quidã,ꝙ si modi
cum sit patrimonium,modicum constituatur, puta
vnus denarius pro die,quod non puto,imo illud mo
dicum intelligi debet non ad frugalitatem habendam
puta,quod qualibet die carnes habeat ad sufficientiã,
sed omnino debet tantum habere, quantũ ad vitam,
saltẽ minus frugalem sufficiat,arg.ff.de usu,& ha.fun
di.respõ.prima,& l.plenum,respon.primo,§.secundũ
ff.ubi pub.educ.deb.l.3.§.fi.C.de patrib.qui fi.dist.l.1.
& 2.C.de sacrosanct.eccle.l.antepenul.ff. de ventre in
i pos.mit.l.2.§.mulier. i etiam si totum patrimoniũ cõ
summatur,arg.C.de admi.tut.Auth.nouissime ff.ubi
45 pup.educ.deb.l.ius.† Sed nunqnid is,cui debentur ali
menta,debet percipere salaria pro doctrina? Respon-
deo,non,vt ff.de alimẽ.& cibat.leg.l. legatis, in fi.nisi
in casu,vt ff.ad Carbo.l.de bonis,§.non solum,ff.de ad
mini.tut.cum plures,§.in primis,ff.vbi pup.educ.deb.
46 qui filium & l.3.§.penul.† Cæterum si sunt plures ali
mẽta debentes,debet prætor vnum statuere,per quẽ
præstentur cæteris cõferentibus partes suas, ff.de ali-
men.& cib.leg.l.3.§.l.Si autem pluribus alimẽta debẽ
tur,vel alicui pro eis,omnibus pręstanda sunt, tunc p̃-
motiens proficit debenti,vt ea.l.§.pe.&,ff.de usufruc.
dominus,§.1.& arg.ff.dę an.leg.Seio.respõ.1.ff.de usu-
fru.leg.si cui.Secus tamen est,si non pro alimẽtis. sed
vsusfructus plurib.simpliciter debetur,vt ff.de vsufru.
accresc.si mulieri.& l.1.& l.interdum,& arg.ff. de vsu-
47 fruc.leg.l.si codicillis,respon.1.in fin.† Quid si discor-
dant,& vnus vno modo, & alius alio velit percipere?
Responde,is modus seruetur,qui magis cõgruet vni-
uersis,ff.pro so.actione.§.Labeo.alias se mutuo impe
dirẽt,ff.de vsufruc.quoties,vel melius, iudex interpo-
nat partes suas,Inst.de satisda.tutor.§.si autem ipsi ff.
de bo.aucto.iud.possid.in vẽd.§.fi.vt cuilibet,si fieri ꝯ
mode potest,pro parte præstẽtur,arg.ff.de ope.lib.hę
operę.§.fi.ar.ff.de ędic.ꝙ si nolit.§.si vẽditoris.Petrũ
tur autem alimẽta,& pręstantur iudicis officio.C.de
alen.lib.a patrẽ.per totũ. ff.ad Treb.Imperator Adria
nus,& sup.ver.no ꝙ.Vtrum hęres deducit Falcidiam
de alimẽtis vxori legatis,de hoc sup.de tes.§.1.uer.po
ne,quidam O.

ADDITIONES.

a Responso primo.*ſm Alb.Gal.in fi.& Mart. mẽbro tertio.*
b Dicunt quidam.*Mar.de Fa.qui,ubi inseruit,infra dicam.*
c Verius.*secundum Albe.Gal.parte 3.in prin.*
d Per uenerabilem.*Vide,quod ibi scripsi super ver. plenitudi-*
*ne potestatis,& tene,quod ibi scripsi super gl. 2.Minor,ꝙ au-*
*ctor Sũmam Azonis allegans prętermisit sũmam Host. qui*
*ad securitatem uc hoc no.in Summa eo.ti.§.fi.*
e Si dotem.*secundum Mar.de Fa.primo membro ante mediũ.*
f Dic.*secundum Martin.de Fano mẽbro.3.cui coniunguntur duo*
*uersic.sequen.*
g In summa not.*secundũ Mar.de Fa.cuius est totum, quod se*
*quitur 4.& 5.membris.*
h §.qui trangitur.*Vt intelligas,uide,quod ibi not. & mihi plus*
*placet,& hic inserui lecturam secundũ Mar.de Fano. de medi*
*cinis,de quo supra,6.uer.*
i §.mulier.*Hic finitur pe.membrum Mar. qui non posuit clau*
*sulam,quæ sequitur,in qua nescio quid uelit auctor, nec me iu*
*ra,quæ allegat,informant.*

Bal.qui fil.i sint legitimi.

HAEC Materia filiorum naturalium & spuriorũ
& ꝯcubinarũ,tractatur,s̃.de succe.ab intest. An filius,
qui habuit partẽ a patre,et eã consumpsit,possit pete
re alimẽta? Dic.ꝙ sic,vers.sed pone,qdã.G.Cui debeã
magis subuenire,an amico fideli,an patri infideli,ver.
quid si pater.G.An filia meretrix sit alẽda a patre,non
quia potest exhæredari,versi.quid si filia tua.G.An pa

tri exbānito filius teneatur ſubuenire, in Aut. de pace tē. & eius vio. c. 1. §. ſi qs hominem. Co. 10. & vide inf. ti. px. §. mulier. Vxor etiā nō dotata dēt alia viro, ff. de reli. l. qđ nulla. duntamē operetur viro, l. ſicut, de ope. li. & in domo viri, ſi viuit vir, ſed mortuo viro, etiam extra domum viri, ſi male tractatur in domo, §. nūc dicamus. Et intra annū reſtitutionis dotis mulier debet ali ab hæredibus viri de fructi. ſuę dotis, ver. ſed nūqd & ver. ſeq. G vide G. infr. eo. §. an pro alimentis, Quid, ſi mater dimiſit filios, & poſtea vult ad eos redire, ver. quid ſi accepit et verſi. quid ſi mater. et ver. quid ſi dixit. Si maritus dixit. Relinquo vxorem meā dominā domo, iſta verba ſecūdū cōem uſū loquendi intelliguntur, vt habeat habitationē, & uictū, & veſtitū condecētem, verſi. qđ ſi quis ita. G. Si autē dixit, Relinquo vxorē meā dominam & vſufructuariā, tunc ſi quidē teſtator habet filios, interpetatur, ꝙ ſint alimēta relicta. Si vero non habet filios, vel deſcendentes, tūc erit vſufructuaria, ſi aliquis ſit inſtitutus hæres vniuerſalis C. ſi ſecundo nup. mulier. l. prima, in glo. & per Doctores. Si aūt iſta verba ſunt adiecta certæ rei, tūc indiſtincte erit vſufructuaria vera. Et an filii in præiudiciū habitationis matris poſſint domum vendere, eſt arg. qđ nō, ff. de dona. l. Aquilius. In contrariū facit ff. de vſu. leg. l. fundi Trebatiani. ver. item quid ſi ī compromiſſo, G, vide de materia plenius ff. de legatis, ſecundo. l. Titius, §. fi. per Bar. & me, in l. fi. C. de īdicta viduit. An delegato alimentorū, detrahatur Falcidia, verſi. fi. C. tenet, qđ ſic, niſi ſint relicta pauperi vide de inſtr. edi. §. in relictis ad pias. Bald.

a Qui matrimonium accuſare poſſunt. a Rubrica.

ADDITIO.

a *Habeatur pro repetito, qđ dixi de practicis auctorib. ſup. de ſpōſa li. 2. hoc ſcias. Hoſ. in sūma huius tituli fuit practicus, formauit. n. quinq; libellos, tres poſt principiū, unum in medio, alterū in fi. Inn. ēt de materia tituli ſcripſit ſuper rubrica, quod poſt eā poſui, auctor aūt, quod hic colligit, quaſi totum habuit de ſumma Hoſ. principium de ſecunda rubricella, reliquum de reliquis.*

SVMMARIVM.

1 *Notabiliter facta, niſi diligenter notentur, neglecta cenſentur,*
2 *Impedimento, quod in matrimonium opponitur, ex peccato nō proueniente, ſed ex defectu, tunc ſoli cōiuges ad accuſationē admittuntur.*
3 *Impedimento, quod in matrimonium accuſatur, ex peccato proueniente, quilibet admittendus eſt ad accuſandum.*
4 *Accuſator matrimonij extraneus, ſeu excommunicatus, an ſit admittendus.*
5 *Accuſans matrimonium turpis lucri gratia, repellendus eſt.*
6 *Accuſator quilibet matrimonij repellendus eſt, niſi ſit bonæ famæ.*
7 *Idem pōt in cā matrimoniali eſſe accuſator & teſtis, & qui repelli poteſt ab uno, & ab altero poteſt etiam repelli.*

TITVLVS iſte generalis eſt, ideoq; nō ſunt hic libelli neceſſarii. cum per ſpeciales titulos ſint notati. Sed ne titulus iſte, qui vtilis
1 eſt, negligi videatur.) † Quia quæ notabiliter fiūt, niſi diligēter notentur, neglecta eſſe videaī, vt ff. de inu. l. item apud, §. hoc edictum.) ideo aliqua ſub compendio perſtringamus.

2 a 1. §. Notandum † igitur eſt, a ꝙ ſi impedimentum, quod in matrimoniū opponiī, non prouenit ex peccato, ſed ex defectu, vt frigiditas, arctatio, & maleficiū. tūc ſoli cōiuges admittunī ad accuſationē matrimonii. extraneorū enī non intereſt, qa ēt illis inuitis ſimul morari poſſunt ſi ſi velint, ex. de fri. male. cōſultationi, dūmodo caſte viuant, vt 30. q. 5. quod Deo. idem eſt, vbi per errorem petitur diuortiū, ut ex. de cōiugio ſer. propoſuit. 21. qō. 1. §. 1. Idem etiā, vbi agitur ad tori ſeparationem propter adulteriū, tūc enim alterius nō intereſt. quia ſe poſſunt recōciliare quolibet inuito, ſ. de iureiuran. quemadmodū, ad finē.
3 † Si uero prouenit ex peccato, puta ꝯſanguinitatis, uel affinitatis, tūc qlibet admittiē ad accuſationem ad plenū diuortiū celebrādū, extra de cog. ſpirituali, tua. Videtur tñ qđ quādiu ſuperſunt conſanguinei, non ſunt extranei admittendi, & qđ inter extraneos ſeniores ſunt ꝑponendi, & maturiores
4 uiri ni, extra codē, uidetur. 35. q. 6. c. 1. & 2. extra de re iudicata, tenor. Item tam uir, quam uxor accuſare poſſunt, ex. eodem titulo in ſuper. Item etiā conſanguinei præferendi uidentur in teſtimonio, qa melius hoc impedimentum ſcire credūtur, ff. de teſta. Domitius. extra codē ti. ſ r dū tamen ſint honeſti & bonę famę: qa his tacentib. nō carent extranei ſuſpicione, eis vero deficientib. extraneos bonę famę admitto, extra de ſpon. cū in tua. & in p̄. c. tua. & de clande. deſpo. cum inhibitio. de frigidis, laudabilem: c. fi. tūc ēt alter cōiugū admittiī, 45. q. 6. multorū. ex. de diuor. porro. & c. ſigni
5 ficaſti. de ꝯſan. & affi. c. 1. & 2. & c. nō debet. in fi. † Repellitur ergo gñaliter accuſator mr̄monii, ſi ſit extraneus ꝯſanguineis exiſtētib. Itē ſi excōicatus, ſ. de acc. uer. Itē ꝙ eſt anathema. Itē ſi non eſt mr̄monium, nec ſpōſalia ætate prohibente. extra de deſpō. impu. ad diſſoluendā. Itē ſi clam, & non publice accuſat, nec aliqđ uult uoce propria, ſed per ſcripturam depromere, nec iuratur, ex. eo. a nobis de acc. inquiſitionis. uerſi. nec ad petitionē. 2. q. ul. ꝑſcripta. † Item ſi gratia turpis q̄ſtus accuſat, quo ēt caſu mater repellitur, ext. eo. ſignificāte. de teſti. ſup eo. 2. q. 1. prohibentur. C. de ino. te. filia. qa obtentu patriæ poteſtatis mr̄imonia legitime contracta dirimi oportet, ff. de lib. exhib. l. 1. in fi. & l. ſeq. Itē ſi malo zelo mouetur, ut qa odit alterum coniugum, uel alias ex aliqua cā ſuſpectus. eſt, extr. de accuſ. cum P. & c. cum dilectus. uel eſt periurus, uel infamis, ut in p̄. c. cum in tua. & de accuſa. cū oporteat. Item ſi tpe ꝯtractus ſciens impedimentū tacuit, licet clādeſtinū eſſet matrimoniū, quia q ſcit, nō debet certiorari. extra de elec. cū inter uniuerſas, 8. q. 2. illud. ff. de act. em. & uen. l. 1. in. fi. Vel dixit intra tempus ad hoc aſſignatū, ut in p̄d. c. cum in tua. & c. inhibitio. niſi forte hoc non potuerit tunc ad eius notitiā peruenire, uel ſi forte peruenit. legitime impeditus non potuit accuſare, extra eo.
6 cū in tua. Sed hęc intellige prout ibi not. † Teſtis quilibet in hac cauſa, repellitur, niſi ſit bonę opinionis, & oī exceptione maior, nō domeſtic⁹, nō familiaris, nō ſuſpectus, ext. eo. inſuper. & de teſti. in literis. & c. licet uel recuſans iurare, extr. eo. a nobis. & de teſti. nuper.
c nec poteſt, ſecundū do. meū c, in hoc caſu remitti iuſiurandum, argumen. ex. eo. qui cog. conſan. ux. ſuæ, ſuper eo. Repellitur etiam hic, quem ſupra retulimus ab accuſatione. 2. quæ. 7. ip ſi. & c. teſtes. ext. de accu. cū oporteat. Cōſanguineus uero admittitur & extraneis prefertur, ubi de conſanguinitatis gradu quæritur, ut ex hoc matrimonium diſſoluatur, ut extr. eo. uidetur. & 35. queſt. 6. c. 1. uel qñ aliqui debent contrahere, & conſangui-

ADDITIONES.

a Notandū igitur eſt. *ſecundum Hoſt. in Summa huius tituli. §. 2. in prin.*

b Extraneus. *Hoc non probant iura, quę hic allegat, nec de facto ſeruatur, ſi dixiſſet conſanguineis accuſantib. poſſet tranſire, & ſic intelligo c. 1. 26. q. 6. abſurdum enim eſt dicere, conſanguineis tacentib. matrimonium inceſtuoſum accuſari non poſſe, & tamen, ne reſtringatur probatio melius fienda per conſanguineos, ſi eſſent pauci, melius uideretur recipiendus accuſator extraneus, bene facit de teſtib. dilecto. Non obſtat etiam accuſantem hoc caſu teſtificari, ut infra dicam.*

c Secundum dominum meum, *Glo. eſt in dec. tuis. de teſt. ubi ſuppleui de Tan. Vin. & ipſo Hoſt. qui hoc tenent.*

consanguĩnitatis gradu opponitur, ut in prę.c.cum in
tua. Sed si q̃ritur, an matrimoniũ sit ꝯctũ, uel nõ, tunc
hẽt p̃ce.decr.de testi.super eo.† In cã aũt matrimonia
a li idem põt esse accusator & testis, s̃m Papã, aut 35.q.6.
si duo.& C.de epõ.& cler.de parẽtela, ext.de test.cog.
p̃terea.qđ uerũ est nisi de consanguinitate cõiugium
q̃ratur, ut in pręd.concor.ext.de consan.& affi.c.1.ext.
de spõ.cũ in tua.nã tunc ẽt consanguinei admittũtur,
ut in p̃.dec.super eo. In alio aũt casu, qñ, s.quærit, an cõ
traxit cũ ea, vel non; licet sint cõiter admittendi pater
& mater ad accusationẽ & testimoniũ, tñ si pp poten
tiã alterius cõiugũ habetur testimoniũ alicuius suspe
ctũ, repelletur a testimonio, sed non ab accusatione
vt in p̃.c.super eo.in prin. Et idem v̄r, si dr̃ primo cum
alio ꝯxisse, vel votũ emisisse, vel si de spũali opponat̃
cognatione, arg in p̃.c.sup eo. In consanguinitate autẽ
speciale est, ꝙ nunquã suspectum dẽt haberi testimo-
niũ consanguineorum, s̃m Papam,[b] de hoc sup.de te-
ste, §.1.ver.item ꝙ est parẽtes, & seq. Et gñaliter, quicũ
que admittitur ad accusationem, uel ab ea repelitur
admittitur ad testimonium, vel ab eo repellitur, dum-
modo sit alias idoneus ad testificandum.

ADDITIONES.

a Secundum Papam. *Vt scripsi super rub.ista ultra mediũ, sed
nullo mõ scio animum ampliare, ꝙ accusator, qui succumbens
teneretur ad expensas & interesse, sit idoneus testis, sed is, qui
uel ex officio, ut in p.c.præterea, uel ex conscientia defert cõsan
guinitatem coniugum episcopo, ut inquirat, etiam forsan nomi-
nãdo illos, quos scire putat, ut infra forma pe. satis puto, ꝙ de sua
scientia sibi credatur. Circa hoc ẽt aduertãt prouecti, ꝙ canones
hic allegati emanarunt, quando prohibitio ante decre. non dẽt,
erat summe difficilis in probãdo. quæ assero audacter, ꝙ post de
cre.non debet, nullo modo emanassent.*

b Secundum Papam *Vt scripsi eo.ti.super rub.in fi.sed Hoc cõ
tra, ut scripsi eo.ti.uidetur, super glo.ex hoc.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus qualiter sit in accusatione matrimonij porrigendus,*
2 *Quæstione de periculo animæ orta, non refert, ex qua cã proba-
ta periculum euitetur.*
3 *Matrimonium semper improprie accusatur.*
4 *Actione de impedimento matrimonij orta, semper dẽt matrimo
nium peti nullum pronunciari.*
5 *Accusatione super fœdere matrimonij orta, procedendum est li-
te non contestata.*
6 *Accusatio non dẽt in contractu matrimonij locũ habere, sed be-
ne denunciatio.*
7 *Repellendus ab accusatione matrimonij, an sit ẽt repellendus
a denunciatione.*
8 *Viro petitorium contra uxorem intentante, lis est contestanda.*
9 *Matrimonio contracto, & an, & sub qua uerborum forma pos-
sit fieri denunciatione.*

2. ¶ Debet igitur in hac accusatione libellus offerri sub hac forma.

1 LIB. † Coram, &c. propono ego H. cõtra P. & Bertã
qui se de facto gerunt & tractãt, tanquam vir, & vxor,
& ipsi sibi adinuicẽ in tali consanguinitatis, vel affini-
tatis gradu attinẽt, & sunt cõsanguinei vel affines, vel
compatres & hmõi, vnde non potest vinculum matri
monii cõsistere inter eos, nec absq; mortali peccato et
graui scandalo possunt taliter remanere coniuncti, qđ
me legitime offero probaturũ, quare matrimonium
accuso, & ad diuortiũ puoco, & peto per uos eos, tan-
quam nefarie cõiunctos, ab inuicem separari, & sepa-
randos esse decerni, & inter eos nullum esse matrimo
niũ, vel esse posse, sñaliter declarari, & utriq; dari licen
tiam ꝯhendi cũ alio. Sed hanc vltimã clausulã necesse
non habet apponere, nisi velit. Hoc p̃batur extra de
con.& affi.c.1.&c.non debet, extra, eod.c.1. & c.insup.
extra de te.series de prob.iurauit.de re sp. literas. §. pt-
rea.& plures causę.ĩ libello põt adduci in distinctę, s̃m
a do.meũ a, sup.de act.& peti.§.1.ad fi.uer.pe. † quia ubi
e L. 2. *Vide supra §. proxi. uersi. cæterum, & si aduertis, hic prosequitur solum de fraude creditorum, non de fraude legis, quæ donationem prohibet. Huius ratio; quia quæstio supponit maritum mortuū, & sic confirmata erat, eodem tit. c. ult. Scias, quod Lambertus de Ram. quæstione, quæ incipit, cōe talis loci, de hoc tenui, quod si uxor contra creditores mariti produxit duo instrumēta dotalia: unū factum tpe nuptiarum, aliud longè post, non defendetur cōtra creditores, nisi ex primo, cū illa dos præsumatur uera, & reliqua machinata & ficta, quæ peti non potest, C. plus valere, quod ag. l. 1. ad Velleia. l. si mulier. ff. de administ. tuto. si minoris. Subdit, quod ad hoc, ut ualeret, dotis constitutio constante matrimonio fieri debebat per modum augmenti, pp Authen. de æqual. dotis, supple, & secundum formam datam, §. proxi. sub uers. cæterum, & per hoc intelliges, quod ibi dicitur in uers. seq. quod secunda dos constitui non potest; sed prima potest augeri; causa tamen specificata, ut ibi patet.*

f De prudentia. *Distingue, ut ibi not. in glos. 2.*

g Vbi. *Salua pace Alber. Gal. cuius fuit iste uers. 1. respon. de dotibus in fide auctoris; ista quæstio diuersa est ab illa, quæ nota in l. ubi. ad fin. hic. n. post reformationem uiri uxor propter præcedentem culpā petit dotem; ibi ante reformationem iam dos fuerat assignata, & omnis opinio, quæ illo casu facit pro uiro, fortius in isto: alias aūt quod & cōtra dixi supra, in uers. quod si uocatus*

h Versic. sed pone contraxi. *Ille uers. est pen. & fuit etiam Albe. tractantis, quod tempus recipiatur in dote promissionis et numerationis. Ex quæstionibus omissis suppleo vnā ultimæ conuenientem, an uxor præmoriente uiro, cuius cōes filij sint hæredes, patre ad inopiā ex sua culpa uergente, possent filij petere dotē maternā, quæ ex pacto nō lucrabāt pater, licet sibi usus fructus debebatur, C. de bo. quæ lib. cū oportet. l. cū non solū. et in Auth. vt fratrū filij, §. quod uero. Qđ possint, facit: quia succedērūt in ius*

*matris, ff. de diuer. & temp. præscr. cũ hæres. facit regula, is, qui in ius, lib. 6. & ibi concordantiæ. Et si dicatur illud fuisse priuilegium maternum, & sic nõ transire ad hæredes, ff. de administr. tut. l. ex plurib, respondetur, legem loqui de hærede non suo, nos aũt hic de suo tractamus, facit ff. soluto matr. l. maritum. C. qui pot. in pign. hab. l. assiduis, in fi. præcipue cum ea priuilegij materni filios respiceret, s. ut ex dote ali possent, C. de iure dot. l. ubi. Sed ex alio capite uidentur filij repellendi, s. quia filij, qui cõtra patrem litem mouere non possunt, nisi in casu, qui habetur in l. lis nulla. ff. de iudic. & alijs, quæ ibi not. inter quos ille non est, facit l. patre. ff. de his, qui sui, uel alie. iuris sunt. Censetur ergo prohibitum, quod nõ est permissum, ff. de iudic. cum prætor, extra de transact. c. 2. ubi de hoc. Et si dicatur, ex quo pater suspectæ uitæ est, concedatur filio, quod agat, ff. de procur. l. filius. § sed & si filia, respondetur, quod ille §. hoc non dicit, sed patre existente suspectæ uitæ permittit per filiam super dote alium procuratorem fieri, non contra patrem, sed cõtra alios hæredes mariti. Quo igitur filijs consuletur? Respondetur, si casus esset dandi curatorem patri, puta propter furorem, daretur, et ille dotem & reliqua seruaret, ff. de tut. & cur. l. is, qui §. diuus, vel dabitur curator solũ doti, qui conseruabit proprietatem eius filijs, & usumfructũ patri, & potissime, si in immobilibus dos consistat, in immobilib. n. dotalibus non est sic donãdi periculum, item propter hypothecã filiorum contra possidentes, nõ est etiam periculum tale in alijs, in Auth. ut lic. mat. & auiæ, in prin. & C. de bon. mater. l. 1. Dicunt ẽt quidam per l. ff. ad Treb. l. Imperator, & C. de inof. test. filius matrem, quod posset iudex circunstantijs ponderatis cogere patrem, ut dotem filijs restitueret, securato patre de usufructu, quod satis placet, & facit ext. eo. tit. c. pen.*

a De Secundis nuptijs. a Rubrica.

ADDITIO.

a *Ex quo auctor nos hic in pace dimisit, finiamur illa, quo ad practicam. Sed extant aliquæ quęstiones, quas nosse utile reputo, & ante omnia, iusticiam iuris nostri permittentis uxorem intra annum nubere, copiose scripsi ad obiectiones respondendo in decr. l. fi. eo. tit super glo. 2. De usufructu legato uxori, quandiu uidua manserit, ꝙ non debeatur, si nupsit, scripsi supra, qui sil. sint leg. §. fi. super uers. quid si dixerit. Quæstio est, an pater habens filios ex prima uxore contrahens cum secunda, priuetur successione filij primi matrimonij decedẽtis ab intestato in lucro dotis, eo modo, quo priuatur mater habens filios ex primo contrahens cum secundo in lucro donationis ante nuptias, hic cõcurrunt leges C. de hær. l. de eman. de sec. nup. l. fœminæ, cum l. seq. & l. generaliter, cõia de succes. l. filius. Auth. non elig. secundo nup. §. cũ igitur neque uirum, quod ex dote, in rubro, & nigro, de nup. §. qm̃ infirmas, char. 4. & §. hinc nos alia, char. ult. & non plus iusto, quia Cy. super Auth. sed & si quis. C. de secun. nup. in 3. quæst dicit, hanc quęstionem, quę hic fuerat disputata, an agitandam, ponens eam pro non dubia, per pręd. §. quoniam infirmas, qui de utroque parente loquitur, & Iaco. de Bel. §. illum cum uers. seq. cõiter prosequitur utroq; parente, dubium tamen faciebat, quia §. 1. hinc nobis, illum sequens loquebatur solum de matre. Quęstionem utilem Ri b. Malum. reassumptam per generum meũ quondã dominum Phil. de Formaginis hic insinuabo, & forsan exquisite, quia non respicit secundo nubentem, sed id, quod ex secundis nuptijs obuenit. Prima inchoat quidam in suo. Secunda, testator filio. Testator filijs institutis legauit B. uxori mille fruenda toto suæ uitæ tempore, donec honeste uixerit sine uiro, post uitam cuius uoluit Titium filijs institutis habere illa mille, uxor prędicta secundo nupsit, & sic expirauit legatum, quęrebat de illis mille, penes quem esse deberent illa B. uiuente, an penes hæredes, an penes Titium? Dominus Phil. auxit quæstionem, in locum tituli ponens, legatum factum pupillæ simpliciter, uel pro dote, quærebat, qñ competeret pupillæ legati petitio. Pro hærede allegat, ꝙ cum in uerbis non est dubitatio, non est habenda quæstio uoluntatis, ff. de leg. 3. ille. §. cũ in uerbis, qui, & a quib. l. prospexit, de exercit. l. prima. §. si is, qui nauem. C. de liber. præter. l. 3. Sed hæc uerba sunt clara, s. toto tpe suę uitæ, ergo, &c. Item cum testator de uita, uel morte loquitur, de naturali intelligit, non de ciuili, ff. de uerb. obl. ex parte. § insula. Plenam remissionem de hoc uide in decr. suscepimus, de rescr. super gl. pen. lib. 6. Est aũt certum, ꝙ per secundas nuptias uxor nõ est mortua naturaliter, imo nec ciuiliter, maneat ergo legatum penes hæredem. Soluit pro Titio multis rationibus inchoans ab illa, certũ est, legata & fideicommissa esse donationes causa mortis, ff. de leg. 1. legatum, & C. de do. causa mor. l. fi. ad fin. Tales autem donationes plus vult ipsam habere, q̃ illum, cui reliquit. Item magis vult habere eum, cui reliquit, q̃ hæredem suum, ff. de do. causa mor. l. 1. & l. senatus. §. 1. Inst. de do. §. 1. Conclusio ex his patet, pro qua facit ff. de cond. & demonst. si quis eum. & si usufruct. pet. l. fundus, detracto specialiter ad solutionem, alleg. ff. ff. quando di. leg. ced. si ita. & ad Treb. l. si mulier. §. 1. alias 1. respond. quæ optime faciunt coniecturando, ꝙ credebat testator uxorem non nubere, ideo de morte locutus fuit, sicut in illis legibus mater non credebat filios emancipandos per patrem, dum uiueret, & ideo dixit, cum sui iuris essent per mortem patris, & tamen sic relictum debetur, cum sui iuris sunt per emancipationem. Ad sol. ẽt inducit ff. de adimen. leg. a. l. codicillis. §. si gener meus. Bene & subtiliter distinguit quatuor tẽpora, maxime pp uerbum pro dote discutienda, qñ cedat legatum pupillæ. Primũ tp̃s, quo uxor secundo nupsit. Secundum, mortis uxoris. Tertiũ, cum pupilla erit habilis ad nubendum. Quartum, cum nubet, et de omni tempore plene probat, & demum singulis allegationibus sigillatim respondet. Soluit, ut supra primum tempus attendendum, s. quo uxor secundo nupsit, & hoc per præd. l. mulier, item ff. de leg. 2. l. unum ex familia. §. fi. & de cond. & demonst. l. cum tale. §. Meuia, & quod ibi no. et l. hoc modo, eo. tit. & hoc dixit, siue attendatur uerbum, simpliciter, siue illud Pro dote, in quæstione ipsius posita, & pro cõtrariorum solutione plene prosequitur, per quæ uerba in iure ponatur conditio, et tractatus de causa cessante, & uere singula tam subtiliter, utiliter, et copiose, quod mihi tristitiam auxit ipsius relegatio secundum calamitatem Italicam, ex qua secuta fuit mors & ipsius & filiæ.*

*SUMMARIUM.*

1 *Viro diu se absentãte, postea aũt reuertẽte, an si inuenerit uxorem suam cum altero contraxisse, poterit eam repetere.*

IN hoc titulo non est libellus necessarius, hoc saluo, † ꝙ si aliquis diu absfuerit, & rediens reperiat vxorem eius cum alio contraxisse, poterit eam repetere, ut extra eo. secundo extra, de spon. in præsentia, extra ut lite non contest. quoniam, §. si uero 24. quæst. 1. cum per bellicam. C. de repud. Auth. hodie, & poterit libellum cõcipere, ut sup, de spon. §. sequitur, vers. si autem vir. verbis decenter additis & mutatis.

De Accusationibus, & inquisitionibus, & de-
a nunciationibus. a Rubrica.

ADDITIO.

a *Vide, qđ dixi de prima parte rubricæ integraliter conscribenda, quia quaternaria. Et de practica huius rubricæ primę, supra, de accusatore, super rubrica, principalis adiutor auctoris fuit Rofred. in libel. nostri iuris, parte 2. in cuius princip. replenit plus quam octo chartas, de prima parte rubricæ, scilicet usque ad tit. de inquisit. demonst. de alijs duabus rubricæ partibus prosequitur. Tancr. parte secunda ponit rubricam de criminibus, & qualiter contra criminosos agatur, & unum libellum format in criminali Bonag. de his parte secunda, char. pen. & ult. Aegid. 283. usq; ad 94. Demum hic auctor de duob. criminib. publicis, & ciuilibus format libellos, licet supra de accusatore et de vulnerib. multæ quæstiones formatæ sint, quia tamen hic sumus in formis libellorum, æstimaui hic plus congruere, quęstionẽ de accusante Titium, a quo se percussum dicit cũ sanguinis effusione, probatur confessione, uel testib. percussione sine sanguine, quæritur, an Titius sit absoluendus, an condemnandus de percussione sine sanguine? Quod condemnandus sit, inducitur decr. cum dilectus, de dolo & cont. cum l. Celsus. ff. de arb. & de appel. significauit, & quod ibi no. in gl. pen. & de probat. licet, in gl. sic videtur, facit ff. si certum petatur, quidam, ad hæc omnia iura, quæ volunt delicta puniri, vndecunq; claruerint, 24. q. 3. excep. Ad contrarium, qualitas expressa non est probata, sic reus absoluen-*

*absoluẽdus, ext. de simõ. licet Heli. ff. coi di. ut fundus, de neg. gesl. Pomponius, 2. & in delictis attẽditur qualitas, de homi. sicut di gnũ, in prin. ff. de pœnis, aut facta §. qualiter. Sed qualitas diuersificat fateri oportet, ꝙ vnũ nõ est reliquũ, ergo, &c. hoc maxime, ubi duo sunt statuta diuersificãtia in his pœnis. Condictio. n. ex vno non põt trahi ad aliud, ff. de instit. l. habebat. de iureiur. si quis. facit ext. de testi. cum cã, in fi. Pro hac parte facit, ꝙ absolutiones sunt fauorabiles, ut in regula, cũ sunt, li. 6. et hoc tenẽdum est. Sed est sciendũ, ꝙ aduocat. uidentes qualitatẽ non probatã, scribi faciunt apud acta ante sñiam, ꝙ accusans detrahit illã partẽ cum sanguine, & quando fuisset accusatio de insultu vel uulnere cu armis, cum cicatrice, & ſm no. est probatum, faciunt detrahi illud. Cũ armis, uel cicatrice. q̃ dicunt se posse facere, ꝑ §. si minus. Inst. de actio. & ff. de noxal. in delictis, §. si detracta. Sed hoc non ꝓbat, quia libellus olim post litis contestationem, hodie prĩsq̃ oblatus est, res mutari non põt, in Auth. qui semel. C. quõ & qñ iudi. Itẽ ius iã quæsitum reo, accusans qualita. detrahendo tollere non põt. Et optime patet de electione, ab eo lib. 6. & in alijs terminis in cle. eo. ti. de elec. constitutionem, §. pe. in fi. Ad contraria rñde, ut no. in §. si minus. Clarius respõde ad §. si detracta, in præalleg. decre. ab eo. super uer. reuocari. in Nouella. Sed conuertitur q̃õ, si dictũ sit de percussione, et probatur de illa cum sanguine, uel cum armis, uel cum cicatrice, nunquid secundum probata condẽnabitur, ꝙ sic, facil rõ poniendorũ maleficiorum. Ad contrarium, q̃d dictum est supra, per quę hoc secundum quosdã, placet, mihi uĩ longe diuersum hoc dictum a proximo, nã in qualificato restringo me ad illã qualitatẽ, et ideo necesse est probari, ed in non qualificato tacite, vel expresse, licet in probationibus uagari, sicut ẽt in ciuilibus, nã uendicans rẽ iure dominij, qualecunq. dominium probet, obtinet. Sed si certã dominij cãm exprimat, nisi illã probet, succũbat, sufficiat de re iud. abbate sane. lib 6. & exponendo, q̃d de tacito dixi, si dicens se simpliciter percussum concluderet, ꝙ petit reum puniri secundum forma talis statuei, & illud loquitur de simplici percussione sine sangine, armis, uel cicatriee, tunc assentirẽ prædictis. Cessante uero oĩi restrictione expressa, uel tacita, puto, ꝙ secundũ probata debeat condẽnare. Poterat tamen reus a prin. generalitatẽ petere declarari, cum qualitates sint in eis exprimendæ, vt hic in prin. Hoc ẽt scias, quod accusatus de percussione cum sanguinis exiuisse, & per accidens, uel a casu, per q̃d iu iudicis cesideret arbitratu, an locum haberet, quod de percussione cum sanguine est statum, facit, quod not. de sñia excomm. cum illorum, uer sic. nos tamen, ad materiam facit, ꝙ in ciuilibus scripsi sup de actione, seu petit. §. sequitur, super uer. hoc quoque.*

*ADDE, an qualitas deducta in libello possit detrahi, Bar. consil. 223. Et an, si non probetur, reus debeat absolui, Bar. co. 117. & Rof. consi. 167. Quando qualitas adiecta dispositioni, sit necessario probanda, uide plenissimas remissiones per do. Phi. in c. 2. in 12. col. extra de rescrip.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libelli accusationis quæ continere debeant.*
2 *Libellus accusatoris qualiter subscribi debeat.*
3 *Denunciatio criminis, uel excessus, qualiter fieri dicatur.*
4 *Libellus an sit in denunciatione criminis necessarius.*

HAEC rubrica tres hẽt partes, de quib. primo dicemus, scdo aliquas libellorũ formas supponamus.

1. §. Est † ergo notandum, a ꝙ libellus accusationis hæc continere debet. s. nomẽ iudicis, cui porrigitur, & accusatoris, & accũsati, item crimen, & eius qualitatem, seu magnitudinẽ. Itẽ cum qua persona, & ĩ quo loco cõmissum est, & ẽt locũ loci, puta ĩ tali angulo domus, vel pomarii, vel vineæ, exẽplo Danielis, qui cum adulteriũ diceret fuisse in pomario a Susanna commissum, quæsiuit sub qua arbore? Itẽ annũ & mensem cõmissi criminis, diem uero & horam ponere non tenetur. Item annũ, et mẽsem, & diem dati libelli. Itẽ nomen Imperatoris, & Papæ in patrimonio beati Petri, vel etiã vbiq;. si velit, vel regis ĩ regno, non cõsulis, quia hodie nõ sunt. Idem debet etiã alia

b cõtinere, vt in. deli. cõce. §. q̃d cõtinere b. Formas. aũt libellorum inuenies infra eodem titulo, & infra de simo. & de hæret. & de homic. & de adul. & in aliis tit.

2 † Vltimo accusator subscribet in libello per se, vel per alium, si nescit scribere, in hoc modo:

FORMA inscriptionis c, Ego Lucius profiteor me hũc libellũ dedisse anno domini M. 720. mensis Maij

d intrantis die 9. d & præfactam accusationem me legitime prosecuturum, & probaturũ promitto, profiteor etiam, & ad hoc me specialiter obligo, pœnam calumniæ, seu talionis me subiturũ, si hanc accusationẽ calũniose instituero, vel si in probatione defecero prædictorũ. Prædicta omnia probantur 2. q. 8. quisquis. & l. libellorum. quæ est ff. de accu. C. eo. in causis. & l. accusatoris. C. qui accus. non pos. qui crimen. 4. quæst. 4. ca. nullo introduc. §. inscriptio. & in cõcord. quæ sunt infra tit. pro. in princip. de hoc in præ. §. quid continere. ver. a quo. Qualiter autem inscribat se laicus clericũ, uel minor maiorem accusans, vide ĩ. de adult. versic. sed quæritur. Casus autem, in quib. non est necesse inscribi, uide s̃. de accusat. ver. item, quod non recte:

De secunda vero parte, scilicet de inquisitionibus, mihi in præsens tangimus, quia eam plene s̃. in ti. de ĩquisitionibus discussimus.

3 † Cęterum de denunciationib. breuiter est sciendũ, ꝙ denunciatio criminis, vel excessus fit hoc modo.

LIB. Coram uobis talibus propono ego talis, ꝙ talis rector talis ecclesiæ, uel talis ẽps dissolutus est, uel fæminam

ADDITIONES.

a Est ergo notandum. *Secundum Rof. ibi sup. ad literam rub. de libel. qualiter accusatione concepi ante finem, hoc etiam posuit Accur. C. de accus. l. penu. in gl. fi. ubi etiam posuit formam libelli accusatorum.*

b §. quid continere. *Quod hic dictũ sup. de loca. loci, facit ad ea, quæ scripsi su. de instrum. edi. §. postremo. alleg. instrm. sup uer. quid si locus. Huic materiæ congruit quæstio facti talis, Idex Titium reum in iudicio confessum, quod mihi debebat cẽtum, condemnauit ad illa soluenda mihi intra certum diem, præcipiens, quod illa in termino solueret sub pœna decem li. termino transacto, & solutione non facta dopetitionem, in qua narro contemptum præcepti facti apud acta, & peto illum cogi ap pœnam soluendam, quam incurrit ex contemptu in processu causæ, reus dicit se absoluendum, quia locus contemptus, uel in quo dico contẽ sisse, non fuit expressus in libello, licet fuerit expressus locus ꝑcepti, inducit l. libellorum, canonizatam 2. q. ult. & l. fi. C. de accus. cum si hic inductis, in contrarium allegat contemptum consistere in animo contemnentis, & est quędã omissio faciendi, non autem est factum, cui possit attribui locus, inducitur l. 4. §. 1. ff. de act. emp. quæ dicit, rem, quę non est, æstimari non posse, nec dari potest ei, qui in rerum natura non est, ff. de hær. inst. l. si liber homo. §. si ita scriptum. in fi. eius, ꝙ non, nullę sunt causæ, ff. de iure condi. quidã referunt. Non faciendo autem, facit id, de quo impetitur, ff. de reg. iu. qui non facit. Sufficit ergo locus præcepti, alias illud esset inutile, etiã elusorium, contra l. ff. de leg. primo, si quando. de iud. prætor. & uide sup. de iurisd. oĩum iud. in ante, & q̃d ibi scripsi. Adhibetur tamẽ circa hoc talis cautela quia requiram ipsum in termino, ꝙ soluat, quod si õn facit, locum requisitionis exprimam in libello, uel accusatione, & fauebit can. 12. q. 2. faciat homo. quod potest facere, quia de procuratione cãnalis copulæ dixi de testib. præterea. in fin.*

c Forma inscriptionis. *plenior, quam posita per Rof. in rub. q̃ proxime allegaui, sed in forma libellorum super diuersis criminib. ponit plene hanc formam.*

d Die nouo. *alias 20. uide, quod no. in §. quid continere. ubi su. & inf. allegato, uer. diem quoque. cum uer seq.*

e Recte. *In cuius uer. fi. & de li. cõce. §. fi. in prin. inuenies, ꝙ ĩ Italia, & in multis partib. non fit inscriptio per consuetudinem rõnabilem, ut super illo dixi, tamen aliqua contra ibi uide.*

minam tenet in domo sua cõtinue propter fornicatio
nem,vel est homicida,quia talē tali die & loco taliter
peremit,& dilapidat, & cõsumit bona ecclesię suę,vel
est,simoniacus cõferendo,vel recipiendo sacros ordi
nes,vel alia sacramēta,vel bñficia ecclesiastica p pecu
niā,vel adulteriū cū tali exore tali die & loco talib.cõ
misit,vel est periurus,vel insufficiēs,& sup his publicè
diffamatus apud bonos & graues, licet sm regulā E-
uāgelicam cum primo seorsum inter me & eū solū se
cundū adhibitis aliquib.qui prodesse poterā,diligēter
& charitatiue monuerim, ut se sup his corrigeret, ac
de commissis Deo & ecclesiæ satisfaceret,tamen me
nõ audiuit,nec aliquid apud eū profeci:quare non va
lens hoc vlterius vrgente cõscientia tolerare,hoc vo
bis & ecclesiæ nunc dico,& super his scriptis vobis de
nuncio,& corā vobis,si necesse fuerit,sum pbare para
tus;& peto ipsū a sua administratione remoueri,& an
te oīa,cū sit de dilapidatione suspect',oē genus aliena-
tionis sibi īterdici.Præmissa pbanī 2.q.j.si peccauerit,
ext.de iud.nouit.ext.eo.c.2.& c.Iquisitionis.& c.quali
liter.2,& c.fi.& accedens.& de simo.c.licet Heli.22.q.
5.hoc vr.in fi.2.q.7.quapropter,de off.deleg.uerab.li.
4 hęc plenius dicunt s.ti,de denūciatione † Nec in denū
ciatione est libellus necessarius, qa de plano expediri
hēt,ut extra de iud.nouit.ad fi. Aliā formā denuncia-
nis uide supra,qui maa.accu. non pos. Itē alia formā,
alterius tamen generis,sup.de empt.& uend §.fi.Aliā
quoque supra de procur.§ sequitur,uer.in summa.

*SVMMARIVM.*

1 *Crimen publicum,seu extraordinariam,per libellum est denun ciandum,& qua forma debeat in hoc libellus confici.*
2 *Vendens filium alterius,qua pœna ueniant puniendus.*
3 *Agens l.Iulia repetun,qualiter libellum formabit.*
4 *Agens ciuiliter contra criminosum,qualiter formabit libellum.*
5 *Libellus qualiter sit super crimine lesa maiestatis,uel heresis, & similium,concipiendus.*
6 *Crimina priuata qua dicantur,*

2. §. Nunc formę aliquæ libellorum legales ī
hoc generali titulo sunt ponendæ,
a quę non poterant alibi commode adaptari.a †Scias er
1 go,quod quędā sunt publica & extraordinaria crimi-
na,super qb.saltem super duobus exempli gratia libel
lum formemus,& primo super l. Flauia de plagiariis,
in qua sic libellus concipitur;
LIBELLVS. Coram,&c. propono contra P. q ipse
hoc anno , mense tali vendidit in ciuitate Bonon. in
tali ipsius P.domo tali camera ipsius domus T. seruū
Titii Caio pro decem ipso T.irreqnisito & ignorāte,
& hoc,imperante dño Federico Romanorum Impe
ratore semper Augusto,uel regnante Ludouico Re-
ge Franciæ,vel temporibus talis Papæ,quare cum su-
per hoc vobis accuso,& peto ipsum l.Fauia de plagia
riis,vestro arbitrio puniri,& puniendum fore senten-
tialiter declarari,& ego Lucius profiteor,&c.ut supra
ff.ad leg.Flaui,de plagiar. l.fi.Alij sic incipiunt, Anno
tali,mense tali,regnante tali,&c.sed in hoc nō est uis,
2 †Si autem uendat quis filium alterius, tunc est pœna
ordinaria , scilicet capitis, unde tunc aliis seruatis, ubi
3 dixi Vestro arbitrio,pone Pœna capituli,ut in ea.l.†Se
cundo super le,Iulia repetundarum,in qua sic libellus
concipitur;
LIBEL.Coram, &c.propono contra P.quod cum
ipse in ciuitate Bonon.Potestatis,vel iudicis officium
exerceret,tempore sui officii hoc anno,mense tali,in
domo talis,in prima camera,eius,regnante tali,pecu-
niam accepit a T.aduersario meo ob iudicandum,vel
non iudicandum,ob interponendum decretum , vel
non interponendum,& ipse iudicauit,uel interposuit
decretum,vel non iudicauit , vel non interposuit de-
cretum,vel non recipit pecuniam ob dicendū testimo
nium,uel non dicēdum,vel ob accusandum , vel non
accusandum,& ipse dixit testimonium,vel accusauit,
uel nō dixit testimonium,vel nō accusauit, pone vnū
ex his,quod placuerit,& super hoc eum coram vobis
accuso.quare peto ex vestro arbitrio eum vel extraor-
dinarie puniri,& puniendum fore sententialiter decla
rari,& ego Lucius,&c.vt supra eodem ti.ff.ad leg. Iu-
liam repe.l.eādem,& l.Iulianus, §. hodie. quas habes
4 †Si vero ciuiliter,sic concipitur libellus.
LIBEL.Coram,&c.vt supra in prox.lib.vsque , qđ
placuerit,iunge,quare peto ipsum in quadruplum cõ
demnari,1.q.1.cum,qui.18.distinct.quoniam,C.ad leg.
Iuliam repetundarum,l.fin.in fi.Tamen in hoc libel-
lo non est necesse ponere aliquid de anno,vel mense,
vel domo , vel noie Principis,nisi velis,licet uideatur
cõtra extra de procu.tuę.nisi ciuiliter agat vir ad tori
separationem propter adulterium,tamen omnem so
lennitatem inscriptiones seruat, licet se ad talionē nõ
b obliget.b † Sunt & alia crimina,quę publica & extraor
5 dinaria sunt,vt crimen lęse maiestatis, in quo qualiter
libellus cõcipiatur, no.infra de heret.Item heresis, si-
monia,homicidium,et adulterium,& similia,de qui-
6 bus infra in suis tit,dicemus. † Alia vero crimina sunt
priuata,vt furtum,iniuria,et his similia,de quibus et ā
infra per eos titulos differemus,& supra tactam distin
c ctionē prosequere,vt supra de accu.§.4.ver.circa hoc.c

ADDITIONES.

a Adaptari.*Hoc dicit,ut excuset quaternitatē huius rubricæ in opere,& totū,quod sequitur,Ros.fuit in nostria libel.rub.de lib. leg.fal.& tit.praced,& ,ut no.Azo.& Accur.C super rub.pla gium dr̄ a plaga,quæ sonat in uulnus,quod infertur domino,uel patri uēdito filio,uel seruo,Esa.1.in prin.Vulnus, liuor & plaga ponitur etiam pro patria & pro rete,datur versus,*

*Vulnera plaga sunt religio plage rete.*

b Non oliget.*Hic contrariū seruatur,& sic uerum est,q etiam exceptionibus talia sunt exprimenda , de quo satis scripsi de purg.cau.c.fi.fortius in talibus.*

c Versi.circa hoc.*Illi uer' & huic fini congruet,quod quærit de illo,q accusauit de crimine priuato,nō exprimens suum interes se,an ex tali petitione possit cā diffiniri? & uī,q sic,ex quo uere ipsius interest,licet id non expresserit in libello,satis est, q ap pareat in pcessu facit extr.de re iud.cum Bertholdus, ff.de rei, uend.l.3.in fi.& de app.l.seio,de posi.l.1.§.argentū.C.de iud.li cet,& de fideicō.lib.l.deberi & facit,q no.in l.3.ff.de priuat.de ic.In contrarium inducitur,accusatorē non fuisse legitimum, nec ipsius accusationē,quæ nō expressit interesse,de accus.l.1.& l.3.ff.de collus.deteg.& in l.libellorū , canonizata 2.q.8.Diffe- runt.n.in hoc publica crimina a priuatis,quia ad prima,quilibet admittitur,ad secunda nō,nisi cuius interest pro iniuria , non p aliena,ut pd.l.3.de priuat.delic.& de sepu.uio.l.2.§.si is,multū facit,qa non videbatur admittendus,nisi prius suū interesse pro baret,ext de test.ueniens,2. Cōiter tenetur hanc exceptionē in sim dilatorię pponendam,& post litem contestatam opponi nō posse,ext.de reg.iur.inter C.de proc.ita demū, & de excep.l.fi. afci,ted post Ito scripsi de accusatione,super qõne,super verbo obiectum,in fi.Non tn̄ pro eo iudicari posset,nisi ostenderet inte resse.Habebit igitur ad ostēdere,ff.de anna.exce.si multis. Fuis set autem a prin.repulsus,si fuißet obiectum,nisi suum interesse docuisset,ut in d.c.ueniens.*

a De Calumniatoribus. a Rubrica.

ADDITIO.

a *Quis dicat̄ calūniator,puaricator,uel tergiuersator , uide 2.q. 3. si quē,§.notādū,ubi Gratian' posui tex.l.1.ff.de abo.cri.et de his Sūmistę hic,et uide Hos.hoc.§.qn̄ q materiā no.ff.de ifa.ath leta.§.calūniator.Plenius psequit,ponēs quinq. opiniones.qua rū prima habet calumniatorē,quē non dicit,nisi de calūnia con- uincat̄.Sda,q sacramento purgat̄ calūnia,facit,qđ no,e. ti.c.1.*

*Tertia*

*Tertiā distinguit, an sit, vel non sit iuratum de calumnia. Quarta distinguit criminalem a ciuili. Quinta, quæ sibi placet est, calumniatorem in oī causa præsumi eum, qui nō probat, non tamē semper de calumnia puniri, prosequere, ut ibi. Ex of. aūt iudex absoluens accusatorē, quod dic, ut ff. e. l. 1. Gui. de Suz. superpra. §. calumniator, dat consiliū, quod reus accusatori respondens sic dicat. Nego omnia et singula, de quib. sum per Titium accusatus, dicendo ipsum Titium me per calumniam accusasse unde peto ex nunc a vobis, domine iudex, ut ipsum, ut calumniatorē vestro arbitrio & of. puniatis, excitabitur. n. per hoc officiū iudicis ad id, quod tenetur, etiam hoc non sic petito, ut in l. pallega.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus qualiter sit contra calūniatorē bonę famę concipiēdus.*
2 *Actio in factum ex edicto de calumniatorib. illi competit, contra quem recipitur pecunia pro accusando, uel non accusando de calumnia.*
3 *Contra recipientem pecuniam, ne calumniam alicui faciat qualiter sit libellus formandus.*
4 *Positiones actoris & rei. ubi agitur calumnia, qualiter sint formandæ.*
5 *Libellus qualiter sit concipiendus, ubi agitur de senatusconsulto Volusiano.*
6 *Senatusconsultum Turpilianum quo casu locum habeat.*
7 *Accusator probans sed per falsos testes, an sit tanquam calumniator puniendus.*

1 SIC libellus concipitur hic.

LIB. † Coram, &c. propono contra P. qđ ipse calumniosam accusationem contra me instituit, ut meam famā integram apud bonos & graues viros crudelissimè lacerarer, asserēs me simoniā, vel adulteriū, vel hmōi commisisse, & se ad ea probanda, & ad talionem etiam obligauit, in qua si quidem accusatione calumniosa, & in pbatione obiectorū defecit, quare peto ipsum ab ordine tali, in quo est deponi, & in exilium perpetuū deputari, & ad hoc ipsum sententialiter cōdemnari, & ego L. &c. vt supra
a de accusa. §. 1.ᵃ vers. vlt. extra e. c. 1. & 2. 5. q. 6. quia iusta. 2. q. 3. calumniator, & c. seq. & q. 8. quisquis, & c. qui crimen, & q. 7. si qui sunt, extra de accu. licet, ver. quia vero, extra de iu. cum non ab homine, in fi. Si vero denūciasset calumniose, potest peti, vt a beneficiis perpetuo suspendatur, ex eo. c. 2. Quod si in modū exceptionis, ne electio confirmetur: petat, & quod per terminū a beneficiis suspendatur, ut extra de electio. statuimus,
2 † Porro sæpe dat quis alicui pecuniam, ut te accuset de calumnia, quibus casib. tibi datur actio in factū ex edi-
b cto de calumniatorib.ᵇ in quadruplū intra annū, post in simplū, ff. de calumniato. l. 1. & 1. q. 1. in calumniam faceres, sic concipitur libellus.

LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui recepit decem a T. vt mihi talem quæstionem per calumniam moueret, vnde illa decem peto in quadruplū mihi solui, & ad hoc propono actionem in factū, quæ orit ex edicto de calumniatorib. ff. de cal. l. 1. & 1. q. 1. in eum & c. concussionis, in fi. q. † Si vero accepisti, ne mihi calumniā faceres, si concipitur libellus.

LIB. Corā, &c. cōqueror de P. qui recepit decē, ut mihi calūniosā q̄stionē moueret, uñ illa decē in quadruplū mihi solui peto, & ad hoc propono, &c. ut sup. ff. e.
4 si quis ab alio, & in prī, c. in eum, &c. † concussionis. Actor ergo sic ponet.

POS. Act. pono, q̄ recepisti pecuniā a T. ut negotiū mihi per calumniā faceres, ff. eo. l. 1. & l. generaliter, 1. q. 1. in eū. Itē q̄ recepisti aliquid, uel cōsensisti pp aliqđ compendiū. Itē q̄ T. mandante, uel ratū habente fuit datum. Itē q̄ uolebas T. quæstionē mouere calumniose, & dedit tibi pecuniam, ne moueres. Reus uero sic,

POS. rei. Pono, q̄ iustam causam cōtra te fouebam. scilicet forte de actione in factum, quæ oritur ex re iudicata. Itē q̄ agebam tecū ex uendito. hoc concesso, patet, q̄ non per calumniam insistebat, ad quod duo exiguntur, & q̄ calumniose causa agatur, & q̄ pecunia de-
5 tur, ff. eo. l. 1. † Verum sæpe plures cōueniunt in lite ali-
c cui mouendaᶜ, vt id, in quo reus cōdemnabit, communiter inter eos diuidatur, quo casu locū habet senatusconsultum Volusianū, in quo sic libellus concipitur:

LIB. Coram, &c. conqueror de P. & T. qui conuenerunt cū M. vt litē mihi inferret, vt quicquid ille exegerit totum inter eos esset commune, vnde cum ille à me exegerit decē, uel vendicauerit domum, peto illa decem, uel domum ab eis mihi reddi, & eos mihi ī duplū condemnari, ff. de concussi. l. 1. C. de falsi. l. pe. & hoc, si agit ciuiliter. Si uero criminaliter, concipitur secundum l. ff. de accu. libellorū. quę est 2. q. 8. & supra ti. pxi. in prin. Est & senatusconsultum Libonianum, de quo
d uide supra de fide instrumen.ᵈ † Est etiam senatusconsultum
6 sultum Turpilianum, quod locū habet, cum quis non īpetrata abolitione ab accusatione discedit, ff. ad Turpil. l. 1. & l. quęsitum. 2. q. 3. c. si quę. §. si quis autē. ī quo sic libellus concipitur:

LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui cum me accu-
e sasset lege Iulia de ui publicaᵉ, ipse lite contestataᶠ, ab
f accusatione sine abolitione destitit, & sic in Turpillianū senatusconsultum incidit, cuius pœna est quinq; librarum auri, vñ peto ipsum per uos mihi in hoc condemnari, & illā pœnā mihi dari & solui, C. eo. l. 1. ff. de pūari. pūaricationis. 2. q. 3. Paulum. & §. hinc colligitur.
g & c. seq.ᵍ † Quid si actor probauit, sed ex aduerso pbatum
7 tum est testes infames esse, & ita iudex absoluit accusatum, nunquid accusator, tāquā calumniator, puniet? Et videt, q̄ sic, quia effectum inspicimus, extra de bigamo. p. Quidā tñ cōdicūt, arg. ff. de bo. lib. l. qui cū maior. §. fi. ff. de cō. & demon. l. Mœuius, cui fundus. & uide su-
h pra de accu. §. fi. vet. fi.ʰ super hoc uide, quod no. supra de accu. §. 5. & de abo. §. 1.

ADDITIONES.

a §. 1. *Congruentius dixisset sup. ti. prox. propter varietatem rubricarū, de quo su. dixi in rub. de accusatore.*
b Ex edicto de calum. *quod est 9. inter edicta, quæ Rof. prosequitur, & totum eius est usq; ad uer. uerum. Pecunia autem hic large sumitur. ff. eo. l. 1. §. fi. & l. 2. 1. q. 3. totū. Et hac actio non est datiua, sed datiua, id est, data ex æquitate pretoris, summa in hoc. q̄ pecuniam tibi datam tertio à te repetam. I llius autē quadrupli triplum est pena, alias etiam post annum esset pœnalis, cum tunc possit peti simplum, de hoc ibi per eum in fine.*
c Mouenda. *Etiam si alias iuste moueatur, s̄m Rof. ubi de hoc tractat, dicens, q̄ sufficit sic legem scriptam esse, & allegat ff. q. & à qui. l. prospexit.*
d Supra de fi. instru. *in fi. & hoc Rof. continuat sup. uer. proxi. & hoc sequens huic.*
e De ui pub. *In priuatis. n. non est locus Turpiliano, ff. eo. l. si qs. §. 1. & l. in priuatis. sed extraordinarie punitur, ut ibi.*
f Lit. contestata. *Illud statim reassumam.*
g Et c. seq: *Lib. fuit Rof. dixit lit. conte. qui secutus fuit opi. Azo. dicentis in Summa huius ti. ante lit. contesta. nō habere locum Turpilianum, ff. eo. quæsitum. qui si non accusauerit, sed: accusare uoluerit, ff. rem ratā hab. l. amplius. Dicebat tamen, q̄ domino suo contrarium uidebatur post libellum oblatū, ff. eo. in senatus. §. qui post. & de cla. l. pe. Rof. ut dixi, adhæret Azo. & benignæ mitigatione pœnarum sufficiat regula. in pœnis. lib. 6. & uide, q̄ dixi sup. de accusa. §. quinto tractandum. circa med.*
h Ver. fi. *cum remis. quas ibi dedi. & quod hic sequitur, non respicit quæstionem sed rub. & eius materiam. Itē quod sequitur, scribatur extense, aut supra tractandum.*

Bal. de accusa. & calumniatoribus.

FORMA. denunciationis super dilapidatione. G. hic. Si Actor probauit, tamen testes sunt repulsi p infa-

 miam,

niam excusatur à calumnia, §. fi. G. Et sic nota, quod ad accipiendum, vel accusandum de calumnia sufficit probatio per testes infames Bal.

a De Simonia a. Rubrica.

ADDITIO.

a *Format Rof. materiam accusatorũ. formans libellos certos coniunctim, tertiũ ponit de simonia. Bonagui. 2. par. char. pe. primũ libellum de hoc format. Item Aegi. cap. 82. & dicam inf. q̃one venereali 23. an sit simoniacum dare pecuniam episcopo, ne simoniace ordinet, dixi c. 2. cum in ecclesia. ut in vlt. glo.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus qualiter sit in casu simoniæ concipiendus.*
2 *Libellus contra eum, qui beneficium simoniace adeptus est. qualiter sit formandus.*
3 *Patroni & parochiani an possint suos sacerdotes de simonia, uel de adulterio, uel alio crimine accusare.*
4 Simoniace in monasterium intrusus qualiter petatur extrudi.
5 *Contra uenditores, uel emptores iurisdictionũ vicedomini, uel huiusmodi, qualiter sit formandus libellus.*
6 *Laici an possint cogi ad ecclesiasticas consuetudines obseruãdũ, quo ad solutionem seruitiorum pro nuptijs, & exequijs mortuorum, & similibus per eos exhibitis.*
7 *Receptio i religionem sub hac forma, Recipimus te, si detuleris, unde viuas, &c. an sit valida.*

a SIC potest libellus concipi a.
1 LIB. † Coram, &c. propono cõtra P. quod ipse fuit hoc anno, tali mense, à tali episcopo in presbyterum, uel diaconũ per simoniã promotus, quia decem marchas, uel palefredum dedit ei dẽ ẽpo, ut eum ad dictum ordinẽ ordinaret, quæ quidẽ munera ipsi ẽpo ex pacto dedit in tali ciuitate in domo talis in prima camera domus ipsius, prędidẽte summo Pontifice dño Clemente Papa IIII. quare peto eũ ãsic suscepto ordinẽ degradari, & degradãdũ fore sententialiter cõdemnari, & ego Lucius, &c. ut supra de accu. §. 1. uer. utili. ex eo. extuç. &c. de regularibus. &c. per tuas. 2. & 1. q. 1. erga. &c. quod quidam. & q. 5. pręsentiũ.
2 † Si vero beneficiũ sit quis simoniace adeptus, uel electus, sic concipitur.

LIB. Coram, &c. propono contra P. quod ipse tale beneficiũ fuit adeptus per simoniacã prauitatẽ, vel in tali ecclesia simoniacũ habuit ĩgresũ, nec intrauit per ostiũ, sed aliunde conscendit, dando videlicet centũ ẽpo, vel eius familiari, vel prẽcius, vel alius dedit pro eodẽ, quare peto ipsum bñficio hmõi, seu administratione sñialiter priuari, & priuãdũ fore decerni, & sup ipsa ecclesia, & iurib. & pertinentiis suis sibi perpetuum silentiũ imponi, ext. de accu. licet &c. veniens. 1. q. 1. ordinationes. & q. 5. c. 1. ext de elec. alicuius. ex. eo. ex insinuatio
b ne. &c. ex diligenti. 1. q. 3. si quis obiecerit. Vel sic b.

LIB. Coram, &c. propono ego P. canonicus Mutin. contra H. qui se gerit pro episcopo ecclesiæ Mutin. quod ipse simoniacũ habuit ingressum, nec intrauit per ostiũ, sed aliũde cõscendit, de quo publica infamia laborat: vnde ipsam ecclesiam illicite occupatã detinet in animæ suæ periculum, & scandalũ plurimorũ, quare ipsũ vobis defero & accuso, petens ipsũ à beneficio deponi & ab administratione dictę Mutin. ecclesię remoueri, & super ea, ac eius iuribus perpetuũ silentium imponi, & ad hoc ipsum sententialiter cõdemnari, ad penã talionis, si in probatione defecero, me adstringens, secundum Aegid. Sed tu hanc formam collige ex pmissis.
3 † Possunt etiã patroni & parochiani suum sacerdotẽ de hoc vel de adulterio, vel de alio crimine accusare, 16. q. vlti. filius. & q. 1. constituũ. extra de testi. ex par
c te A. 23. distin. illud c.
4 † Porro si quis, vel siqua pretio in monasterio recipitur, sic libellus concipitur d,
d LIB. Coram, &c. ut supra in 1. lib. vsq; quare peto, verbis competenter mutatis, iunge, monachũ, vel monialem de ipso monasterio expelli, & in locum arctioris regulæ ad agendum perpetuam pœnitẽtiam intrudi. Et eodem modo contra abbatẽ, vel abbatissam, eo.
5 ti. quoniã, & c. vlt. & c. non sat. & c. seq. & c. veniẽs. † Eo. modo in emptoribus & uenditoribus iurisdictionis, uel uicedominatus, uel hmõi, & in aliis diuersis articulis huius materiæ, ut eo. ti. consulere, 1. qõ. 3. saluator,
6 ext. ne pla, uic. suas uel iuris. per totum. † Quid si laici consuetudines in his diu obtẽtas, nolint seruare, sic cõcipitur libellus.

LIB. Coram, &c. propono pro T. syndicũ uniuersitatis, & homines talis loci, quod cũ pro bñdictionibus nubẽtiũ, uel exeqs mortuorũ, ut mortuus, seu ecclesia habeat lectum suum, uel uestes, uel pro baptismo, & huiusmodi consueuerunt tantum dare de consuetudine diu obtenta, homines uniuersitatis ipsius consuetudinem ipsam nituntur infringere prextu canonicæ pietatis, quare peto noĩe dictæ ecclesiæ ipsos ex officio uestro cogi ad consuetudines huiusmodi obseruandas, & eos ad id sententialiter condemnari, ext. eo. audiui-
e mus e. Contra ext. eo. cũ in ecclesia, &c. Iacobus, ubi dicitur, quod in talibus consuetudo non ualet, quare Io. dicit, præmissam decretalem in aliis laudabilibus consuetudinibus intelligendam: & Inno. IIII. dicit, quod nõ cogitur quis talem consuetudinem seruare. Tu te
f ne, qđ dixi in libello, quod tamen intellige sane f. Consultius tã aget rector, si cõtra hæredes defuncti, uel cõtra lecti, uel uestimentorum detẽtores agat, uel petitorio, uel possessorio prout occurrerit, quod si totam uniuersitatẽ ĩ ius uocet, nisi tota uniuersitas sibi sup hoc pcuratorem faciat. tunc enim potest, ut supra de acc. uersic. si. Qualiter autem concipitur libellus in l. Iul. repetũdarum cõt. eũ, qui pecuniã recepit ob iudicãdũ, uel
7 nõ iudicandũ, dixi. s. de acc. §. nũc formæ, uersi. 2. † Et nota, quod non licet aliquem recipere sub hac forma: Recipimus te, si detuleris, unde uiuas, quia bona ecclesiæ non sufficiunt nisi nobis extra eodem, in tantum. Alii
g tamen contra, argu. 1. q. 1. b quis propter g. In sequenti titulo non formo libellum, quia de illa materia tetigi sup. e. ti. uer. item.

ADDITIONES.

a Sic potest libellus concipi. *Secundum Rof. ubi sup.*
b Vel sic. *Bonag. expressit Cardinalem datum auditorem, &c.*
c Illud. *Et de his Bonag. & Arg. formauerunt libellos ubi sup.*
d Cõc. *secundum Rof. ubi sup.*
e Audiuimus. *Credo, quod decr seq. ad apostolica. uoluit allegare, quod etiam apparet ex sequentib. quia ibi est glo. Io.*
f Sane. *Vt scripsi e. ti. ad apostolicam in gl. magna, & super uer. libere conferantur, & super 2. gl. s. quod nullo modo sacramentũ propter id non solutum denegetur, uel loco pignoris teneatur.*
g Si quis propter. *Vide, quod no. e. ti. quoniam, 4. gl. & super ea dixi.*

a De Magistris a. Rubrica.

ADDITIO.

a *Auctor non plus posuit de rub. hic autem in prin. remittit ad rubricã sup. de sala. In illa aũt rubrica, quæ est ultima primæ partis, in fi. pe. §. ipse remisit ad libellũ Rof. in ti. de consl. de suffragio, & hæc a t ad fi. uol. & ad rub. de of. iu. quo petitur salarium, &c. In illis aũt tractauit auctor theoricam materiæ, hic aũt reseruauit practicam & libellos. De dominicali 60. de magistro, qui uult intra terminum recedere, & sustituere æque bonum, ut de super regula, qui facit, li. 6. De non adstricto disputare, qui disputauit, sed reliqua per statutum debita non peregit, uide sup regula, recessoriũ. l. 6. De magistris componentib. libros, an sua nomina inscribere dẽant, uide in fi. Nouellæ 6. Dominicalis 50. de scholari, qui remansit in scholis ad libri custodiã, tãgit ext. depos. c. fi. post prin. Venerealis 77. de scholari, qui socio mutuauit pecuniam, quã usurario soluere uolebat, tãgitur de fideius. per*

*uenit super gl. ergo. Quæstionem autem Io. de Deo de impetrante, qui dixit se scholarem, cum nō esset, uide sup. de rescr. præsen. §. ratione impetrantis, circa fi. De scholari recedente sine licentia creditoris ex mādato episcopi, uel patris, uide sup. in regula, in ma. lib. 6. An teneatur depositi scholaris, in cuius camera socius librū posuit, nihil dicens, uide super rubrica de deposito. An satis sit scholari conuento, qui satisdare tenetur, dare aliū scholarē, uide sup. de satisd. §. 2. uers. quid si scholaris. De minore scholari hospitium conducente, scripsi sup. de locato, §. postquā, uers. porro, post positiones actoris. Item plures quæstiones de scholari conuento, uide supra de reo, uers. item scholaris, & uers. seq.*

*SVMMARIVM.*

1 *Salaria quibus magistris debeantur.*
2 *Magistri qualiter debeant suas positiones pro salarijs exigendis formare.*
3 *Res medico uendita pro sanatione alicuius membri, quo casu ueniat repetenda.*
4 *Libellus qualiter sit super aduocatorum salarijs concipiendus.*
5 *Salarium si stipulatio intercessit, petitur certi condictione, quæ oritur ex stipulatione.*
6 *Studentes in curia Romana quibus, aut quorū priuilegijs gaudere dicantur.*

1 SCIAS, ꝙ † quoddam est officium iudicis, qđ datur loco principalis actionis pro mercedibus & salariis grammaticorum, rhetorum, geometrarum, medicorū, aduocatorū, obstetricum & nutricum, ff. de var. & extraor. cog. l. i. §. 1. & per totum, de quibus salariis dixi supra in tit. de sala-
a riis, a in quo sic libellus concipitur. b
b LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui cū mihi pollicitus esset decem libras pro patrocinio, quod ei præstiti in tali causa, uel cum per me non staret, quo minus præstarem, uel procura infirmitatis suę, uel pro doctrina, illas decē libras mihi soluere recusat, vnde ago contra eum, ut mihi soluat, & ad hoc propono officium
c vestrum, c vt in præ. l. 1. §. in honorariis, & §. aduocatos.
2 † Actor ergo sic ponet.

POS. act. Pono, ꝙ sum grammaticus, rhetor, aduocatus, &c. ut supra. Item ꝙ conuenisti mihi dare decē libras pro doctrina, uel cura, uel pro salario causæ. Itē ꝙ conuenisti ante litem contestatam in aduocato, C. de postul. quisquis. Item ꝙ patrocinium illud, uel curam, uel seruitium tibi exhibui, uel docui, ff. de uar. & extraor. cog. l. 1. C. de suffr. l. vnica. Item ꝙ causa adeo fuit magna, ꝙ contingebant me decem libræ pro salario. Item quod consuetudo est in partibus istis, ꝙ tantum salarium detur, ff. de uar. & extraor. cog. l. 1. §. in honorariis, & §. aduocatos. Reus uero sic ponet.

POS. rei. Pono, ꝙ dicebas te grammaticum, uel medicum, uel aduocatū, & nihil sciebas, ff. de orig. iuris, l. 2. circa fi. ff. de mun. & honor. ut gradatim. §. reprobari. C. de profes. & med. grāmaticos, lib. 10. Item ꝙ mihi gratis exhibuisti patrocinium, doctrinam uel curā. Item ꝙ per te stetit, quo minus præstares, ff. mand. l. 1. C. de cond. ca. data, aduocati. Item ꝙ recepisti noīe palmarii ultra 20. lib. Turon. ext. in dec. Greg. X. de po-
d stul. properādum. §. cęterum. d † Porro si is, qui patitur
3 in oculis, uendit aliquam rem medico, qui tamen mala collyria in oculis apponit, sanus factus rem venditā potest repetere per officium iudicis loco principalis actionis, ff. de var. & extraord. cognit. medicus, in quo sic libellus concipitur.

LIB. Coram, &c. cōqueror de P. qui cum paterer infirmitatem in oculis propter aduersa medicamenta, quæ apposuit in oculis, compulit me uineam meam sibi pro 20. uendere, & uendidi, unde ago contra eum officio iudicis, ut resc issa prædicta uenditione, uineam meam mihi restituat, & ad hoc propono officium uestrum, ut in præ. l. medicus. Si autem non uendidit, sed dedit, sic concipitur libellus.

LIB. Coram, &c. vsque, compulit me iunge, librū, vel equum sibi talem dare, unde ago contra eum officio iudicis, ut rem meam restituat, & ad hoc propono
4 officium uestrum, ut in prędicto titulo. † Cęterum d su-
d per salariis aduocatorum sic concipitur libellus.

LIB. Coram, &c. conqueror de P. cui cum promisissem pro salario suo equum meum, vel prędium meū, vel domū meam talē, ipse auctoritate propria equum meum occupauit, quare peto possessionē ipsius equi, prædii, uel domus mihi restitui, & eum a petitione salarii, quod amodo illud a me petere nō possit, per sententiam vestram excludi, & ad hoc propono cōdictionem ex leg. C. de suffr. l. unica, uel potest peti officio iu-
5 dicis, vt dixi. † Sed salarium e, si stipulatio intercessit,
e petitur certi condictione, quę oritur ex stipulatione: quod dic, vt supra de salar. §. sequitur, uer. is quoque. tunc sic libellus concipitur.

LIB. Corā, &c. conqueror de P. qui mihi certū promisit salariū, puta decem, & illud mihi dare recusat, licet starē, uel si prestitisti, dicas, cū sibi patrocinū pręstiterim, unde illa decem peto certi condictione, quę
f oritur ex stipulatione f, arg. Inst. de uer. obl. in prin. † Et
6 nota, ꝙ studentes in curia Romana gaudent illis priui-
g legijs, quib. g audent studentes in studiis general. b. ut
h in constit. Alex. IIII. h de priuil. cum de diuersis i.

ADDITIONES.

a De salariis. *Roff. rub. de salar. ponit de his libellos.*
b Concip. *Secundum Roff. in præd. rubrica de off. iud. ubi etiam sunt positiones sequentes.*
c Officium uestrum. *Vide, quod hic additur in fi. in ult. libello.*
d Properandum. §. cęterum. *quam hodie non habemus, & tunc auctor recepit rubricam quartam post proximā, in qua specialiter ad hunc casum datur iudicis officium, nec dedit Roff. positiones, quas dixit facile colligi ex tribus necessarys, quod ille fuit infirmus, & medicus apposuerat medicamenta mala, quod ille propter hoc uendiderit, uel dederit.*
e Cęterum. *Hic assumit de suffragio uerba Roff. super rub. constitutio de suffragio.*
f Sed & salarium. *Reuertitur ad primum dictum.*
g Ex stipulatione. *Et si incertum, per actionem ex stipulatu, ut ibi dicitur.*
h Alex. iiij. *Imo est Innoc. iiij. & est 2. in tit. lib. 6.*
i Cum de diuersis. *An per id debeantur fructus beneficij, ibi not. in ult. gl. & uide, quod scripsi de clericis non resid. tuę. De studio Theologiæ, de quo hic in nigro, nil dicit auctor, propter quod supplendo, quæro de illo, qui studendo in Theologia recepit per quinquennium, uel circa fructus præbēdæ suæ in absentia, demū hoc tacito, impetrat a Papa, ꝙ fructus illos percipiat quinquennio in illa studendo, an ualeat impetratio? Circa quod sciendum, ut scripsi in decr. licet, de præb. si illa decre. manauit post decre. super specula, hoc eo. tit. fuit rescriptum iuris cōis, non priuilegium, si prius, fuit priuilegium, illud autē ignoramus, quia fuerunt ambo eiusdem auctoris, & ibi dixi, hodie autem non daretur talis forma per modum priuilegij, nisi in casu thematis primo tpe expresso, quia tale esset tacitum, quo expresso forsan priuilegiū non habuisset. Forsan, dixi, quia in illis studijs, in quibus magistrari non pōt in Theologia, qui certo tpe non studuerit, puta octennio, iuste peteret de gratia uolens magistrari, qui studuisset quinquennio, gratiā pro triennio, uel qui studuisset triennio, gratiam pro quinquennio, facit ad hoc constitutio Benedicti circa Cistercienses, quæ incipit, Fulgens sicut stella, ad fin. Vbi aūt nulla expressione tali facta peteretur ad hoc priuilegium, cancellaria denegaret, dicens, Habes ius commune, si uis iudicem iustitiæ, parati sumus dare, & si illud reciperet, tacitum priuilegiū iuris, quo usus non fuerat, ualeret, super his uide, quod scripsi sup. de cle. non resid. super rubrica, uers. ubi in 2. q.*

Bald. de Magistris.

STVDENTES in curia habent priuilegiū studentium in studiis generalibus. §. fi. G. Nota, ꝙ doctor in legendo

gendo debet cõsiderare utilitatẽ scholarium: dicit tñ Cy. scholares vt plurimum laborant ɔtra propria commoda, sicut mulieres, ita dicit ipse in l. 4. C. de spõ. Nota, ꝙ leges non debent legi, nisi in ciuitatib. habentib. priuilegia stud. j, quæ priuilegia nullæ ciuitates habẽt, nisi eis concedantur a principe, & ideo clerici studentes in alijs ciuitatib. non habent priuilegium de fructibus percipiendis prebẽdarum in absentia, quia studia, quę non sunt priuilegiata, reputantur ad literina, ſm literam, quæ est in §. discipuli, in proœmio Digestorũ, & si doctorato detur licentia legendi hic & ubiq;, illud debet restringi ad loca debita & congrua, ſm Cy. Dicunt tamen Doctores, quod consuetudo inueterata & pręscripta dat priuilegium, & similis est priuilegio. facit, quod no. ff. de iur. om. iu. dic. l. more. & l. quia Doctor, qui non potuit perficere librũ propter aliquã difficultatem, tamen salarium meretur, de quo dic, vt l. i. §. diuus, de var. & extord. cog. & probatur in proœmio Digest. § is igitur, & ver. sufficit. Nota, quod socij Doctorum gaudent priuilegijs eorum.

a De Iudęis, & Saracenis a. Rubr.

ADDITIO.

a De utriusq. recurre ad Summistas, & vides, ꝙ auctor non cõplenit rubricam. s. de eorum seruis, quia de illis tractare non intẽdebat. Sed Host. in Sum. diuisim prosequitur, vt tres rubricas. Practici auctores hanc materiam non tractarunt præter Ros. q libellum composuit inf. descriptũ super cõstitutione, Christiani, ad fi. voluminis libellorum iuris ciuilis. Et uides, ꝙ in libello ꝑponitur condictio ex illa lege: auctor unũ omisit de textu legis, non ignorandũ, quia rectores prouinciarũ & officiales locorũ, si talia sic non uendicauerint, ad illam pęnã tenentur. Et scias, ꝙ satis Ros. insistit super illa lege, & quęrit in fi. an si iudęus, vel paganus nõ vult agere cõdictione ex illa lege, sed velit agere vi bonorũ rap. an sibi id liceat? arguit, ꝙ sic, per l. ff. de public. l. 1. §. vnde q̃ritur. ibi dr̃, ꝙ agere volens contra publicum potius vi bonorum rapt. furti, damni, uel iniurię, q̃ edicto de publicanis auditur. Ipse tenet contrarium, dicens, eis non dandam ptãtem agendi, nisi in quantum expresse ius concedit, cum priuilegijs sint indigni. Nõ obstat, quod inf. dicam, qui vi bonor. rapt. datur intra annum in quadruplum. Sint ergo contenti duplo, quod eis permittitur. Itẽ scias, quod quia lex illa vtitur his verbis, Diripuerunt, Abstulerunt, Rapuerũt. putat ipse quod hoc dicatur de duplo, locum hr̃e in mobilib. quib. illa uerba conueniunt, Inst. vi bon. rap. §. sed ne dum, & ſm hoc in illis locum habebit duplicatio. Vnde in libello vides, ꝙ libellus duplicationem applicat ad ablata, quare in fundo sufficit possessionem eius restitui, & poterit agi. Vnde Iudæi cum Romanis legib. vtantur, C. de Iudæis, Iudæi. Itẽ scias de ca. posito in libello in uno lib. Ros. hr̃o extense codicẽ, in alio centũ. Et sciendũ, quod licet de iudæis habeamus expressum, quod teneãtur ad decimas ꝑdiales, de decimis, c. de terris, & ad æstimationẽ personaliũ, quas soluerent Christiani, de usuris, quãto, in fi. quia de Saracenis nil habemus expressum in Regnis Christicolarũ, in quib. habitant Saraceni sæpe de his disputatur & allegatur pro Saracenis. s. quod nullo iure de eis cautũ est, quod teneantur. Item quod non consueuerunt, potissime quia olim fuerant loca illa saracenorum in hoc pro eis allegatur præd. decr. quanto, in fi. a contrario sensu. Item allegatur quod soluunt decimas regib. His non obstantib. dicendũ est eos ad prædiales indistinctè teneri sicut de iudæis dr̃ in praeced. c. de terris. Principaliter. n. in illis operatur manus Dei, cũ nullus sit potens de mortificato semine fructũ hr̃e, de deci. cum non sit. Itẽ Dei est terra & fructus eius, vt in psal. Dñi est terra, & 13. q. 2. in ecclesiastico. Item hoc onus decimæ sequitur possessorem, quicunq; sit, C. sine cen. uel reliq. l. 2. & lib. 10. de anno. & trib. l. 1. ad hoc inducitur glo. Inn. q in decr. in aliquib. tit. præ. de decimis, facit de saracenis, fecit mẽtionem in prin. Hic insto, quia glossellam illam non posui. Dicit enim ibi Inno. in prin. super uerbo promiscuè, sicut saraceni & iudæi in Vngaria. Hanc non posuit Inno putans illam non conuenire literæ seq. ibi quãuis censeantur nomine Christiano. sed hoc sus plebo, quamuis sup. quidam ex eis censeantur, & c. bene competebat gl. & sic facit propositum. Ad consuetudinem, qua allegatur, respondetur, quod saltẽ in prædialib. non procedit, ut no. e. tit. de deci. c. 1. lib 6. & dixi in q̃one porrorum, in 4. par. super regula, quia prior. Nec iuuat, quod dr̃ saracenos olim tenuiße terras illas. Respondetur. n. quod prius fuerant Christianorum, & sic recuperata per Christianos naturam suã resumunt, 7. q. 1. pastoralis, & dato, quod nũquã prius fuissent Christianorũ, ex quo sub eis sunt, regi debent lege diuina & canonica, ext. de deci. parochianos, & arg. a contrario non procedit, vbi resistit iuri, ut satis scripsi de postul. bonx. 2. super ult. gl. Non iuuat ẽt, quod dicunt se decimam soluere regib. quia illa est decima tpalis dominij, & nos tractamus de diuina & canonica, ut probatũ est proxi. sup. Item & si hoc ceßaret, respondetur per decr. cam te, de iureiur. de deci. ad hæc, & c. quamuis. Et si quęratur, q̃uo compellantur? respondetur per decr. in aliquib. vel ſm decr. postulasti, de iudæis. An liceat inuadere terras saracenorum, paganorũ, uel infidelium? & an sine iusta causa possint eis suarum possessionũ & rerum dominia auferri? & de pertinentib. ad hoc, maximam gl. quære, quam scripsi post Inno. & Hos. Ce uoto, quod super his. Vidi quædam solennia scripta septem rõnib. concludentia, quod princeps pacificos infideles de suis terris absque legitima causa non debet expellere, quia fundatur super pręcepto; Quod tibi nõ vis fieri, & c. de quo satis, in prin. decretorum. Item quia iure naturæ nobis participant. inducit c. charitas est, ut mihi vr̃, de pæ. d. 2. ante fi. uer. item non illi tantum. usque ad uer. item illi uero plus, & ex eo iure naturæ, & ex charitate illis in necessitate subuenire tenentur, 42. di. quiescamus. 86. d. non satis. Secundo inducitur textus canonis. 23. q. 1. noli, in fi. & q. 5. prodest, uers. vers. proinde, usq. ibi. nihil inhumaniter. Et quod ex charitate agendum est, non ex furore, 12. q. 2. fraternitatis. Tertio inducitur illa gl. per hoc, in c. si de reb. 13. q. 7. Itẽ iure gentiũ possident, ergo iustè, 14. q. 4. quod dicam. Itẽ c. q̃ñ, 23. q. 4 & q. 5. unũ solum, ubi improbat̃ crudelitas. Quarto sunt oues Christi, Io. 20. Alias oues habeo, quę non sunt ex hoc ouili. s. ecclesiæ. Et sine distinctione dictum fuit Pet. Io. ult. Pasce oues meas. Successor ergo Petri hẽt illas pascere & defendere, ergo non impugnare, uel lædi permittere, de natu. ex lib. uent. c. uno. Quinto adducuntur text. tus, qui bene facere, videntur, 45. di. sincera, & c. de iudæis, & 23. q. 4. c. fi. & quod not. 28. q. 1. iudæorum in 1. gl. Imò sine ipsorum consortio illos Deo lucrari non possumus, 23. q. 4. infideles, 11. q. 3. ad mensam. Sexto, uerbum Apostoli dicentis ad Ephes. vlt. q̃uo domini seruis obedientib. debeant se habere, & ad Colo. ult. in prin. inducit, quod pro scelerib. infideles punimus, de rap. c. in archiepiscopatu, ergo sine causa non sunt puniendi, 56. dist. c. satis, peruersim, nec de habitationib. uel possessionib. expellendi, cum ecclesia sustineat cohabitationẽ ipsorum, e. ti. et si Iudeos facit 11. q. 3. nolite, uersi. iudæi. ergo. Vlt. text. est in l. Cristianis. C. de pagã. et eorum sacri. q eos quiete uiuentes iubet non molestari, de Iudeis, idẽ, ext. eo. ti. c. 2. & c. sicut. Itẽ a contrario canones 23. q. 8. dispar. ut ibi, et no. 16. q. 3. porro, uersi. & not. Itẽ cęlum cęli dño, terrã antẽ dedit filijs hominũ, ergo negãdum eis nõ est, qđ ius humanę societatis cõcedit, 23. q. 2. notandum, facit 5. dist. ad eius uero inducit demum 23. q. 5. c. ult. Cõuertendo hunc casum quęrit, an Christian⁹ sine peccato possit ad sui defensionẽ uti auxilio infidelium, Qđ possit, inducit̃ ff. de iustitia. et iure, l. uxori & hoc ꝑcipue, cum aliter se tueri non põt, ff. ad legẽ. Aquiliam, scientiam §. qui cum aliter, & facit lex, si qs fumo. in fi. & l. quẽadmodum, §. itẽ Labeo bene facit cle. de hom. c. uno, 2. resp. Et ꝙ de Pau. legitur act. 22. & habetur 23. q. 3. §. item ab aliquo, ad fi. ad hoc ff. de incen. rui. nau. l. 3. §. quod ait, ff. de bo. eorum, qui siai mor. consc. l. 1. in fi. & de bo. li. qui cum maior §. si libertus. Item si adstrictus potest uti dolo, 22. q. 2. utilem, 23. q. 2. dominus, & canes toleremus propter pacẽ ecclesiæ, 33. q. 4. quidã, et Deus per males uindictam fecit, 13. q. 5. c. fi. in prin. Itẽ econuerso in iusto bello infideles iuuantur per fideles, 13. q. 1 quid culpatur. 11 q. 3. Iul. Item propter necessitatem cõicamus excõicatis, de sen. excom si uere. Item ad defensionem fructũ utimur arte Mathematica utroq; testĩo dan. nat. 1, C. de Mathe. l. eoram. Puto infideles pacificos non habentes guerram actiue, uel passiuè nobiscum necessitate imminente licite posse uocari, alias non sed si guerra uiget, uel nostrum bellum est iniustum, uel iustum, s. nõ urget necessitas. & facit dec. cũ oli. e. ti. q̃ distinguit talia tẽpora.

*pors, & facit 2. Machab. Impio præbes auxilium, et his qui oderunt Dominum, amicitia iungeris, & quod habetur Esaię 23. q. 3. c. 1. uers. item sicut legitur. Dubitari uidi, an per ecclesiam puniendus sit Iudæus ad sectam Saracenorum transiens? An negatiuam inducitur, ꝙ ambæ istæ sectæ tolerãtur a nobis de Iudæis. u. & paganis loquitur lex, Christianis. C. de paganis & secundum Apostolum ad Corinthios quinto, nil ad nos de his, qui foris sunt, & propter id nostris constitutionib. non ligantur, de diuor. gaudemus. 2. q. 1. multi. Nec dici potest retrospicere, qui ueritatẽ, non agnouit. Et si dicatur, Iudæos peiores gentilib. uel paganis, uel transitus cõmendandus, patet primũ 2. q. 1. & nonne. & uõ dicti ibi no. & ꝙ sint peiores, notat actus ecclesiæ, quæ in Parasceue, dũ pro paganis orat, flectit genua, pro Iudæis, non. Dubitatur ẽt de Christiano, qui prius Iudæus fuerat, uel nõ fuerat, uel nunc labitur, et relabitur in Iudaismum, in hoc non insisto ppea, quæ plene scripsi de hæret. contra Christianos, lib. 6. super 1. gl.*

*ADDE, an Saraceni possint compelli ad decimas, originaliter Old. cons. 91. Et an Christianus possit inuocare auxilium ab infidelibus per eundem cons. 71. Et an per ecclesiam debeat puniri Iudæus, qui descendit ad sectam Saracenorum, per eundem cons. 51.*

*SVMMARIVM.*

1 *Iudæis, uel paganis uiolentiam inferri iura prohibent.*
2 *Saracenis arma, ferrum, & similia Christianis nociua deferens, excommunicatus habetur.*
3 *Serui ob delictum, uel maleficium effecti, an possint libertatem consequi.*
4 *Saracenos docens arma, naues, uel machinas, & similia facere, qua pœna sit mulctandus.*
5 *Iudæi legem Moysi ad literam seruare dicuntur.*
6 *Iudæi, Agareni dicuntur ab Agar, ancilla Saræ liberæ.*

1 IVRA nolunt, † ꝙ Iudæis, vel paganis violentia, seu rapina inferatur, quod si fiat, sic concipitur libellus.
LIB. Coram, &c. Conqueror ego A. Iudæus, uel paganus de P. Christiano, qui me de possessione talis fundi, quẽ possidebã, eiecit, vel per vim ablatiuã mihi abstulit centum, vnde peto possessionem dicti fundi, vel centum, seu mihi ablatũ, in duplum ab eo mihi restitui, & ad hoc propono condictionẽ ex l. C. de pagan. & eo. sacr. Christianis, vel decr. extra eo. si-
a cut Iudæi. a † Et nota, ꝙ si quis deferat arma, ferrũ, vel
2 lignaminia Saracenis, aut in eorum nauibus regimen exerceat, excõicatus est, & capientis eum seruus efficitur,
b ut extra eo. item quorundam. b † Sed nunquid ca-
3 piens illi dare poterit libertatem? Respon. non, sicut si principes alicui concedit latronem in seruum, non potest illi dare libertatem, C. quibus ad liber. procla. non
4 licet, de latronum. † Quid si aliquis Christianus docet Saracenos facere naues, vel machinas, quomodo punietur? Resp. si ipsi primo non habebant peritiã huius artis, decapitandus est, C. de poe. l. fi. C. de malef. & ma-
5 the. l. 1. † Et scias, ꝙ Iudæi legem Moysi seruant ad lite-
c ram, c quidam autem ex Saracenis receperunt quinq;
6 libros Moysi, sed prophetias abiecerunt. † Dicuntur aũt Iudæi Agareni, ab Agar ancilla Saræ liberæ, ut extra c. si Iudæos. Saraceni vero dicti sunt a Samaria ciuitate, & nõ a Sara. Item ita abstinendum est a communione Saracenorum, sicut & Iudęorum, vt 28. q. 1. sæpe, & c. seq. nisi in casu, qui est extra eo. quam sit.

ADDITIONES.

a Sicut Iudæi. *De Iudæis tantum loquitur, tamen facit eo. tit. Iudæi, & c. quàm sit, et c. in nonnullis, in quibus de cohabitatione paganorum cum Christianis dicitur.*
b Item quorundam. *Vbi scripsi, quod sequitur.*
c Ad literam. *Vnde uenit in usum, quod inhærentes plus literæ, quam sensui, dicimus iudaizare.*

a De hæreticis. a Rubrica.

ADDITIO.

a *Practici auctores nil de ista dixerũt, præter Roff. in nostris, qui formauit duos primos, cum sua rubrica, & est secunda in ordine libellorum, ad materiã facit, quod dicam infra de fort. leg. super rubr. De Bonon. origine habente hic bona, & domicilio Florentię, de damnato Florentię de hęresi, cui domino competant bona, de Bonon. prolixe scripsi eo. tit. cum secundum, lib. 6.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus contra hęreticum, qualiter sit formandus.*
2 *Laicus laicum coram seculari iudice de hęresi accusans, quibus uerbis utetur.*
3 *Receptatores hęreticorum, et eis communicantes, hęretici censentur.*
4 *Suspecti de hæresi, an pro excommunicatis habeantur.*
5 *Crimen lesę maiestatis ęquiparatur hęresi.*
6 *Adstringentes se ad hęreticorum exterminium, qua gaudeãt indulgentia seu priuilegio.*
7 *Hæreticorum prauitatem impugnantes, an habere quotidianas distributiones debeant.*

IN hæresi sic concipitur libellus.
1 LIB. † Coram vobis Reuerendo patre Domino Episcopo tali, propono contra P. ꝙ ipse male sentit de fide, dicens sacramentum altaris seu corporis & sanguinis Christi nullum esse, damnat ẽt matrimonium, nec credit resurrectionem, & quotidie cum hereticis conuersatur in tali ciuitate, in domo sua, in prima camera, seu tali loco ipsius domus, & hoc anno, mense tali, regnãte tali, eosdem ibi adorauit, vel consolatus fuit ab eis, seu manus impositionem accepit, vnde ipsum vobis accuso, & peto ipsum excõicari, & beneficijs priuari, & a tali suo ordine degradari, degradatumque curiæ seculari tradi, seu relinqui legitime puniendum, & ego L. &c. ut supra de accus. §. 1. extra eo. ad abolendam. §. 1. & eo. sicut ait. & seq. §. ult. & c. excõicamus. 1. in prin. §. qui autẽ, qui §. est C. eo. Auth. Gazaros, & c. pen. extra de sum. tri. c.
a 1. & C. eo. a l. 1. C. de hęret. quicunque in hac, prope fi. & l. Arriani. Quod autem dixi, peto eum excõicari, reputo superfluum, licet quidam hoc ponant, nam omnis hæreticus excõicatus est, ext. eo. excõicamus, 1. &
2 2. ext. de sent. excomm. nouerim. † Si autem laicus lai-
b cum coram iudice seculari accuset, sic dicet. b
LIB. Corã vobis, Domine iudex, ego talis propono contra P. &c. vt supra vsque, & peto ipsum, iunge, secũdum iura puniri. Vel sic, vnde peto ipsum confiscatis eius bonis vltimo supplicio puniri, & ego L. &c. ut in præ. legib. & in præ. decr. & eo. tit. vergentis. Veruntamen si ante sentẽtiam velit ad fidẽ redire, admittetur, 23. q. 3. dicit Apostolus, & in pręd. c. ad abolendam. §. 1. & in perpetuum carcerem detrudetur, & eo. ti. c. pen.
3 † Eodem etiam modo concipitur contra credentes, & receptatores, qui & hæretici reputantur, si excommunicationem propter hoc in se latam per annum sustinuerint, ext. eo. c. pen. in fi. & c. excõicamus. 1. §. credentes, qui §. est C. eo. Auth. credẽtes, & C. de his, qui latro. occul. l. 1. & 2. & cum aliquis credẽs, vel recepta-
c tor ab initio recusatur, c tunc peti potest, ꝙ excõicetur.
4 tur. † Eodem etiam modo contra suspectos de hęresi, quia ex hoc excõicati per annum in excommunicatione steterunt animo indurato, ut in pręc. §. qui autẽ,
5 & in pręd. Authen. Gazaros. † Cæterum cum crimẽ lęsę maiestatis in quibusdam conueniat cum hęresi, ut extra eod. uergentis, & C. eodem, Manichęos, & ideo hic

ADDITIONES.

a Et C. eo. *scilicet de sum. Trin. propter id, quod sequitur.*
b Sic dicet. *Libellus iste non procedet cũ secularis iudex de hoc crimine, quod mere ecclesiasticum est, cognoscere, uel iudicare non possit, eo. tit. inquisitionis. §. prohibemus, lib. 5. & c. seq. in f.*
c Recusatur. *Id est, uitatur, uel litera corrupta debet dicere, Reputatur, non fuit iste finis Roff.*

a hic libellum formemus.

LIB. Coram, &c. propono contra P. ꝙ ipse hoc anno, mense tali, imperante tali dño Imperatore ꝑ Augusto, cum talibus scelestam factionem iniuit de nece ipsius dñi Imperatoris, in tali vrbe, in domo sua, & in prima camera ipsius domus, super quo eum vobis accuso, & peto ipsum legē Iulia maiestatis puniri, & ad pœnā ipsum finaliter condemnari, & ego L. &c. vt supra de accus. § 1. C. ad leg. Iuliā maie. quisquis, quæ est 6. q. 1. §. verū, & l. vlt. ext. de homi. pro humani. 76. dist. si quis Papę. De forma iuramēti, qđ prestat, qui reuertitur ab heresi, vel schismate, vel alio horrendo crimine, vide supra de iureiur. vers. de sacramēto redeuntis.

6 † In fauorē aūt fidei nota, ꝙ Catholici, q crucis assumpto charactere ad hereticorum exterminiū se adstringunt, illa gaudent indulgentia & priuilegio, quę accedentibus in Terrę sanctę subsidiū conceduntur, vt extra

b de heret. excōicamus. §. Catholici. b Per quod patet, ꝙ clerici habebunt beneficia sua triennio, vt extra, de Iu

c deis, ad liberandū, in integra. c Et decimam, vel vicesimam pro hoc subsidio deputatam, quę ecclesias contingit, poterunt secū ferre, ext. de vot. c. fi. & si moriantur ante triennium, creditores vsque ad triennium beneficia ipsa tenebunt, qa hoc eis per Papam cauetur, alias sibi imputare deberēt, qui pecuniā credidissent,

d fīlbeta si quis domū §. 1. daig. ext. de reb. ec. ali. vel nō nelli, & clerico interdictū est beneficiū alienare, 12. q. 2. alienationes. Sed expone ibi beneficiū, i. ius bñficij, hic aūt alienat fructus, qđ ei licet, ext. ne prelat. vic. su. vel iura, c. fi. & de loc. & cond. c. 2. & pñt capi in pignus pro debito, extra de fideiuss. constitutus, & ualet hic au

7 ctoritas Papę, ut C. de excep. rei ind. stipendia. † Sed nūquid illi percipient oēs fructus beneficii, ut nec uicarium cōstituant? Videtur, ꝙ sic, nam si oēs percipiunt, ergo nullas operas tenētur ecclesię prestare, quia operę non sunt in fructu, ff. de operis ser. l. 3. ar. ext. de app. peruenit, de preb. de cetero. Et hoc puto, ut necessarię expensę pro seruitio ecclesię deducanē, ff. de rei vend. fundus. ff. de pet. her. si a dño. §. fructus. Item dicit Vin

e cen. e ꝙ tales habebunt quotidianas distributiones, cū integraliter percipere debeant sua beneficia, & Inte

f gre, rem perfectam significat, ut 2. q. 3. c. si quem. in fi. f

ADDITIONES.

a Formemus. *Positum per Rossr. immediatè ante supra proximos: fuit enim primus in ordine 10. libel.*

b §. Catholici. *Totū, quod sequitur, fuit ad literā Vin. in isto. §.*

c Integra. *Quam ibi posui cum glo. Host.*

d §. 1. *Hoc scripsi, ne prælat. vic. su. c. vlt. super glo. 2.*

e Vinc. *Vbi supra.*

f In fi. *Contra hanc allegationem est decr. super. de magistris, coniuncta cum decr. licet. de prabendis. Nec ualet etiam ratio Hosti. qua dicit illos haberi pro residentibus, per no. de cle. non resi. c. vno, lib. 6. in glo no. & quod super ex scripsi; de hoc scripsi de Iudæis. a I deliberandum. super ver. integrè. vbi uide.*

a De schismaticis. a Rubrica.

ADDITIO.

*Ad summistas recurre. Omittit autem auctor duas rubricas; & prima erat bimembris, quæ diuisim habētur in Codice: ad cuius partem primam, scilicet de apostatis, duas quæstiones rememoro, scilicet: de beneficiato, qui factus est miles, & de religioso ferente habitum coopertum cum habitu clerici secularis. Primā, quæ fuit dominicalis 20 uide de clerico coniug. c. uno. li. 6. super glo. huic ergo. secundam super regulam, certum est. li. 6. De secunda parte rubricæ, quis dispenset cum rebaptizato scienter, uel ignoranter, dubie loquitur auctor de primo, quod nec Papa dispensat, sup. de leg. §. nunc breuiter. uer. 9. & sic dubie de secūdo, quod dispensat episcopus, eo. tit. §. nūc de episcoporū. uer. 121.*

*SVMMARIVM.*

1 *Ordinatus in presbyterum à schismatico episcopo, an, & qualiter ueniat ab officio presbyteratus remouendus.*

SIC concipitur libellus.

1 LIB. † Coram, &c. propono contra P. ꝙ ipse fuit scienter a tali episcopo schismatico in presbyterum ordinatus, quare peto ipsum a presbyteratus officio remoueri, & remouendum esse sententialiter declarari, ext. eo. c. 1. & 2. 9. q. 1. ordinationes. In sequenti titulo non est libellus necessarius.

a De infantibus, & languidis expositis. a Rub.

ADDITIO.

a *Deficiunt practici auctores, ad Summistas recurre.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus qualiter sit a filio, seruo, uel liberto, & c. contra impie eos habentes concipiendus.*

NOTES hic sic concipere libellum.

1 LIB. † Corā, &c. propono ego filius, uel seruus, uel libertus olim talis contra eum, ꝙ ip

a se me infantem, uel languidum a exposuit, seu exponenti consensit, uel ratum habuit, uel impie mihi alimenta negauit, pietatis officio relegato, quare peto me liberum fore a nexibus patrię, uel dominicę potestatis pronunciari, & me patremfamilias, si erat liber, & in potestate patris, uel liberū, si erat seruus, uel ingenuum, si erat libertus, sentētialiter declarari, ext. eo. c. 1. C. eo. l. 2. 87. dist. si expositus. C. de Lati. liber. tol. l. vnica, §. sed scimus. C. de episc. audien. nemini. ff. pro derel. cto, l. fi. in Auth. de nup. §. si uero ab initio. Potes et am addere, si uis, & peto ipsum nihilominus ex officio uestro ad arbitrium uestrum puniri, C. de patr. potest. nec filium. ff. de liber. agnoscen. l. 1. §. pœna.

ADDITIO.

a Vel languidum. *Quod sequitur, fundatur super altero istorū, scilicet infante, uel languido; & sic posuit se in tuto propter opinionem, quæ uult, quod alimentorum denegatio in quacūq; ætate, etiam sano, habeat optari, qua sequitur. de hoc uide, quod dixi eo. tit. c. uno, super uerbo, alieni. & super gl. pen. & plene per Hostian Summa huius tit. §. ult.*

a De homicidio. a Rubrica.

ADDITIO.

a *Solus Ross. ex practicis auctoribus formauit libellum in hoc tit. & est quintus in ordine libellorū; habemus duas Bonifacianas constitutiones in 6. & in Clementinam; multum est expediens in hac materia. Ex præmissis quæstionibus terminatis p illas, sciat ꝙ aliquas quæstiones spectantes ad hunc titulum posuit auctor sup. de accus. & ego ibi cumulando quæstiones aliquas de bannitis, addidi tres quæstiones; uide super regulis in 6. scilicet frustra nullus pluribus. & regula, quod quis. Prima in quarto mēbro de illo, qui pacificatum postea bannitū occidit. Secunda de illo, qui negauit se occidisse, nunc dicit, ꝙ ad sui defensionē. Tertia de clerico, qui incedebat ut laicus bānito & postea occiso; uulgata est quæstio. & si statutum punit insultantē, item uulnerantē, item occidentem: an insultans, percutiens & occidens uno impetu, his omnibus legibus accusetur, & puniatur? et plures terminatum est, & sic seruatū, tantum de occiso teneri, per l. istud. ff. ad le. Aquil. in fi. & no. in l. qui de cri. C. de accus. in fi. 4 gl. & facit, quod de continuatione no. ff. de act. & obl. l. antep. facit l. quoniā multa. C. ad le. Iul. de ui pub. bene facit ff. de don. īter uir. & vx. l. 5. §. si stipulanti. Ibi n. propter celeritatē coniungendarū inter se actionū vna actio occultatur. ad idem, ff. de iniur. l. prætor. §. si plures. allegat et l. non est nouū. ff. de act. emp. & ven. Procedit hoc, cum insultauit & percussit, ut occideret, & occidit. Sed quid si occi lit, sed solū insultū fecit, & percussit? Vr̄ p superius allegat a, ꝙ solū ex percussione teneatur, cū in illa sit maleficiū cōsummatū & continuatū, ff. de noua. si ita stipulatus. in fi. & l. seq. ad idē ff. de adul. qđ ait. in fi. ad l. si ex plagis. §. tabernarius. & de incen. rui. nauf. l. 1. §. proinde. In contrarium ff. de iniur. in l. prætor edixit. §. si mihi. & l. fi. negatiue dixit, quod nunquam plura delicta concurrentia faciunt, quod ullius impunitas detur, nec delictum ob aliud delictum minuit pœnam. ff. de priuat. delictum. leg. nunquam. ad idem ff. de termino mo. l. fin. ad Turp. leg. in senatus. de furtis, qui tabulas. in fin. Varietas*

*rietas.n.criminum inducit uarietatẽ pęnarũ,de pœ.dist.1.c.pę. pę. Cum ergo insultando cõmiserit uim publicam,& uulnerando inciderit in legẽ Corneliã iniuriarum,ut no.in l.prætor. ergo utraq; lege punietur,& uẽ expressum in prædicta,l.qui de crimine 2.rñso Solutionẽ in qbusdam scriptis inuenio,sed qõnem non habeo.& Franciscus Accur.tenuit ipsũ solum de percussione, uel uulnese teneri,per prius allegata. Ad contrarium & ad l.q de crimine.rñ let,illam loqui de criminibus ita diuersis & separatis,ꝙ unum non est pars alterius,sed in casu nostro continuatio & cõnexitas facit illa censeri unũ. Aliq ꝯ qui licet concedãt, quod prius dictum est,ponderant solum homicidium.Rõ est , qa id punitur morte,quæ cũa soluit, & crimen extinguit,ut in Aut. de nup.§.disponat.& ff.ad Turp.in senatus.C.si reus,uel accus. per totũ,quæ rõ cessat in hoc secundo casu. Inuenio. Ful. qñque distinxisse,an sine insultu fiat percussio. id est simul insultaui et percussi,& pcedat prima solutio. Si uero insultaui, ex quo insultu orta est rixa,in quo postea pcussi,procedat secunda solutio, quasi actus sint separati ab insultu & eius princ. Vltra ea, q̃ de continuatione dicta sunt sup.faciunt no.3.q.9.nihilominus. Et mihi uẽ hoc in facto cõsistere,si.n.iste insultauit & uibrauit,sed non percussit,illo forsan se flectente,& tũc incipit rixa , istã tñ uibrationem continuauit,licet forsan ẽt in uibrationibus contra eũ factis restiterit,& finaliter his continuatis illũ percussit,satis id continuũ repeto.sed si pp rixam retrocessisset ad propriã. ẽt uicinã domũ,uel ẽt alterius,recipiens forsan lãceã,& percussit,procedere posset,quod de actu separato dictum est. Et qõ de illo secundo,q se defendendo occidit debito moderamine non seruato,an teneatur lege Corn.de sicar.terminari uidi ꝙ non,quia lex illa non requirit dolum. Et ꝙ hoc casu lata culpa non æquãt dolo textus est ff.eo s.ad l.Corn.de sicar l.in lege.ad idẽ inducit l.1.C.eod.ti.facit ext.de restit.spol.olim.c.in fi. Tenebitur tñ de homicidio culpabili,non doloso,per iura prædicta. Scias,ꝙ aliter se saluare non ualet,si occidit ẽt uibrando , non solum non tenẽ de occiso,sed ẽt irregularis non est,ut dicit cle.eo.ti.in fin. Vt tñ ibi not.in defensione sui corporis tantũ,non filij,uel suorum, hẽt hoc locum,quod de irregularitate dictum est. Pro illorum tñ defensione percutiens & occidens posset excõicatus non esse,licet irregularis sic,ut ibi scripsi,& charius in decre.si uero,infra de senten.excom.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Libellus qualiter sit contra homicidam ad pęnam corporalem coram iudice seculari concipiendus.*
2 *Libellus contra clericũ homicidam qualiter sit a clerico concipiendus.*
3 *Clericus incorrigibilis potest degradatus curiæ seculari tradi.*
4 *Morte post percussionem,febre tamen intermedia superueniente,cui ueniat imputandum,& quorum testimonio de mortis causa standum.*
5 *Quatuor simul in aliqua camera existentibus,si unus illorũ proijciens lapidem extra quendam interimat, cui illorum imputandum sit.*
6 *Pupillus an possit de morte patris pacem facere.*
7 *Parte adinuicem concordantes non egent iudice.*
8 *Pace de uulnere facta,si moriatur uulneratus,an poterit uulnerator accusari de morte.*

SIC forma libellum coram iudice seculari ad pęnam corporalem infligendam.

1 LIB.†Corã,&c propono cõtra P.ꝙ ipse anno & mense tali regnante domino Ludouico rege Francis,occidit Titium cũ ense,vel claua vel cultello,percutiendo eũ in loco lethaliter in ciuitate tali,in vico,vel domo tali,in tali latere,seu parte eius,sup quo vobis eũ accuso,& peto ipsum ſm lege.Cor.de sica.pęna capitis puniri,& sic puniẽdũ fore finaliter cõdemnari,& ego Lucius,&c. s.de accu.§.1.de pœ.dist.1.is,qui cum telo.& l.si quis necandi,quę sunt C.ad leg.Corn.de sicar.ff.eo quicę

3 dem.Inst.de public.iudic.33.q.3.sex sunt. † Clericus autem contra clericum sic libellum concipiet.

LIB.Corã,&c.vt supra vsque,quare peto,iũge, ipsum per uos officio & beneficio priuari,& priuandũ

a esse decerni,& a suis ordinib.degradari[a],& ego Ludouicus,&c.ext.de iudic.cum non ab homine.ext. eo.sicut dignũ.§.fi,l.dist.clericum,q paganum.& c.si episcopus.&c.seq.& c.studeat.† Quod si depositus sit, in-

3 corrigibilis,potest peti, ut degradatus curiæ seculari relinquatur legitime puniendus, ut in præcedẽ. c. cũ non ab homine.extra de uerbo.signi.nouimus.quod qualiter fiat,dixi supra de accusatio.§.2.uer.& nota,ꝙ

4 &seq.† De facto quærit, A.uulnerauit B. qui febre superueniente decessit,accusatur de morte,ipse uero asserit illum ex febre obiisse, & plures laici testes inducti hoc dicũt,medici uero pauciores dicunt,ꝙ uulnus extitit causa febris.Respõ.potius est credendum paucioribus medicis,quia factum melius noscunt[b], arg.

b ff.de orib.incis.l.2.§.exactio.Auth.de nõ alie.§.qd autem.ext.de test.in nostra.C.de re mili.qui semel.l.dis. ut constitueretur.ver.experto.ext.de ęta,&qual.ad aures.de pęniten.dist.6.c.1.uer.interrogaret.& circa huiusmodi accusationes vide supra in ti.de accusatore.

5 † Pone , quod quatuor homines erant in una domo, unus eorum proiecit lapidem, & prætereũtem perimit,non constat quis proiecit,constat tamen, ꝙ vnus eorum proiecit[c]. Et videtur,ꝙ omnes teneñt,ff.ad legem

c Aquiliæ.item Mele.§.si plures.&l.ita vulneratus.& hoc pp incertitudinem,ff.de transa.cõtrouersia,ff.de his,qui deie.vel effu.leg.1.§.fi.& l.2.Arg.contra,ꝙ nõ teneantur,23.q.5.c.si quatuor, Nec obstat prealle.l.ff. ad leg. Aquiliam,quia ibi constabat omnes percussisse.Item l.1.de his,qui deiec.vel effu.in alio casu loquitur,sed videtur,ꝙ nullus tenetur. nam constat , quod tres non deliquerunt,ergo non tenentur.extra de his, quæ fiunt a maio.par.ca.q̃siuit.C.de pœnis,sancimus & melius est innocẽtem absoluere,&c.ff.eo.absentẽ. ext.de simo.licet Heli.ad fi.& exemplo graue est, &c. C.de his qui latro.occul.l.fi.in fi.& probatur ff.ad leg. Aquil.scientiam.deficit.n.probatio,non ius,ff.de test. tut.duo.Super hoc dicunt quidã,ꝙ si omnes interuenerunt animo offendendi illum, tunc quilibet tenetur.quia vnus uẽ hoc fecisse de uoluntate & mãdato aliorum,C.eod.nõ ideo minus.ff.de ui & ui armata,l. 1.c.quoties.extra de homic.sicut dignum.ext.de cler. pug.in duello,c.2.in fin. Si uero non intrarunt animo illum offendendi,tunc omnes in dubio absoluentur, ff.de act.& obl. Arrianus.ext.de probat.ex literis.nam in criminibus claræ debent esse probationes,2.quę.8. sciant. Iudex tamen propter bonũ regimen,& vt cæte

ri

ADDITIONES.

a Degradari.*Vide remissionem,quæ statim sequitur.*

b Noscunt.*Vide sup.de proba.§.fi.uers.hoc quoque.dicit Guido de Suz.super proœmio Digestorum , §.1.quod si pars uulnerati & pars uulnerãtis concordant de medicis uno,uel plurib. affirmãdis,iudex,eis acquiscet,si uero discordãt,ipse eliget,allegat, quod dicitur de plurib.tutorib.uolentib per unum administrari sed de quo discordat Instit.de satisda.tut.§.si autem & quid de duob.hæredib.legatarij discordãtib.an agãt reali, uel personali ff.de legat.1.huiusmodi.§.fi. Subdit etiam, quod si iudex ad dictum medici dicentis uulnus Titij,cum plures vulnerauerunt, fuisse mortale.condemnauit Titium de occiso,qui Titius dicens medicum falsum dixisse,petit ante sepultura m peritiores medicos adhiberi,quod factum est,& illi referunt illius uulnus non fuisse mortale,retractabitur sentẽtia,sicut dicitur delata per testes falsos,uel instrumenta,c.si ex falsis instrum.l.falsam.& l. fi.ff.de re iudic.l.diuus.super de excep.cum uenerabilis.*

*ADDE,ut pulchre per Bal.consi.105.lib.1.*

c Proiecit.*Ad quæstionem facit,quod no.supra de leg.§. iuxta. uersi.quid si quis in rixa.uide,quod satis scripsi, eo.ti.significasti.2 in glo.areg.ad qõnem,& ibi de quæstione uenereatis 15.*

ri timeant pœnam pecuniariã imponat, ff. depos. bona
a fides a. † Illud autem quæritur, vtrum pupillus possit
6 de morte patris facere acem? Et uidet, ꝙ non, quia pupillus de morte patris accusat, vt ff. de accus. l. 2. in fine
b b, & sic remittit, donat. ff. de donat. inter virum & vxor. sponsus. nec pupillus donare potest, ff. de tut. & ra. distra. l. 1. respon. j. Arg. contra, quod valeat pax per eũ facta. ff. de iureiuran. tutor. ff. de furtis. interdũ. §. si tutor. quia pax a pactione dicitur, ff. de pactis, l. 1. & pactũ est quædam donatio, ff. de pact. contra iuris ciuilis. in fin. Et dr̃ pactũ inter partes ex pace conueniẽt ex scriptura, extra, de verb. sig. pactum Dic. ꝙ si aliquid ei datum est, tunc valet, ff. de transa. præses. & ẽt si nõ est sibi datum. interest. n. minoris, vt litib. & sumptibus nõ vexetur, ff. de minor. l. minoribus. & facit bene ff. de iniur. sed si vnius. §. si filio. nã & ciuitas pacem seruãs commendabitur, ff. de censi. l. 1. & ad hoc C. de vete-
c ri iur. enuc. l. 1. c. Vber. aũt dicit, ꝙ infans nullo modo potest facere pacẽ, etiam tutoris auctoritate. nec facta pax tenet, ff. de pœnis, l. 1. Si vero iam excessit ĩfantiã, quod intelligit, nec tũc ẽt sufficit sola tutoris auctoritate, vt dicit ff. de administrat. tutorũ. l. §. i. quia nec ẽt per se possẽt, cũ etiam nõ sit permissum pupillo cum tutoris auctoritate distrahere vilissimum prædium, ff. de rebus eor. per totum. C. de præd. minor. per totum. Potest tñ facere pacem cũ tutoris auctoritate, & interueniente iudicis decreto, & facta valet, & hoc, vbi ex-
d cessit infantiam d. Nec obstat, ꝙ non debet interponi iudicis auctoritas, nisi p pr æs alienum, vt. ff. de rebus eorum, magis. §. antepenult. quia hoc fit pacis fauore, & quia pupillo expedit. Nulle ergo dicunt, secundũ eũ, qui dicunt tutorẽ facere posse pacẽ pro infante. Nec obstat C. ad Treb. sancimus. responso 1. in fine, vbi dr̃, ꝙ potest restituere hereditatem nomine infantis, qa
e in pace de remissione tractatur e. Sed pone, P. vulneratus ad mortem a T, fecit pacem & remissionem H. nomine ipsius T. vt ipse H. eam faceret, & remittere ipsi T. Mortuo, itaq; P. dictus H. fecit pacem & remissionem ipsi T. quæritur, an valeat, & seruanda sit? Et uidetẽ, ꝙ non, cũ sit facta mortuo mandatore, argu. ff. si cert. pet. eius, qui in prouincia. Itẽ eo tẽpore debuit haberi rata pax a T. q & potuit fieri a P. unde modo nõ põt rata haberi, cũ fieri possit, ff. rem ratam hab. bonorum. & videtur casus ff. quis ordo in bonor. poss. ser. l. consilio. responso j. in fin. mors enim omnia soluit, in Auth. de nuptiis, §. deinceps. Argumentum cõtra, nã si amicus vẽditoris mei mihi tradidit possessionẽ, post mortẽ illius possessio mihi recte quæsita est, ff. de ac-
7 quir. poss. fundi. † Nullæ enim sunt partes iudicis inter partes ad inuicem concordantes, ff. de operis noui nũciat. l. 1. ff. de uerb. oblig. cũ seruus. C. de inst. & subg. si mater. Item T. ratũ hẽt, vnde perinde haberi dẽt, ac si hoc ei gerendũ mandasset, C. ad Macedon. l. fi. Vnde dici põt, ꝙ res nõ est integra, nec videtur reuocatũ mãdatũ, nã põt iam mortuus reuocare illud. & vide, ꝙ not. s̃ de iudi. deleg. §. restat. ver. item mortuo. & C. de
8 loca. §. nũc aliqua, ver. 150. ibi, quid si dominus. † Quid si facta pace de vulnere, obiit vulneratus, nunquid poterat accusari vulnerator de morte? de hoc s̃. de accusatore, ver. sed pone. Qualiter libellus ꝯcipitur in crimine læsæ maiestatis, dixi s̃. in ti. de hæret. In tribus vero sequentibus titulis non est multũ necessarius libellus

ADDITIONES.

a Bona fides. *Secundum Albe. Gal. cuius ad literam fuit iste uersiculus, de actio. uersi. penult.*

*ADDE, quod dictum Spec. sequitur Bal. consi. 81. lib. 5.*

b In fin. *Et periculum sibi imminet hæreditatis perdendæ, si necem patris nõ uindicat, C. de bis, quib. ut indig. l. 1. propter quod in eo accusante cessat pœna calumniæ, C. de calum. l. 3.*

c l. 1. *Hucusque fuit Albert. Gal. ubi supra uersicu. antepenult.*

d Infantiam. *Pro hac distinctione facit de iu. c. si annũ, §. i. li. 6.*

e Tractatur. *Sup qđ tutor & curator facere non põt, C. de pac. l. pactũ curatoris. Hoc scias, ꝙ Gui. de Suza. super lege illa tenuit, pacẽ tutoris ualere, ubi factũ non est liqdum, & facit, qđ in p̃ced. l. not: allegat fauorem pacis, de quo sup. & multa, q̃ potest tutor, qa defert iusiurandũ, iurat in litem & de calũnia, transigit cum fure, & esi loco dñi, hoc patet p ordinem ff. de iureiur. l. tutor. & de ĩ litem iurando, uideamus, §. si tñ. C. de iureiur. calum, l. 2. §. qđ obseruari, ff. de fur. si pignore. §. fi. de adminis. tut. qui tutelã. Ad fortificandam ergo pacem est consiliũ eius, ꝙ occisor neget, ita ꝙ pax non fiat cum occisore, sed cum illo, qui dicebatur occisor, p p̃dictam l. præses, & quod iudicis auctoritas ĩterueniat, quæ etiã sæpe alias inualidum facit ualere, arg. ff. qđ cum fal. tut. l. 1. §. idem, de aqua plu. arcen. l. quanquam, in fi. 1. respon. de insa. l. furti. §. qui iussu. &c.*

*ADDE, ut per Abb. consi. 66.*

Bald. de homicidio.

PERCVSSVS cũ hasta ferrata, non dicitr̃ percussus cum ferro, vt no. ff. e. l. 1. §. diuus. An vxor, quæ fecit occidi maritum, perdat dotem, ff. de adim. leg. l. pen §. Seia. An mortuus ex febre superueniente post vulnꝰ dicatur mortuus ex vulnere? dic, ꝙ aut cõstat, ꝙ st ex molestia vulneris, aut ex alia causa, aut dubitat, & tũc statur dicto medicorum. G. qui debẽt iurare de credulitate, non de veritate, ff. de uentre inspic. l. 1. in prin. C. de secũ. nup. l. hac edictali. Cy. Quod si in illo loco nõ est n. si vnicus medicus, illi soli credetr̃. si bonus homo sit, ff. de uer. ob. l. 1. ĩ fi. nam hoc est propter difficultatẽ p̃bationis, ff. de re mil. l. non omnes, §. a barbaris. Arg. contra. ff. de quæsti. l. maritus, quia agitur de magno p̃iudicio, & ideo non est stãdum dicto unius. Item mortuus intra triduũ præsumitur mortuus ex vulnere, l. 1. C. de emen. propinq. Bald. Si lapis est proiectus de cenaculo, & homo occisus, nec cõstat, quis fecerit, pena pecuniaria imponitur omnibus, & ratione incertitudinis cõmutatur personalis in pecuniariam, uer. pone, 4. & hoc, quando est incertus de certis, sed si essẽt incertus de ĩcertis, tũc nullus punitur. Adde, quod no. ff. qđ metus causa, l. si cum in hac, nã in rei restitutione ille tenetur. apud quem res inuenitur, ubi ibi no. in pena, si scali, & uide ff. de sicar. l. si in rixa. per Bart. Incertitudo alia est personæ agẽtis, alia patiẽtis, 2. q. 8. c. perscripta. §. libellorum, alia ipsius facti, ff. ad Sylla. l. 1. §. illud, alia loci, vel temporis substãtialis, vt l. libellorum, alia qualitas facti, ff. de pę. l. si pręses, alia qualitas damni, ff. de sicar. l. 1. §. si claua. de homici. c. significasti. alia necessitatis, puta ad defensionem, vbi tria attendũtur, tẽpus, modus & causa, C. unde ui. l. 1. ff. ad legem Aqui. l. si ex plagis, §. tabernariꝰ, cũ simil. Bal. An tutor pupilli, uel pupillus possit reddere pacẽ occisori patris, §. illud autem. G. dic, ꝙ solus tutor nõ potest, arg. ff. de inoffi. testam. l. Pomponius. Sed pupillus, si ei expedit, cũ auctoritate tutoris & cũ decreto iudicis potest. nil enim alienat hic, cum non tractetur de pecuniario cõmodo, G. Nota tñ, ꝙ in dubio ꝯcordia & pax p̃sumitr̃ expedire, C. de transac. l. si fideicom. An pax facta tibi recipienti p̃ Titio, possit haberi rata mortuo uulnerato, uer. sed pone. G. dicit, ꝙ sic, ut l. bonorum. Argumẽtum contra ff. de prec. l. est receptũ. Imo plus uidetur, ꝙ procurator uulnerati ad hoc factus, possit reddere pacem mortuo uulnerato fauore pacis, & propter ipsius actꝰ naturam, ff. ad Sylian. l. 2. ff. mand. l. si uero non remunerandi. §. fi. G.

a De adulterio & stupro. a Rub.

ADDITIO.

a *Bimẽbris est hæc rubrica, & de secunda parte nil tractat, quia practici sui nil tractauerunt, uel omisit, quia ex prima et secũda decre.*

*decr. huius tituli, quæ secundam partẽ recipiunt, facile formabis libellum in ecclesiastico foro, & erit alternatiuus, ex quo alternatiua est in obligatione, de quo sup. de conce. §. iam nunc. uers. sed nunquid talis. cum suis remiss. In foro uero ciuili tolle formã, no. eo. ti. c. 2. in gl. 1. & eo, quod ibi a Modi. & ad hãc partẽ faciũt Dominicales 26. & 28. de quib. mentionem facit, de iureiurando, mulieri super prin. 2. gl. De prima uero parte libellos habuit auctor a Ros. in 4 libello, in ordine libellorum iuris nostri. Vnde de libello ad separationẽ tori, dat remissionem post uer. sed nunquid. De qõne dominicali, an accusans uxorem de tali adulterio, teneat illi reddere debitũ, uide no. 33. d si cuius. Sunt contiguæ tres quæstiones dominicales s. 32. 33. & 34. post quam sequitur 63. Prima, de adulterante cũ medico, rogante marito, secunda, de uxore oppressa, quia non fugit, ut uir mandauerat, tertia, superueniente adulterio mariti, an possit adulteræ separatæ, quarta, de separata propter adulterium, & post apparet cõsanguinitas cõiugum. Primum uide de eo, qui cog. consa. uxor discretionem. Secundum de adulterio, c. pe. super fi. pe. gl. Tertiam de diuortijs, ex literis. super vltima gl. Quartam, inter uirum & uxorẽ plerunque. Qõnem Pilei 21. de lena, quæ se pro principali submisit, & de illo, qui putans cognoscere solutam, maritatam cognouit, uel econuerso, uide super regula, cum quis in ius. li. 6. De duobus specificatis pœna, promissa, quam vnus cum alterius uxore adulterium committendo incurrit, uide super regula, frustra, eo. lib.*

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter sit contra adulterum, seu stuprosum, concipiendus.*
2 *Vir qualiter debeat formare libellum contra uxorem adulterã.*
3 *Vir accusans uxorem de adulterio constante matrimonio, ad pœnam tenetur inscribere.*
4 *Fornicatio separat uirum ab uxore.*
5 *Vxor an possit uirum de adulterio accusare.*
6 *Libellus qualiter sit pro tori separatione concipiendus.*
7 *Laicus an, & qualiter possit contra clericum, suam, uel suorum iniuriam prosequi.*
8 *Ancilla alteri uendita, seu tradita cum pacto, ut non prostituatˀ, si contra fiat, efficitur libera.*
9 *Ancillę, seu filiæ, quib. a dominis necessitas imponitur peccãdi, dẽt constit. imperatorũ Theodosij & Valentiniani subueniri.*

CONCIPE sic libellum:
1 LIB. † Coram, &c. propono contra P. ꝙ ipse hoc anno, mense tali, regnante domino Ludouico Dei gratia rege Franciæ, vel temporibus talis. Papæ commisit adulteriũ cũ Berta vxore Titii in tali ciuitate, in domo tali & in tali camera ipsius domus, super quo eum coram vobis accuso, quare peto eum secundum legem Iuliam de adul. pœ. capitali puniri, & ego Lucius, &c. vt supr. de accu. §. 1. ver. vl. 2. q. 8. c. præscripta, §. libellorum. C. ad legẽ iuliã
a de adul. quamuis, & pone a hic, vt patet supra de accu-
2 satore, ver. item contra agentem. † Eodem modo concipiet ipse Titius, secundum antiqua iura, contra uxorem, verbis competenter mutatis, ext. eod. maritus, C. eo. iure mariti, & l. castitati. Hodie tamen sic cõcludet secundum leges, quare peto eam verberatã & tonsam in monasterio ad perpetuam pœnitentiam peragendã detrudi, C. e. in Aut. sed hodie, 22. q. 1. de benedicto, vel omitte verba illa, uerberatã & tonsam, sm Canones, ut ext. de cõue. cõiu. gaudemus. Secundũ vero legem Mosaicã, cõuicta de adulterio lapidabatur, 33. q. 5. hęc imago. de pæ. dist. 6. c. 1. uer. cognoscat igitur, 33. q. 7. q fine, & c. postulatus. Nec hoc casu uir inscribere tenetur, secundũ quosdam, ut in prędictis iuribus, & ff. eo. is, cuius, & §. fi. & l. mariti, §. fina. † Ego autem dico, ꝙ
3 si constante matrimonio vir accuset uxorẽ de adulterio, ad pœnam tenetur inscribere, vt in Auth. vt liceat, matri & auiæ, §. quia vero plurimas, Coll. 8. uer. si adul
b ter. Sed qui contrariũ tenent b, intelligunt. ꝙ in accusaret iure extranei. Vbi autem agitur ad tori separationem, non est inscriptio necessaria, extra de proc. ir. tuæ, de hoc supra de accu. uersiculo, item ꝙ nõ recte.
4 † Sed opponitur, qualiter uir se obligabitur ad talionem? nam si ipse punitur pœna talionis, ponetur in monasterium, & sic consequitur, quod uolebat. Item secundum hoc erit alia causa, quæ n fornicationis, quę separat uirum ab vxore, & cogitur fieri monachus, qui nunquã voluit, quod esse non debet, vt 32. q. 1. integritas. 20. q. sicut. Præterea hoc solum debet uiro esse pœna, vt cogatur ei perpetuo adhærere, qua perpetuo voluit carere. 33. quæst. 5. hæc imago. Item vir & uxor nõ censentur pari iure, quantum ad pœnam adulterii, ut
c 32. quæstio. 1. præceptum c. Sed ad hoc dico, quod si deficit in probatione, debent detrudi in monasteriũ, eo modo, quo mulier intraret probato crimine contra eã: sed ipsa non intraret, nisi viro placet, quia etiã in uitã potest uir retinere, ut C. de adul. Aut. sed hodie. Ergo & si uir sit de calumnia conuictus, cogitur intrare, sed ipsa eum poterit, si voluerit, retinere, C. de adul. iure mariti. Nec est etiam inconueniens, qd aliquis fiat inuitus monachus; tum q se ad hoc obligauit, tũ etiam propter eius de ictum, 16. distin. de lapsis. l. distin. si il-
5 le. ex. de electio. cũ dilectus. in fin. † Sed nunquid econuerso uxor potest uirum de adulterio accusare? Videt, ꝙ non, quia ipse potest tantum ciuiliter agere cõtra uirũ, in pręalle. l. publico. Sed & si accedit ad meretrices, potest ab eo recedere, vt C. de rep. cõsensu. Sed dic contra, ext. de diuor. gaudemus. §. 1. & 22. q. 1. si quis uxorẽ. & ipsa etiam inscribet, & punietur pęna talionis, ut in Authen. Col. 8. vt liceat matri, & auiæ. §. causas. & not
d præd. l. publico d. † Qualiter dotẽ libellus concipietur,
6 cum agitur de tori separatione, not. sup. de diuor. uer.
7 ad tempus. † Si autẽ laicus e prosequitur suam, uel suo
e rum iniuriam contra clericum, (quod potest, ut extra de testa. de cętero. & 4. q. 6. omnibus. alter uero non potest eum accusare, vt 2. q. 7. ipsi apostoli. & c. 1. & 2. per totum.) tunc sic concipitur libellus:

LIB. Coram, &c. propono contra P. sacerdotem, ꝙ si ipse, &c. ut supra. usq; quare peto. iũge, dictũ P. sacerdotem ordine sacerdotali priuari & deponi, extra eo. significasti. Sed q̃ritur, q̃uo. inscribet se ide, qui forte laicus est, uel minoris ordinis cũ nõ possit ita puniri, ut sacerdos? Rñ. sic, Ego L. pfiteor me hũc libellũ tali anno, mense, & die dedisse, & si hanc accusationem calumniose instituo. pmitto pęnã uero uestro arbitrio mihi imponẽdã sustinere, & ad hoc me obligo, 5. q. 6. qa iuxta. Vel dic, ꝙ tunc se non obligat ad talionẽ. de hoc su-
8 pra in ti. de accusatore, uer. item quod nõ est: † Porro si
f si tibi ancillã uendo. uel ẽt alio modo trado, eo pacto, ne eam prostituas, si hoc fecerisipso facto sit liber, per constitutionem diui Adriani, C. si mã ita ue. ne prosti
g l. 1 g Sic ergo libellus concipiatur:

LIB. Corã, &c. conqueror de P. cui cũ dñs meus me ancillam suam uendidisset, ne prostitueret, ipse P. me tamen prostituit, unde peto me per uos liberam pronunciari.

ADDITIONES.

a Et pone. *id est, positionem facias.*
b Tenent. *Vt Ros. ubi sup. & gl. ibi recitat hoc, sed tenet contrariũ, ubi sa. illud esse correctũ, & idẽ in l. si q adulterii. C. de adul.*
c Præceptum. *Vbi hoc no.*
d Publico. *Vide, quo l. 1 2. q. 2. si qua cum. seruo.*
e Sciantem laicus. *Reuertit ad uerba Ros. ubi sup. usq; ibi, uel dic.*
f Porro. *Reassumit uerba Ros. iuris ciuilis, ubi constitutione diui Adriani, & demum uerba eius, ti. 7. uel 8. post illum assumit in uer. se.*
g L. 1. *Et Canonista, si uis plus de materia intelligere, uide. quę ibi notant in ult. gl. ultra q̃ scire debes, ꝙ qñque uenditor sibi reseruat manũ, s. resumendi ancillam, si prostituatur, si prostitutioni cõsentit, perdit ius illud, & pcederet libellus, q sequitur. Vbi autem*

i Conci. *Scdm Ros.ubi de hac ciuili,& est uersi.ad fin. ciuilium.*

K Lex Corne. *& ibi §.1.exponitur Verberare,cum dolore cædere,pulsare,sine dolore.*

l Iniuria. *Talis,s.ciuilis descẽdẽs ex lege Corn.et hoc no. Accu.in l.iniuriarũ ęstimatio.ff.e.et scripsi post Gof.eo.tit.c.1.super glo.*

m Verior. *Intellecta,ut sup.uersi.in hac,ibi uerumtamen.*

n Sumisisti. *Forte ante oculos in signũ doloris,sicut dicit de veste lugubri,& fiebat iniuriam,& hæc duo ponit,& ponit l.vestem, infra allega.uersi.sed nunquid.*

Præmissa probantur ff.eo.item apud Laborem, §. ait
prætor.& l.lex Cornelia.§.penul.& fin.& l.quod sena-
tus,& l.vestem.Reus vero sic.
POS.rei.Pono,quod tñ manum leuaui. Itẽ quod
domũ conduxeras, vt ibi per momentum stares. Item
quod intraui de voluntate tua.Itẽ quod sum tuus car-
nalis frater.Itẽ quod scripsi, vel cãtaui verũ. Itẽ quod
barbam,et capillos,& vestem sicut prius portabam, li
cet modo non portẽ.ad tempus.nullatę iniurię me re
fero,ff.eo.iniuriarum.Alias ẽt fac, vt in prętoria dixi
Quæ uero scripto irrogatur,punitur per ꝯstit.C. de fam.
12 libel.l.unica,& 5.q.1.per totum.† Sed nunquid nocet
a filio,si pater remittit iniuriam ipsi filio factã? a Respõ.
sic,quantũ ad actionem iniuriarum prętoriam. Idem
etiam est,secũdũ Azon.& H. quãtum ad illã,quæ de-
cendit ex lege Cornelia.Alii tñ contra, vt no. ff.de in-
iur.sed si unius.§.filio.In publicis autem criminib.nõ
uñ, quod ei noceat, quia in illis filius inuito patre põt
b Interesse,ff.de adul.l.inter liberos,§.fin.&l.filiũ.b † VI
13 timo nota,ꝙ nisi passus iniuriam statim ad animũ re-
uocet,dissimulatione iniuria abolefur,nec postea, re-
missam iniuriã ex pœnitentia recolere ualebit, ut In-
14 stit,eo tit.§.fi.& ff.eo.non solum,§.1.† Potest autem
qs intra annum agere actione iniuriarum, & non post,
15 C.eo.si non conuicii,† Itẽ ex una iniuria quatuor pso
nę agere possant,& quãtuncunq; unus egerit,alter ab
agendo non remouetur, puta de iniuria mulieri illata
c põt ipsa agere,& uir eius,c & pater eius,& socer eius,
16 Instit.e.§.patitur.ff.eo.l.fi.† Itẽ de omni iniuria agi po
test,& ciuiliter & criminaliter, & tollitur ciuile iudi-
cium per criminale,& econuerso,ff.de iniur. quod se-
natus.& l.prętor,§.1.& hoc ideo,quia utraque propo-
17 nitur ad uindictam,supra uersicu.sed quæritur.† Si ta
men de atroci iniuria actum est iniuriarum,nihilomi
nus agi potest Aquilia ad damnum, & econuerso, ff.
eo.item apud.§.si quis seruo uerberato. Et talis est ęsti
matio iniurię siue cõtumelię,& alia damni, ff.ad legẽ
Aquil.sed & si quidem,§.iniuriam.

ADDITIONES.

a Factam. *De hoc not infra de sen.excom.cum illorum.§.si vero.*
*ADDITIO.Vide Bart.ĩ l. Lucius,ff.sol.mat.ubi dicit.ꝙ si pa*
*ter est vilis persona,non põt remittere ĩiuriã filio,& idem Ba.*
*in l.sed si vnius,§.filios familias ff.de iniur.Et an iniuria remis*
*sa in foro conscientię operetur in foro cõtentios,uide omnino Fel*
*in c.inter quatuor.fi.ext.de maior.& obed. Et quid si pars re-*
*mittat ĩiuriam faciendo concordiam, vel pacem,an. iudex pos-*
*sit & debeat desistere ab inquisitione & punitione,uide Bal. in l.*
*si quis in hoc,uersi.item ista.C.de episc.& cler.Et adde quod re*
*mittens iniuriam non uñ remittere ius consequendi damnũ,qđ*
*ex iniuria passus est,ut decidit Dy.quem refert,& sequitur Bal.*
*in l.si pro iure,in prin.ff.de cond.fur.& ponit Alexa. consi.21.*
*incip.requisitus.in 5.uol.Hen.Ferran.*
b Et l.filium. *Ad literã fuit Albe.Gal.de ac.uer.pone, ꝙ pater.*
c Eius. *Hoc non cõuertitur,ꝙ uxor agat pro iniuria uiri,defendẽ-*
*dę enim sunt uxores per uiros,non econuerso,ff.eo.l.2.*

*SVMMARIVM.*

1 *Damnum datum diuersimode consideratur.*
2 *Damnum seruo datum an debeat domino solui.*
3 *Homine libero occiso an possit agi actione legis Aquiliæ.*
*Liberum corpus æstimationem non recipit.*
4 *Damnum homini libero factum qualiter sit æstimandũ,et nu.5.*
6 *Operæ hominis occisi usque ad quod tempus sint æstimandę.*
7 *Pace facta de uulnere,aut pecunia pro ipso accepta, an possit postea agi pro expensis.*
8 *Damnum dans a corpore in corpus,ad quid teneatur.*
9 *Damnum dans a corpore in non corpus,ad quid teneatur.*
10 *Damnum dare a non copore in non corpus,quid sit,& illud faciens ad quid teneatur.*
11 *Agens pro damno,dato à corpore in corpus,uel a corpore in nõ corpus,uel a non corpore in corpus, qualiter ponere debeat.*
12 *Quadrupede alicuius alteri damnum dante,qualiter sit agendũ*
13 *Quadrupede alterum quadrupedem aggrediente,dubitatur de aggressione,& ambo moriantur,quis teneatur.*
14 *Occassionem damni dans damnum dedisse uidetur.& nu 15.*
16 *Incendium occasione commissi ab alio maleficii factum,cui sit imputandum.*
17 *Animal alicuius si damnum faciat alicui,qualiter sit agendũ.*
18 *Agens occasione dãni per aĩal dati,qualiter formabit petitionẽ.*
19 *Animalibus immissis in prædium alterius,& dãnum facientibus sit qualiter sit agendum.*
20 *Animalibus si absque immissione fructum alicuius depascentibus,cui sit imputandum.*
21 *Damnum datum in frumento, dum est adhuc herba,qualiter sit æstimandum.*
22 *Dominus animalium noxam facientium an liberetur illa dãdo.*
23 *Animal damnificans an possit a damnum passo detineri.*
24 *Cane,vrso,vel leone damnũ faciẽtib.qualiter formabit libellus*
25 *Actio in factum ex delicto de his,qui deiec.vel effud.cui,& quo casu competere dicatur.*
26 *Interfecto aliquo ex preiectione alicuius rei extra domum,qualiter sit formandus libellus.*
27 *Pluribus in eodẽ cœnaculo habitantibus, si uno effundẽte,uel deiicente damnum sequatur,qualiter erit agendum.*
28 *Actio ciuilis arborũ fur.cęsar.cui & quo casu competere dicatũ*
29 *Interdictum de arborib.cadendis,cui,& quo casu competat.*
30 *Interdictum de glande legenda,quo casu,& cui cõpetere dicatũ.*
31 *Seruo alteri damnum dante conueniendus est dominus, & ad reddendum cogendus,sed postea poterit etiam a seruo satisfactionem repetere.*
32 *Dominus an teneatur ex delicto famuli sui.*
33 *Clausula ista generalis, scilicet Et alijs reb. in libello apposita, multum operatur.*

2. §. Sequitur videre ad secunda parte rubri
cæ,scilicet de damno dato.In
a qua scias a,† quòd quandoq; datur damnum a corpo-
1 re meo in corpus rei tuæ, Inst.ad l. Aquil.§.tertium,&
tunc competit actio legis Aquiliæ directa, quæ ciuilis
est,per quam totum tuum interesse rei tuæ conseque
b ris: in qua sic libellus concipitur b:
LIB.Coram,&c.conqueror de P. qui seruũ meum
occidit,vel vulnerauit, vel suo corpore in re mea tali
damnũ dedit,quod æstimo 20.vnde peto mihi illa 20.
solui,& ad hoc propono actionem directã legis Aqui
2 liæ.† Si autem seruus ille melior fuerit retro intra an-
num,vel res illa intra 30.dies,sic concipitur libellus:
LIB.Coram,&c.conqueror de P.qui T. seruũ meũ
occidit,qui retro intra annũ ualuit quinquaginta: vn-
de peto illa quinquaginta,& ad hoc propono actionẽ
directam legis Aquiliæ. Pro reo uero sic.
LIB.Coram,&c.cõqueror de P.qui corpore suo in
re mea tali,puta domo,uinea,vel boue, tale damnum
dedit,q̃ res retro intra 30. dies valuit 40. unde peto illa
40.& ad hoc,&c.& semper adijcias,& si negauerit,pe
to illum in duplum mihi condemnari,ff.ad l.Aqu.l.2.
& l.si seruus,§.huius,& l.Neratius, §.hęc act. Inst.eo.
§.fi.hoc aũt pone infra in proxima actione.† Sed nun-
c quid pro libero c homine occiso agi potest lege Aqui
lia? Respond.sic:& licet liberum corpus non recipiat
æsti-

ADDITIONES.

a Scias. *De hac dist.no.Inst.ad leg.Aquil.in fin. & sunt quatuor eius membra,de quibus sequitur.*
b Conc. *Secundum Roff.qui istos tres libellos sic simul ponit,ubi de directa l.Aquil.in 3.col.quia tractatus longus est, recurre ad rub.7.ad fi.ciuilium,cui continuatur actio de pauperie, de qua infra uer.porro,& est 6.ad fi.*
c Sed nunquid pro libero. *Saltum facit in uers.Rof.qua videas in medio tit.uers.item quærit dominus.*

æstimationem, vt ff. si quad. pau. fec. dic. l. pen agetur ad mercedes medicorum, & alias expensas in curatione factas: veniet etiam æstimatio operarum, quibus pater occisi caruit, & cariturus est: non autem æstimatio li-
a bertatis, vel cicatricum, vel membrorũ eius. vt ff. eo. l. ex hac. & ff. de his, qui deiec. vel effu. l. fi. B. tñ dixit lege Aquilia agi non posse, ff. ad leg. Aquil. l. huic scripturæ.
b §. fin. b † Quid si statim obiit, nec aliquæ impensæ sunt
4 in medicis factæ? Respon. tunc æstimabũtur operæ, q- bus pater cariturus est: vel si pater occisus est, æstimabit hęres operas illas, quas amisit, & habere potuit tempore vitæ suæ: puta quia erat cerdo, vel pellipàrius, vel
5 mercator, vel aduocatus. † Quid si nullam artẽ sciuit?
c Dicc, æstimari interesse, vt arg. ff. de lib. causa, l. fi. & arg.
6 ff. de vsufru. l. arboribus. §. de illo. † Sed vsque ad quod tempus æstimabuntur operæ, quibus qs cariturus est? Respon. vsque ad tempus, quo uerisimile est illum occisum uiuere potuisse, iuxta æstimationem l. ff. ad leg. Falcidiam. hæreditatum computationi. ff. de trasact.
7 cum hi. † Quid iuris sit, si facta pace, uel lata sñia super uulnere, obijt uulneatus. & an accepta pecunia de uulnere postmodũ agi poterit ad expẽsas? de hoc sup. de ac
8 cusatore, uer sed pone. & seq. † Quandoque uero dat
d d damnum à non corpore in corpus: ut si panno rub. offugas armenta, uel iumenta mea, ut fugiant, & sic præcipitata sunt, teneris. n. mihi utili actione legis Aquiliç. ff. ad l. Aquil. qui occidit. §. in hac quoque. Teneris etiã actione in factum, ff. de furt. in furti actione. §. fi. Vel si inclusisti pecora, & ex hoc mortua sunt fame, Inst. eodem. §. certum. In hac ergo sic concipiet libellus:

LIB. Coram, & c. conqueror de P. qui panno rubeo fugauit armentum meum, uel pecora mea inclusit, & sic fame mortua sunt: quæ quidem ĩ est annus, ꝙ ualuerunt centum: unde ago contra eum, quod illa centum mihi præstet, & ad hoc propono utilẽ actionẽ in factum legis Aquil. hæc forma protut Instit. eod. tit. cæ-
9 terum. † Qñdoque à corpore in non corpus. & habet locũ in factum subsidiaria leg. Aquiliæ prætoria est, ff. de præscip. uerb. q uia actionum. Inst. ad leg. Aqui. §. fi. ut si aureum annulum de manib. tuis excussi, & cecidit in flumen: & sic ei damnum datum est à corpore, qa à manibus in non corpus: quia annulus existẽs in aqua non minus ualet: sic ergo concipitur libellus.

LIB Coram, & c. cõqueror de P. qui annulum meũ, uel pecuniã excussit de manib. meis, & cecidit in flumen, uel in mare quem annulum ęstimo centũ solidis: unde ago contra ipsum, & peto ab eo, ut illos cẽtũ solidos mihi det, & ad hoc propono actionem in factũ subsidiariam legis Aquiliæ, ff. de præscri. uerb. qa actio-
10 num. † Qñdoque uero à non corpore in nõ corpus: & tũc hęc eadem actio locum habet, ut si misericordię causã seruum tuũ compeditum solui, & post ille fugit Instit. eod. §. fi. Sic ergo concipitur libellus,

LIB. Coram, & c. cõqueror de P. qui T. seruum meũ, quem in compedibus posuerã, soluit, & sic seruus ille aufugit, qui quod ualuit 40. iam sunt 30. dies, unde illa 40. peto, & ad hoc propono, & c sup. in præ. l. quia actionum. Actor sic ponet:

11 POS. act. † Pono, quod seruum illũ, uel annulũ, uel animalia emi bona fide, uel habeo ĩ eo uel in eius usũfructũ, uel usum, uel sum dominus illius serui, uel habeo pignori, & debitor meus à me liberatꝰ est in actione temporali, uel non est soluendo, ff. eo. item Mela §. l. Aquil. & §. fi. Item quod inclusisti illa animalia, & sic fame mortua sũt, uel seruus ille mortuus est. Itẽ quod dolum cõmisisti, uel latã culpam, uel leuem, uel leuissimam, ff. eo. ita d. l. Item quod seruus ille ualuit tantum, iam est annus, uel animalia ualuerunt retro iam est annus. ff. ad leg. Aquil. l. 2. inst. eo. §. 1. Item quod tu es sanæ mentis, & maior 14. annis. ff. de rei uen infans. 2. q. 9. indicas. 15. q. 1. illud. ext. de delic. pu. c. 1. & 2. Itẽ quod seruus ille, vel illa aĩalia a te vulnerata intra annũ intra 30. dies tãti fuerunt, ff. eo. si seruus seruũ §. huius legis, Inst. e. §. caput. Itẽ ꝙ fuisti cõfessus in iure te occ. disse seruũ, vel animalia, ff. de inde Neratius. §. fi. & l. seq. Itẽ ꝙ animalia, vel seruus occisa fuerunt. Reus vero sic.

POS. rei Pono, ꝙ seruus ille, vel animalia illa sunt Titii, vel fuerunt, hoc concesso, restat, ꝙ non actoris, ff. de acqui. pos. possedi. §. ex plurimis, ff. commo. si vt certo, §. si duobus, extra de probat. licet. & C de procur. maritus. Item quod tu sciebas illa animalia, vel illum seruũ, quem possid bas, ad alterum pertinere, hoc concesso, non potest actor dicere, ego bona fide possideo, & vt bonæ fidei poss. sins volo agere, ff. de ser. cor. l. 1. ff. de re. lig. & sumpti fu. l. 2. §. in locum. Item dico, quod hæc animalia, vel seruus ad T. pleno iure pertinet. hoc cõcesso non põt habere actionẽ legis Aq'iæ, tãq usufrarius vel vsufructuarius. Itẽ ꝙ debitor tuus, cuius est seruus, quem dicis me vulnerasse est soluẽdo, nec adhuc periplit actioni tuç Itẽ ꝙ trãsiibas per iaculatorium, vbi ludebã, qñ te percussi, ff. eo. item si obstetrix in fi. Itẽ quod sum furiosus, vel minor 14. annis. Item quod stabas in uia publica, & faciebas tibi tondere capillos tuos, quando ego te vulneraui, ff. eo. item Mela. in prin. Itẽ quod seruus quẽ cõfessus sum me occidisse, uel vulnerasse, viuit, vel sanus est, & quod fuit sine aliqua læsione, iam est annus, ff. eo. vnde Neratius. §. fi. & duabus legib. seq. Itẽ quod ille seruus non valuit vltra decẽ, iã est annus,
12 sed hæc est negatiua. † Porro quadrupede T. tibi dãnũ dante, habes contra T. actionem in factũ de pauperie,
e quæ ciuilis est[e], per quam emendabit damnum, uel animal pro noxa dabit, ff. si quad. pau. fec. dic. l. 1. Inst. eo. t. t. in qua sic concipitur libellus.

LIB. Coram, & c. conqueror de P. cuius quadrupes, forte equus, vel asinus motus naturali feritate mihi tale damnũ dedit in rebus meis: qꝰ dãnũ est mo 20. & ad hoc propono actionem in factũ de pauperie. Vel sic.

LIB. Coram, & c. ago cõtra P. vt mihi soluat æstimationem damni, quam facio, vel ęstimo 20. quod damnum equus suus intulit rebus meis naturali feritate[e], puta fregit vasa mea, vel vegetẽ calce fregit. & vinum
f est effusum, & ad hoc propono actionem, & c.[f] † Quid
13 si dubiũ sit, ꝙ quadrupes alteram sit aggressa, & vtra-
g que g mortua est, dic neutrum domini alteri teneri, ad l. Aquil. l. lege Aquilia, §. cum instrumẽta, & 23. q. ult. c. fin. Si autem fregerit eius calce, vel oculũ effoderit, vel

## ADDITIONES.

a ff. eo. *Prox. all. si quadrup. pau. fec. dic.*

b §. fi. *Inducebat etiam l. hi. n. cum l. se. ff. de edi. edic. Quo autem ad illas leges respondet Azo, uide per Rom. ubi sup. vel si vis per ipsum Azonem in Summa leg. Aquil. 2 col. uer. sed si liber homo. Hoc dico, quia utrobiq. melius, quam ponat gl. in l. qua actione §. si quis in colluctatione. ff. tamen dicit, quod sententia Bat. magis videtur legib. conuenire. Et ego addo, quod Italicus approbat, illam, licet Lex Lombarda in plagys & homicidio liberi hominis compositionem recipiat, ut ibi patet l 1. rub. 6. & 8. Si tamen diceretur, quod illa esset pœna, non æstimatio sicut no. ext. e. o. ti. c. 1. in fi. a gl. esset legis illius al qualis defensio.*

c Dic. *Rof. dicit, quod nullę gl. ibi al untur, allegat easdem leges, ne scio, quare auctor mutauit eius uerba.*

d Quandoque datur. *Hic assumit uerba Roffr. ad literam de actio. in factum subsid. uel vti. leg. Aquiliæ, & est vltima inter prętorias, & durant usque ad uer. porro.*

e Ciuilis est. *Et est 6. per Rof. ad fin. ciuilium, ut dixi in prin. §. & sex, quæ in ea requiruntur, positiones ostendent.*

f Actionem & c. *Per formas libellorum uides, quod solum dãnũ & eius emenda est in obligatione, ut ac. ff. eo l. 1. in prin. & de hoc in fr. uersi. quid tamen.*

g Et utraq; *Idem, si altera tantum, licet quidam contra præsumentes*

*tes superstitem, ut fortiorem aggressum fuisse, ut scripsi eo.ti.c. 3. super 2. gl.*

vel fecerit aliquã plagã tibi, tunc sic ꝯcipitur libellus:

LIB. Coram, &c. conqueror de P. cuius equus calce me percussit, & mihi crus fregit, vel brachium, vel mihi oculum effodit, vel aurem dẽtibus præcidit, vel me vulnerauit, & pp plagã me oportuit decem dare medicis, & alia decem expẽdi in curatione: vnde peto ab eo 20. & tot pro operis, quibus carui & cariturus sum: &

14 ad hoc, &c.† Quid si tuũ animal incitauit meum, ita ꝙ meum dedit alteri tertio damnũ? Resp. dñs tertii animalis aget contra te, cuius animal meum incitauit, secundum Odof quia qui occasionem damni dat, &c. ex de iniur. c. fi. ff. ad l. Aquil. qui occidit, §. in hac, & facit ff. si quadrup. pau. fec. dic. l. 1. §. sed & si in stangni. & ff. ad

15 leg. Aquil. si seruus. § 1 † Quid si pp fęces, quas proieci sti in viam ante domum meam, condemnatus sum in decem secundum statutum loci? Dic, ꝙ agere possum contra te ad illa decẽ, quia qui occasionem damni, &c. vt supra, & arg. in præ. l. si seruus. §. si nauem, & e. ti. quẽ admodum, §. si finem, & l. si seruũ, ff. de his, qui deiec. vel effu. l. si vero. §. cũ autem, §. pe. & hoc, quando res nõ est mihi communis, alias ageretur cõmuni diuidũ

16 do, vt ff. comm. di. si is, qui. †Sed pone: inimicus tuus, cuius forte occidisti patrem, incendit domũ tuã meæ vicinam, ex quo mea combusta est, quæritur, vtrũ possim agere contra te lege Aquilia? Et videtur, ꝙ sic, cum incẽdium culpa tua factum sit, qui guerram habes propter homicidium, quod commisisti, vt extra de iniur. c. fi. ad idẽ ff. sol. ma. in his respon. 1. & ff. loca. l. merces. §. culpe. Item videris causam damni dedisse, vt d. a. Vnde videtur ꝙ teneris actione in factum, vt in præalleg. §. an hac. & eo. ti. qua actione, §. Celsus. Vber. dicit, ꝙ in nullo teneris. Nec obstat, quod qui occasionem damni dat, &c. quia illud verum est, nisi aliud medium interueniat, sicut hic interuenit, vt ff. loca. qui domũ. Also sit enim, vt ea, quæ preter voluntatem nostram accidũt, &c. 23. q. 5. de occidendis, & facit extra de homic. de cætero. Alii contra, arg. in primis concor. & ff. communi diui. l. si is, qui cões ędes. C. ad leg. Iul. de vi pub. quoniã,

a ff. de do. cum quis dicitur[a]. † Si autem in aliis damnum

17 dedit, sic concipietur libellus:

LIB. Coram, &c. cõqueror de P. cuius canis carnes meas comedit, vel equus, uel bos herbã, uel porcus farinã, uel muriilegus lardum, uel mustela erodit pannos, quæ æstimo decem, vñ ergo ꝯ illum, vt soluat mihi illa decẽ, & ad hoc ꝓpono utilẽ actionẽ in factũ de pauperie, ff. ad le. Aquil. l. qui occidit, §. si qs alienũ. & l. si seruus seruũ. §. Iulianus. & ff. de præscri. uerb. qui seruandarũ §. fi. C. ad legem Aquil. l. fi. Quidã tamen hic & in actione noxali, petunt sub alternatione, i. peto ut uel emendet damnum, uel seruum, uel animal det noxæ, Inst. de off.

b §in. in prin.[b] Sed prima melior. Ideo autem dixi utilem actionem, quia prędicta animalia non de sua feritate, uel cont. naturam suam prædicta fecerũt, quo casu locum habeat directa, imo sẽcũdũ naturam sui & absq; feritate, de natura enim canis est comedere carnes, equi, uel bouis, uel ouis comedere herbas, & sic de aliis,

18 ut in præc. concor. † Actor ergo sic ponet.

POS. act. Pono, ꝙ talis quadrupes est tua. si enim es

c set gallina[c], locum haberet vtilis, ff. eo. l. 1. §. & 2. & l. penult. Item ꝙ dedit mihi tale damnum, extra de iniu. c. fi. Item quod hoc fecit sua feritate, ff. eo. l. 1. §. generaliter, & §. itaque. Itẽ ꝙ fecit hoc proprio motu. ff. eo. l. 1. §. 1. ff. ad leg. Aquil. item Mela. §. item cum eos. Item ꝙ mea quadrupes tuã non impetebat ff. eo. l. 1. §. cum arietes. Itẽ quod tua quadrupes uiuit, ff. eo. l. 1. §. & cum in quadrupedibus. & §. si post. ff. de noxa. si pluriũ, §. sed si post. Reus uero sic.

POS. rei. Pono, quod illa quadrupes est tua. Item qd dedit damnum propter loci angustiã, ff. eo. l. 1. §. sed & si instigatu. & §. generaliter. Itẽ ꝙ instigatu Sẽpronii,

19 vt ibi. Item ꝙ illa est mortua.† Porro[d] si oues, vel alia

d animalia quis immittit in prædium tuum, & depascuntur frumentum tuum, uel hordeum, uel glãdem, uel alios fructus, licet & tunc habeat locum offi. iudicis, in quo concipitur libellus ut sup. de cau. pos. & propri. §. priuata aer. sed & si me. datur tibi cõtra eum actio de pastu pecoris, ff. de præscrip. ver. l. qui seruandam. §. fi-

e na[e]. Quandoque tamen habet locum actio ad exhibẽdum, ff. ad exhi. Iulianus. §. glans. & nomine glandis intellige omnẽ fructum, ff. de glan. legen. l. vnica, in qua sic concipitur libellus:

LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui immisit pecora sua in fundum meum, & glandes meas, vel frumentum, vel hordeum depasta sunt, vel pauerũt, vel comederunt: vnde damnum illud, quod æstimo decem, mihi resarciri peto, & ad hoc propono actionem de pastu pecorum, vt in præ. l. Actor ergo sic ponet:

POS. act. Pono, ꝙ mihi immisisti pecora tua in prædium meum. Itẽ ꝙ commederunt glandes meas, vt in prę. l. Reus vero sic:

POS. rei. Pono, ꝙ illa fuerunt tua pecora. Itẽ ꝙ pecora mea per se intrauerunt. Item quod glãdes salux sũt.

20 † Quid, si sine immissione mea oues meę depascunt

f glandes[f] tuam? Azo tunc dicit, locum habere vtilem actionẽ de pauperie. directa. n. locum non habet, q. dãnum nõ est datum cõtra naturã, & sic uerba deficiunt, sed sũ tamen locum habet unde utilis locum habet, ff. si quadrupes pau. fec. dic. l. pe. Actio autem de pastu pecoris tunc locum non habet, quia ad hoc, ut illa competat, oportet, ꝙ oues intromittant, ut dixi, nec actio legis

## ADDITIONES.

a Cum quis dicitur. *Huic similis est q. 22. Roffr. qui ponit statutũ fore in ciuitate Pistorien. cõtra is, cuius occasione quis sentit dãnum, teneatur ad emendam A. Pistorien. debebat B. Floentino centum; qui recusabat soluere, propter quod ille B. quendam D. Pistorien. transeuntem per Florentinum districtum spoliauit; quæritur, an virtute statuti D spoliatus possit agere contra A. & qua actione. Et scias, ꝙ in nulla parte quæstionis Roffred. dicebat represalias datas contra, Pistorien illi Florentino; & sic illa quæstio non contingit illas de quibus super rubrica; & quia in volumine habetur, ad solutionem uenio, quæ tenet illum A. debitorẽ illi D spoliato non teneri de iure. Ratio; quia spoliatus habet contra spoliatorem repetitionem cum augmento quadrupli, in Aut. ut pig. non fiant. Col. 5. Vnde cũ repetere possit ab illo contra A. debitorem, non aget de iure, facit ff. de eo. per quem fac. l. ult. Illud enim nõ fuit negotium A. nec re, nec gestu, nec ratihabitione. Si autẽ ponderetur statutum, tunc dicit dubium pendere ex uerbo Occasione, quomodo intelligatur, an de occasione remota, ut in hoc casu; & maxime qñ propter hoc, quod alias acciderat, statutum fuerat factum. Certum. n. est, ꝙ aget contra illũ condictione ex lege, uel consuetudine, quę per legẽ seruatur, licet sit cõtra ius. Si uero illud occasione, intelligatur de causa proxima, sicut de turba; ponit lex exemplũ ff. de ui bo. rap. l. prætor ait. §. de tũc dicit A. nõ teneri in dubio, si per statuentes declaratio haberi non potest. facit ff de pratorijs stipul. l. in præturys intelligit de occasione remota; quia talia olim & hodie fieri consueuerunt. Condemnabitur ergo ille. A. ita tamen, quod illi D. cedat illam actionẽ, quam habet contra illum B. uiolentũ, s. condictionem ex lege prętoria, ut pign. non fiant.*

b In prin. *Ibi soluitur.*

c Gallina. *Hoc ponit procunque bipede.*

c Porro *Subintrat aliam ciuilẽ de pastu pecoris, in qua duo sunt necessaria, quæ ex libello & positionibus patent.*

d §. fi. *Et dicit Roff. quod hic solum habetur hoc nomen actionis; nomine Pecoris, omne animal intelligitur, ff. de adil. edic. l. adiles autem. §. iumentorum. uide sup. de rescrip. præsen. §. 1. igitur. super uer. & quoniam.*

e Dicit. *Vt ponit Roff. ubi supra post princ.*

gis Aquiliæ, quæ tunc locum habet, cum damnum fit per iniuriã, vt Insti. ad l. Aquil. circa prin. At animalia non possunt damnum de iniuria dare, cum sensu careant, vt ff. si quadru. pau fec. dic. l. 1. §. q. u. illud.
21 † Sed quomodo æstimabit damnum datum in frumēto, dũ est in herbis. Resp. vel expectabitur tempus messium vt sciatur, quantum ex tanto, & simili frumento habebit. vel considerabitur, quantus fructus in anno præterito ex tanto, & simili habitus est, arg. ff. ad l. Aquil. in lege Aquilia si deletum, ff. de tabu. exhi. locũ, §. condēnatio. 11. q. 3 nolite, extra de loc. propter.
a † Sed nunquid
22 dominus se liberat dando animalia, p noxa. resp. non, si ipse immisit, alias sic. vt Insti. si qua. fr. pau. fec. dic. ff.
b de noxa. in del. §. s, secūdũ Rof.
23 † Sed nunquid proprii auctoritate possum capere & tenere pecudē tuã damnum mihi dãtem? de hoc supra de actore, ver. sed
24 pone. † Si autem canis, vel vrsus, vel leo, & huiusmodi, quem tenes p̃datũ damnum dederit, cōcipietur libellus. vt supra de em. & uend. §. nũc dicendum, vers.
25 est et actio. ibi, quarto. † Quid, si t ede domo tua deiciente, vel effundente aliquid super caput meũ cadit, propter quod uestes meæ, et aliæ res deterioratæ sunt, habeo cōtra te actionem in factũ ex illo edicto, de his, q deiecerunt, vel effuderunt. Sic ergo libellum concipiam.
c

LIB. Coram, &c. cōqueror de P. ex cuius domo tale quid est deiectum, vel effusum, cum ipse demũ ĩhabitaret, inde vestes meæ vel merces deterioratæ sunt in 20 quare illi 20 ĩ duplum mihi præstari peto, et ad hoc propono actionem in factũ ex illo edicto, de his,
26 qui deiecer. vel effud. † Si vero liber homo ex hoc peremptus fuerit, sic concipietur libellus.

LIB. Coram, &c. conqueror de P. de cuius domo, quam ipse inhabitat, tale quid fuit deiectũ, vel effusũ. vnde pater meus mortuus fuit, quare ab eo mihi quĩquaginta aureos præstari peto, & ad hoc ꝓpono actionem in factum ex deiecto de his, qui effud. Si autē corpus liberi hominis læsum est, sic dices.

LIB. Coram, &c. conqueror de P. ex cuius domo tale quid deiectum, vel effusum est, vnde corpus meũ lesum est, propter quam lessionem tot expensas feci, tantum medicis solui, tot operis carui, & etiam sum cariturus, quas operas æstimo 20. vnde ago cōtra eum vt omnia prędicta mihi præstet, & ad hoc propono &c. ff. de his, qui deic. vel effud. l. 1. §. 1. & l. penu. ff. de actio. & obligati. ex maleficio. §. is quoque. Actor ergo sic ponet.

POS. act. Pono, quod ex tali domo, quam ĩhabitas tale quid fuit proiectũ, vel effusum, unde uestimenta, vel merces deterioratæ sunt in 20. Item ꝙ ex illa deiectione talis liber homo mortuus est. Item quod ex ea caput meum fractũ est, vel oculũ amisi. Itē ꝙ tot mercedes solui medicis, tot operas amisi, & amittam, quia inutilis factus sum, ext. de iniuriis, c. 1. Item ꝙ talis deiectio fuit in tali loco, vnde uulgo & publice transit, & ego inde transibam. prędicta probantur ff. eo. l. 1. rñ. 1. & §. summa. Itē ꝙ talis deiectio facta fuit de die, uel ĩterdiu, id est, inter diem & noctem, ff. eo. l. hoc edictũ, §. Labeo. Reus vero sic.

POS. rei. Pono, ꝙ domus, de qua dicit esse effusum est et fuit ea per annum sine habitatore. Item ꝙ per locum, vnde transibas, nullus trãsire ꝯsueuit, nec uulgo ĩter fit inde. Item quod illa deiectio facta fuit de no
d cte.[d]
27 † Sed & sępe plures in eodem cęnaculo habitãt, et vnus forte deiecit. vel effudit, vnde damnum datũ est, & oportet conuentos alios soluere, quibus datur ꝯ illum vtilis actio pro socio, vel actio in factum ex hoc edicto descendens, ff. de his, qui deic. uel effud. l. 1. ĩ fi. & l. eũ sane, & l. quemadmodum, & l. per receptionē.
e Sic ergo libellus concipitur.

LIB. Corã, &c. conqueror de P. discipulo, uel hospite meo, qui de domo, quam inhabito, tale quid proiecit, quod damnũ dedit T. in uestib. eius, uel mercibus in decem pp quod sum condemnatus in duplum dicto T. quod duplũ mihi ab hospite meo, uel discipulo peto præstari, & ad hoc propono actionem in factum, ff. eo. si uero. §. cum autem. & hoc casu condemnatus soluit alioquin si nondum soluit, uel ēt si condēnatus est, alias retentis, dic, unde qa pp defectionem suã in duplũ cōdemnãdus sum illi Titio, vel cōdemnatus, ideo ago cōtra eum, ut ab illa condemnatione facta, uel faciẽda me liberet, & ad hoc propono actionem in factum, ff. mandati, si mandato, §. quoties. inf. ver. summa. in ea, quæ dixi sopra ver. ꝙ si te domo. hic intelligas repetita ad hoc ne per uiam transeuntib. mallum continere possit, prouidet eis p̃tor per aliud interdictum, s. ne quis habeat aliquid appositum in suggrũda, uel domo, vel cenaculo, vel alibi, quod si caderet, nocere posset, & si quis cōtra fecerit, punitur in decē aureis, ff. de his, qui deie. uel
f effud. si uero §. ait prætor. Sic ergo libellus concipitur:

LIB. Corã. &cæ. conqueror de P. qui in ea parte, uel loco, qualiter uulgo fit, impositum habet, quod si caderet, posset damnum dare, unde ipsum in decem aureis condemnari peto, & ad hoc propono actionem in factum ex edicto, ne quis aliquid habeat positũ in suggrunda, ff. eo. si uero. §. pretor. Actor ergo sic ponit.

POS. act. Pono, ꝙ imposuisti tale quid supra talem locum, vnde vulgo iter fit, ff. eod. si uero. §. prętor. & §. hoc edictum, & §. accipere & l. pen. in prin. Item quod cecidit, & tale damnum dedit. Item quod si caderet, dãnũ dare posset, ut in cōcor. quæ sunt supra in prima positione. Reus vero sic.

POSITIO rei. Pono, pono, quod T. tantum imposuit, & positum habet. sed hæc uidetur negatiua, vt extra de causa poss. & propriet. cum ecclesia uersiculo nos

## ADDITIONES.

c Propter. *Vide, quod scripsi dec. cōmissum super ult. gl. in fi. Iaco. de Are. super l. certe. ff. de arb. fur. cas. p ipsã l. arguit, quod cōdēnari debeat, sicut pro herba, ac si in prato damnũ datum fuisset. Item quia circa damna data non debet haberi consideratio tēporis futuri, ff. ad leg. Aqui. l. aut lex. & l. unde Neratius. §. si infans. Econtra uidetur, ꝙ condemnari debeat pro frumento uerisimiliter percipiendo, cum in damno habeatur ratio futurarũ operarum, ut dictum est supra eod. §. in prin. uer. sed nunquid. & sequent. b. & patet ff. quadru. paup. fec. l. ex hac. & de his, qui deiec. l. fi. Iac. de Aret. supe. prædicta l. certe. tenet illum immutentem damnandũ, quantum tempore damni dati uendi potuisset illud frumentum cum dubio euentu perceptionis instrumenti tempore messium, arg. l. propter spem. ff. fam. ercisc.*

b Secundum Rof. *Cuius fuit ille uersic. & quicquid præcedit sub uersi. porro si.*

c Concip. *Secundum Rof. & est 15. in ordine suo edictorũ; & quatuor, requiruntur in istis, ex positionib. collige. Tres autē libelli, qui sequuntur, & positiones, ēt fuerunt eius, & proiciens non nominatur in libello; quia læsus ꝓbabiliter hoc ignorat, habitator autem siue dominus fuerit, siue socius, debuit monere & informare super hoc familiam, uel socios; & innocenti contra nocentem prouidetur, ut statim patebit. propter quod dicit lex. pen. ff. eodem. habitator suam suorumq; culpam præstare debet. Si autem sunt seruientes mercede, unde inf. circa finē uer. in Summa.*

d De nocte. *Et hoc non defenderet, si etiam de nocte ibi transitus erat ut in prædicto §. Labeo.*

e Concip. *Secundum Roff. qui continuat hoc edictum ad §. proximum. & sic est 16.*

f Conci. *Secundum Rof. cuius totum fuit, quod hic positũ est, & continuatur a proxima. Libellũ aũt, & quod prius dictũ est, intellige de eo, qd facile cadere posset, ut inf. ĩ secũda positione, ꝙ pace salua exprimi debuit in libello. ad fixa. n. hoc edictũ nō extēdit. Et sciat, ꝙ habitator nō soluit enci, si imposuerit. sed ēt si patitur; unde dñs imposuit, & inquilinus patitur, & positum cecidit, & damnũ dedit, dominus, qui imposuit, tenetur ad emen ia dãnũ,*

*quilinus ad pœnam legis, ut in prædicto §. prætor ait. & §. seq. Constat autem hanc actionem popularem esse, ut l. si vero. in fin. De illo aut. qui posuit & tenuit, sed iam remouit, an teneatur hac pœna Ros. remittit ad suam quæstionem sabbatinam. est autem in volumine 34. & incipit, Proculus. Quod incidat, alleg. quia satis est, eum contra prohibitionem fecisse, licet desinat. De fure dicitur, ff. de furtis, qui ea mente. Et de raptore ff. ui bonor. raptorũ, l. si. & de depositario, ff. depos. l. 1. § si rem. Est enim hæc diuersa pœna damni dati ab ea, quæ infligitur, quia dari potuit. Illa n. æstimatio respicit, eo tit. l. si. Per illam summa taxata est, ut in §. prætor in fi. Ad contrarium inducit, quod satis est damnum non datum, nec per id remotum amplius dari posse, & sic menti prætoris satisfactum est facit ff. quod quisque iur. l. 2. in fi. C. de app. si quis libellos. Cano. 2. q. 6. C. de plus petit. l. una, & eo tit. c. unotn peti. C. de no numerata pecunia, Auth. contra qui propriã. Et circa hoc scripsi de iure patro. cũ latet. super 1. gl. Soluit, quod tenetur ad pœnã decem aureorum, ex quo positus fuit, ita quod damnum dari potuit, licet datũ nõ sit, casus n. periculosos ponderauit prætor, ex quib. damnũ dari posset, ut in l. si vero. §. prætor. Licet ergo tollatur, com. missa sit pœna, ff. de furtis, qui ea mente.*

nosigitur. Itẽ quod est impositũ super loco, unde multus
transit. De damno infecto dictũ est supra de no. operis
nunciat. §. 2. & supra de pigno. § 2. Ibi etiam no. utrum
quis possit agere, ut is, a quo timet offendi, caueat ei, in
28 ver. si. quid si timeo. † Item si quis te damnificat, & sibi
parum proficit, furtiue tuas incidendo arbores, prodita
a est tibi actio arborum furtim cæsarum ciuilis atque est
ad duplum, quia duplatur interesse propter ligna. verbi
gratia, arbor non incisa valebat decem, nũc ligna arboris valent duo, quib. deductis octo æstimabũtur. sed de
hoc dic, ut ff. arbor. furtim cæs. l. 1. & 2. l. furti. §. fi. & l. faciendi & l. pe. in qua sic concipitur libellus:

LIB. Coram &c. conqueror de P. qui furtim talem
meam arborem succidit para o . . . , quam arborem
æstimo decem secundum interesse meum exceptis ipsis lignis, unde peto ipsum condemnari in duplum illius interesse, scilicet in 20. pro pretio, & ad hoc propono actionem arborum furtim cæsarum, & hoc, quando tm̃ incidit. Si vero etiam ligna contrectauit, iungas
sic, & quia ipsa ligna contrectauit, quæ æstimo duob. solidis, ideo ipsum etiam in duplum ipsorum lignorum
condemnari peto, & ad hoc propono actionẽ furti nec
manifesti, ff. arbo. fur. cæs. furtim. §. . . & l. faciendã. Vel
sic concipitur.

LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui mihi furtim incidit arborẽ talem, ex cuius incisione damnificatus sũ
in decem, quæ decem mihi in duplũ ab eo præstari peto, & ad hoc propono actionem arborum furtim cæsarum, & quia ligna contrectauit, quæ ualent duob. solidis, &c. Actor ergo sic ponit:

POS. act. Pono, quod incidisti in tali loco talem arborẽ,
b ff. eo. in rẽ. Itẽ quod illa radicib. cõtinebatur b: & hoc, si eas
habebat, ff. eo. in rẽ. & l. certe. Itẽ quod eã furtiũ incidisti, ff.
si furtim. & l. facienda. §. si. Itẽ quod me cessante & ignorãte hoc fecisti, quod semper præsumitur, ff. de fur. qui uas. §.
vetere. ff. de proba. l. uerius. Item quod illius loci & arboris
c ego sum dominus, ff. eo. tẽ, edere, §. fi. c Reus vero sic:

POS. rei. Pono, quod Titius incidit eam. Item quod incidit
Narbonæ. Item quod die, quo incidit, erat Tholosæ.
Item quod arbor illa radicibus caret. Item quod eam
incidit te volente. Item quod te sciente non contradicente. Itẽ quod pleno iure spectat ad M. ff. commodi
ut certo. § si duobus. ff. de acqui. pos. possideri. § ex plu
29 rimis † Si vero arbor tua inclinata est, vel crescit, vel
pendet super domum uel prædium meum, uel radices
domui damnum inferant, mihi competit interdictum
30 de arborib. cędendis. † Item si fructus cadẽtes in agro
tuo ex arbore mea non permittis me colligere, cõpetit mihi interdictum de glande legenda, quæ dic, ut supra de cau. pos. & propri. §. priuata ver. est in super & se

Si vero quis turba coadunata damnum det, concipitur
ut supra de raptore, & ibidem de incendio, ruina, nau
31 fragio. † In summa nota, quod si seruus meus, uel is, qui præstabat mihi operas, tibi damnum dedit. & ego pro illo
damno conueniar, & satisfaciã, ego illud recuperabo
ab illo per actionem ex conducto, quia operas suas mihi locauit, & tantundem potero retinere de mercede
sua, nisi id iussu meo fecerit, quo casu ego conueniri
possum, ut ff. aqua. plu. arc. si colonus, in fi. & l. præ. §.
idem Iulianus ff. nau. cap. stab. l. gratis, in fi. secundum
37 Bag. ar. supra ver. sed & sæpe. † Quod autẽ ego teneat
ex delicto famuli mei, vel ex damno per eũ dato, est
ar. ff. de his, qui de deiec. vel effud. si vero plures, resp.
1. Vel dic hoc speciale esse in illo titulo, de his, q. deiec.
vel effud. ppter rationem, quę redditur eodem tit. l. 1 §.
summa. ut in præd. l. si vero, §. hęc autem actio. & §. prætor. & §. si horrearii, et facit ff. de extraordin. cri. annonam, l. fi. Super emendatione rapinæ no. supra de rap.
33 §. 1. † In summa nota, nõ esse necesse in libello omnia
exprimere in quib. damnũ datum est, sed sufficit generalem clausulã adiicere, scilicet. & aliis rebus, ut extra,
de or. cog. c. 2. in prin. & in quoldam. Vel dic, contrariũ
uerũ esse, nisi damna petantur, tãquam accessoria, qđ
d prosequere, secundum Papam, ut no. in præ. decre. d

## ADDITIONES.

a Ciuilis. *Et est 10. ad fi. ciuilium, & quatuor, quæ requiruntur in illa, ponit Ros. eo. tit. quæ colligas ex positionib. quæ etiam in libellis ad literam fuerunt ipsius usque ad uer. si vero. Quæstiones etiam & oppositiones circa illa, ibi vide, multum. n. insistat circa l. plures, eo. ti. Sed furtius opponit hanc actionem fuisse superfluam, quia sufficiebat actio furti, in qua etiam venit totum interesse, ff. de furtis, cuius interest. in qua etiam duplicatur, quicquid est in simplum, ut supra de furtis, ver. porro, & ibi plenè de hoc remisi. Soluit Ros. quod hæc non est superflua, per illã, cum cum possit competere, quando furtum non fit: ut si quis arborẽ succidit, ligna tamen non contrectat, unde nõ competit actio furti, sed ista, in qua etiam duplatur interesse, ff. eo. furtem. Item quia rei immobilis non fit furtum, Inst. de usucap. §. 2. Sed quamdiu arbor solo cohæret, est immobilis, ff. pro socio, l. . . . , ff. communi diuidũ. arbor. Non obstat rubrica, quæ dicit Arbor. furtim cæs. quia illud furtum, dicitur similitudinariè, prout furtum dicitur cõmitti domino ignorante, uel celante, & ita hoc. ff. eo. furtum, in prin. & l. furti, §. furtim arborem cædit, . . . si inciderit, & ligna tractauerit incisa, tenetur furti, & aliis actionibus, ut ibi dicitur quæ in quo differant, ibi plenè prosequitur.*

b Continebatur. *Reprehendit hic Ros. aduocatum, qui contra rusticum, qui incidit ligna arboris euulsæ a radicibus, & in terra iacentis, proposuit hanc actionem.*

c §. fi. *Illa lex dicit usufructuario non dari hanc actionem, de quo mirandum, cum illi detur Aquilia, ff. ad l. Aquiliam. Mela. §. si. Azo dicitur & Ros. quod fatentur habet utilẽ. Et si dicas, quare non directam, sicut emphyteotæ respondet, emphyteota habet utile dominium, usufructuarius nullum.*

d Decret. *Vide supra de lit. contest. iam nunc.*

Baldus de iniuriis & dam. dato.

An faciens insultum in porticu videatur fecisse insultum ad domum, ver. pone, statuto. G. An vulnerãs hominem liberum, teneatur ad expensas medicorũ, §. sequitur, ver. sed nunquid tenet, quod dic G. Quãdo habeat locum actio de pauperie, ver. porro, & seq. G. Si inimicus tuus ponit ignem in domo mea, & tua cõburitur, & mea, an tu mihi tenearis per l. si merces, §. culpæ, ver. sed pone, & sentit, quod nõ, quia aliud est petere relaxationem obligationis, ut in §. culpæ, aliud incidere in obligationem sine culpa, ut h. c G. An quis teneatur de damno dato a suis pecudibus, & qualiter æstimetur

dam.

damnum datum in herba, versi. quid in missione. & seq Et an possim includere pecudem, supra de actore. §. an possim. Item si dominus soluit pro famulo, recuperat ab eo, versic. in summa Cui debeat iniuriæ satisfactio fieri, supra de refert. de satisfactione. An sufficiat iuramentum calumniæ in probatione damni dat i, si statutum dicit probari p iuramentum? Et retento themate, an appellatione domini possessionis comprehēdatur iussus possessor, ut verus dominus, supra de probat. §. per statutum.

a De pœnis a. Rubrica.

ADDITIO.

a *De speciali pæna, s. temere litigantium, habetur rub. sup. in fin. partis. Practici auctores hanc rubricam, uel materiam non tetigerunt, præter Rof. qui copiose materiā pænarum ex stipulatu prosequitur inter ciuiles, ubi de actione ex stipulatu ad incertum, q̄ ut intricatam & prolixam auctor tangere noluit, licet libellum posuerit ad certum, uel forsan erat somnolentus, uel fessus, quod præsumo, quia materias, quas solet exquirere in nulla cuius uoluminis parte locatas hic congrue ponere potuisset, loquor de dominicali 44. item ultima. & est primu, cum in pænam delicti uenit domus diruenda, & delinquens hēt inferiorem partē domus, uel turris hæc tangit de pa. d. 1. sed & continuo. scripsi tres huius solutiones ad pri. super spec. in fi. item e. ti. felicis. li. 6. super uer. ruina. & unicuiq; ex illis resistit æquitas, si dicas, quod tota diruatur, Hic patet iniquitas, quod tamen uī placere Alb. Tap. qui dicit, quod pōt rigore iustitiæ fieri quid iniquum, all. l. ita vulneratus ff. ad l. Aq. dicens, iniquitatem cessare. per regressum, quem habet contra delinquentem, per l. is, cū quo. ff. cōi diu. Sed instatur, quid si ille non est soluendo? Secunda habet. q cogatur emere, & fisco pretium dare habentis partē superiorem, uidetur, qu d si non hēt unde. Tertia opinio hēt, q permutetur superior cum inferiore, & destruatur superior, hoc propter tectum fiet sine graui sumptu, damno & incommodo superiorem partē habentis Iac. de Are. tractat hoc ff. de da. infe. si finita, in uer. ita q; ub pars uitiosa trahit ad se non uitiosam, & sic tota destruetur. ad idem ff. de aqua plu. arce. l. sed interdum, & facit rō connexarum, ff. de neg. ge. eum actum. & l. cum pater. Ad contrariū reuoluitur, ut dictum est in ea. l. de par. non uitiosa, quæ trahit uitiosam. Item propter non damnatum præseruatur damnatus, ff. de sta. bo. imper. 2. & facit regula. non dēt alteri, ff. de re. iu. e. ti. non debet quis, li. 6. Dat duas solutiones, p non diruatur, ut in dubio eligatur uia humanior, facit regula, in pęnis, li. 6 uel tota diruatur: & habeatur ingressus contra delinquentē, per præal. l. si is, & ff. sol. matr. l. pe in prin. Dy. in l. 1. ff. de no. oper. nun. §. pōt, miscet sic, si non delinquens pot suæ indemnitati prouidere per socium, qui est soluendo, uel aliter, tota destruet, per l. si is. alias tota reseruabitur, per l. si cōem, ff. quemad. ser. amit. & per l. eū, qui. §. pro par. ff. de his, qui ut indig. & hoc ibi in una p'ona, fortius in duab. Ad l. sed interdum, respondetur, quod duæ partes nō unico, sed duplici iud. tollebantur, & quæq; suo. Ad legem prima, ff. de aqua quoi. & æst. § item quæritur. respōdetur, quod deliquit ille, qui misit aquam prohibitam & sic sua culpa prohibetur a toto. Subdit aūt, quod non male diceretur, æstimationem partis delinquentis per socium fisco solui, ff. de lega. 1. l. non amplius. §. fi. & l seq. Inueni quæsela n opinionem, & fuit hæc de facto seruata, quod tota destruitur. sed fiscus soluit partē nō delinquentis. Hoc forte uoluit Dy. dum dicit, uel aliter. & in malefic. scandaloso puto hoc satis præligendum. In non tali admitterem soluere uolentem, seu cogerem. Idem dico de opinione tertia, & secundum hoc tentantur iniquitates expressæ. Secunda qō, de qua supra, dominicalis ult. illam breuiter præmisi principali qōni, quam prosecutus fui super regula, in pœnis. li. 6. quæ præmittitur, fuit de damnato ad manum, qui habet alteram aridam, & cōis ep solutio de arida. Cy. contra in Auth. sed no iure. C. de fur. per l. qui clauum, ff. de aedil. ed. & l. 1. C. ut intra cer. tem. Illi ēt præcedebat alia, ne confundātur tempora, cū suspensus triēnio iterat delictum, quam scripsi in decr. cum in cunctis. de ele. uerbo, triennio. Principalis fuit, an pęnam, quę ipso iure delinquenti infligitur propter delictum, incurrat is, qui cogitauit, & aliquid egit, sed non perfecit, etiam super ipsum non steterit. Et tenuit, quod non. ibi uide, s. in regula, in pœnis.*

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter super pœnæ exactione sit formandus.*
2 *Contractu inter duos inito, si neuter uelit illi stare, non pęnæ sit.*
*Prælati qualiter sint puniendi.*
3 *Peccatum occultum, an sit aliquo modo puniendum.*

a IN hoc titulo, qui generalis est, non necessarius libellus, quia sup. in diuersis titulis de pœnis est sępius prælibatus a. Veruntamen super pœnæ exactione formase cōuenit in hunc modum libellum.

1 LIB. † Coram, &c. propono contra P. quod ipse mihi, promisit sub pęna cētum marcharum tale quid soluere, uel facere, usq; ad tale tempus, uel Titii arbitrio stare super quæstione, quę inter me, & eum super tali reuertebatur, quam pœnā per solennem stipulationē mihi promisit dare & soluere, si in præmissis cessaret. verum ipse huiusmodi promissionem infringēs, uel ɔtra eā ueniēs, soluere, uel arbitrio stare noluit, ut promisit, quare peto c. marchas ab eo mihi dari & solui, & ad hoc ipsum finaliter cōdemnari, arg. ext. de arb. dilecti. ext. eo. suam. † Quod si neutra pars nollet stare cō tractui, non pōt pænę peti, ut extra, eodem, constitutus. Potest etiam sic concipi libellus.

ADDITIO.

